
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
32 L
27

Quid? q Plinius iam prsus extinctus esset: nisi uir il le miseratus quodāmodo tāti autoris iniuriā, surcur rendū credidisset tantæ studiorū iacturæ, ut de quo hoc extat elogiū ab eodē uiro proditū: Persuasissimū est eos indoctos esse, qbus Plinius nō sapit, qppe q sine ipso res latina non consistat. Hoc aūt opus nō tam ingens sua mole q̃ fœcūditate prægnans, si qs semel à se diligenter lectū animo uersat aliquoties: mirū si is non stupeat toties ad tot milia rerū, nēpe u ... in eo ipso ab autore suo cōgesta, et aptis & ... bis expreßa, simulq; & exitu tam iucundo co ... oīa, ut ipse interim legentis animus mirabili quadā expleatur teneaturq; lectionis uoluptate. Quo fit, ut iure optimo iuxta Domitij Pisonis sententiam, ipsum qs appellauerit rerū simul et uerborū thesaurū, non librū. Cæterū Plinius ita suo et ueluti natiuo nitori, imò uero ipse sibi potius restitutus, et à tot mēdis, fœ dissimis studiorū hostibus uindicatus assertusq;, ubi in lucē tandē pdierat à suo iam emissus uindice, et p annos non paucos continue subsequentes ad hoc usque æuū, iterū atq; iterū, imò sæpius excusus, et in multa milia exemplaria trāsfusus erat: haud satis scio, quo pacto euenerit, ut toties nō cū nitore illo suo, sed sem per ferè tristior horridiórque apparuerit, uidelicet non talis, cui iam quasi postliminio reuerso, oēs bona rum literarū studiosi merito gratularētur, sed cui pe ior sors aliqua accidisset: nisi hāc culpā ipsis chalco-





graphis impingere uelimus: & fortassis nõ errabimus omnino. Quæ nimirũ causa fuit, ut Plinius mihi, posteaq̃ illũ iã dedita opa, ac summo adhibito studio excutere semel exacte, tẽtatũ aliquoties ĩ hoc antea à me, sed frustra alioqn, ac deĩde etiã prælegere ĩ aĩo haberẽ, non paruũ exhibuerit feceritq; negociũ, adeoq; ut hac de re nõ minores (ni fallor) q̃ Hermolaus, licet nõ tãto successu, labores subire, ac p hoc cõplures sæpenumero noctes (id quod ingenue fateor) insomnes trãsigere coactus fuerim, ad mẽdas ĩ ipso, quæ passim nõ paruo numero occurrebãt, sustollẽdas suffodiẽdasq;: quarũ fortassis quædã ab Hermolao non dũ animaduersæ fuerãt, quædã uero, & maior oĩno pars uitio atq; incuria chalcographorũ, ut & suprà memoraui, cõmissa est, qđ eqdẽ et citius crediderĩ, et libẽtius admiserĩ. Vtcunq; aũt res ea habet, illud au sim dicere, nec fallo queñq̃, ipsum Pliniũ post Hermolai editã castigationẽ, p me & mea opa inter prælegendũ præcipue, castigatũ repurgatũq; mendis non paucioribus quatuor milibus. Sed nec interim tamẽ ut ne postea quidẽ, in mentẽ mihi uenit, ut meo hortatu ex mea qualicunq; castigatione excuderetur unq̃: nõ q, inuiderẽ bonis & studiosis hanc meã quan tulãcunq; in Plinio collocatã operã, sed q, cõscius ingenij mei paruitatis, iudicabam ipse semper ea quæ p me in ipso castigata adnotataq; erãt, nõ tanti esse, ac p hoc supprimẽda potius q̃ edẽda. Tantũ abest, ut

ad hoc

ad hoc adhortatus esse quenquam unquam q excudisset: nisi q tandem crebris admonitionibus p Euchariu Ceruicornum, haud incelebre chalcographum apud Coloniā Agrippinā, nec indoctū oīno uirū inductus, imò & improbis simul hoīs precibus planè uictus, necnō & quibusdā nō inefficacibus rationibus psuasus, illi Plinium meū pmisi excudēdum, uti eum ille excusum nūc duplici forma in cōe exhibet cū annotationibus breuiusculis, & qdē extēporarijs, in margine adiectis. Quia uero nihil tam sanctū, nihil tā oībus suis partibus absolutum edi potest, in re præsertim literaria, quod improborum hominum & calumniatorū morsibus mox non exponatur, ut à quibus etiam grauissimi probatissimique autores minime unquam tuti fuerunt, id quod & de Cicerone & de Virgilio latinæ eloquentiæ principibus, imò uero & de ipso Homero omnis humanæ sapiētiæ parēte, memoriæ proditū est à scriptoribus nō uulgaribus: quāto magis mihi metuendū erat, anteq Plinius hic noster excuderetur, ne istorū criticorū cēsurā subirē aliquādo: quos pinde rogatos obnixe uelī, uti meminerīt interī, ac secū animo reputēt, suū cuiq; attributū errorē esse (ut Catullus haud inelegās poëta ait) ac rursus, ut est apud eundē, nō esse quenq, quē nō in aliqua re uidere Suffenū possis. Porrò hæc mecū aliqdiu cogitāti mihi subijt morē hūc p multa iā secula receptū atq; obseruatū esse, ut cū librū qspiā uel suo Marte cōposu-



 is-

*iſſet, uel alienũ deprauatũ corruptũq; caſtigaſſet, uel eũdẽ aliũue ſuis ſiue cõmẽtatõibus ſiue annotatõibus illuſtraſſet utcũq;: is tũ ſibi deligeret ueluti patronũ aliquẽ, nõ tamẽ quẽlibet, aut è multis unũ, ſed quẽ certo ſciret talẽ tantũq;, q et autoritate plurimũ ualeret, et multa et magna rerũ cognitione de ſingulis recte iudicare poſſet: ut ſub cuius tutela ſuſceptus ab ipſo, ad hoc labor ille ſuſtineretur, foueretur, defenderetur q;. Ergo mihi nũc ad quẽ potius confugiẽdũ ẽ, q̃ ad te præcipuũ Mecœnatẽ meũ comes illuſtris et generoſe, et cũ primis uir ornatiſſime, imò tãtũ nõ toti orbi notiſſime, tũ ob ſingulares et eximias tuas uirtutes, et ĩ primis pietatẽ erga ſummũ parentẽ & ꝓximũ quẽq;, iuxta illius præceptũ atq; decretũ, tum ob eruditionem tuis illis uirtutibus haud imparẽ: cui has lucubratiũculas meas nũcupẽ dedicẽq; tãtiſp defendendas ab iſtis nimium ſeueris cenſoribus, quoad iuſto examine ijdẽ cognouerint non eſſe defendẽdas amplius. Siquidẽ hac fidutia eas nũc edo non tibi, nõ tui ſimilibus, hoc eſt, doctiſsimis planè uiris, ſed mediocribus & mediocri literatura præditis, & quibus uel non uacat probatiſsimorum autorum lectionibus incũbere ſedulo ob uarias occupationes, uel non tantum ſuppetit ingenij ut poſsint. Et iam confido prorſus de tua, uiris omnibus probè doctis ſpectata beneuolẽtia, fore, ut hanc de me curã nõ inuitus ſubiturus ſis, ac uelis etiam quoniã maxime poſsis. Bene Vale.*

C. Plinius

C. PLINIVS CAECILIUS Marco suo S.

PErgratũ est mihi, q̃ tam diligẽter libros auunculi mei lectitas, ut habere oẽs uelis, quærasq; qui sint. Fungar indicis partibus, atque etiam quo sint ordine scripti, notũ tibi faciã: Est enim hæc quoque studiosis non iniucunda cognitio. De iaculatione equestri unus. Hunc cũ præfectus alæ militaret, pari ingenio curaq; cõposuit. De uita Q. Põponij Secũdi duo, à quo singulariter amatus, hoc memoriæ amici quasi debitũ munus exoluit. Bellorum Germaniæ uiginti, quibus omnia quæ cum Germanis gessimus bella collegit. Inchoauit cum in Germãnia militaret, somnio monitus. Adstitit enim ei quiescenti Drusi Neronis effigies, q Germaniæ latissimè uictor ibi perijt. Cõmendabat memoriam suam, orabatq; ut se ab iniuria obliuionis assereret. Studiosi tres, in sex uolumina ꝑpter amplitudinẽ diuisi, quibus oratorem ab incunabulis instituit & perficit. Dubij sermonis octo scripsit sub Nerone nouissimis annis, cum omne studiorũ genus paulo liberius & erectius, periculo sum seruitus fecisset. A fine Aufidij Baßi. XXXI. Naturæ historiarũ trigintaseptẽ, opus diffusum, eruditũ, nec minus uarium q̃ ipsa natura. Miraris q̃ tot uolumina, multaq; in ijs tam scrupulosa homo occupatus absoluerit? Magis miraberis, si scieris illũ aliq̃ diu causas actitasse, deceßiße anno. VI. & L. mediũ

*tempus distentum impeditumq́; qua officijs maximis, qua amicitia principũ egisse. Sed erat acre ingenium, incredibile studium, summa uigilantia. Lucubrare à uulcanalibus incipiebat, non auspicandi causa, sed studendi statim à nocte multa: hyeme uero ab hora septima, uel cũ tardißime octaua, sæpe sexta.* Erat sanè somni parcissimi, nõnunq̃ etiam inter ipsa studia instantis & deserentis. Ante lucẽ ibat ad Vespasianũ Imperatorẽ. Nam ille quoq; noctibus utebatur: Inde ad delegatum sibi officium. Reuersus domũ, quod reliquũ temporis, studijs reddebat. Post cibum sæpe, quem interdiu leuem & facilẽ ueterum more sumebat, æstate, si quid ocij, iacebat in sole, liber legebatur, adnotabat, excerpebatq́;. Nihil enim unq̃ legit, quod non excerperet. Dicere etiã solebat, nullum esse librũ tam malũ, ut non aliqua ex parte prodesset. Post solem plerunque frigida lauabatur. Deinde gustabat, dormiebatq́; minimũ. Mox quasi alio die studebat in cœnæ tẽpus. Super hanc liber legebatur, adnotabatur, & quidem cursim. Memini quendam ex amicis, cum lector quędã pronunciasset perperã, reuocaße, & repeti coëgisse. Huic auũculum meũ dixisse, intellexeras? nempe cũ ille annuisset: Cur ergo reuocabas? decẽ amplius uersus hac tua interpellatiõe perdidimus. Tanta erat parsimonia temporis. Surgebat æstate à cœna luce, hyeme intra primã noctis, sed tanq̃ aliqua lege cogẽte. Hæc

inter medios labores urbisq; fremitum. In secessu solum balinei tempus studijs eximebatur. Cum dico balinei, de interioribus loquor. Nam dum distringitur tergiturq;, audiebat aliquid aut dictabat. In itinere quasi solutus cæteris curis, huic uni uacabat. Ad latus notarius cum libro & pugillaribus, cuius manus hyeme manicis muniebãtur, ut ne cœli quidẽ asperitas ullũ studijs tempus eriperet: Qua ex causa Romæ quoque sella uehebatur. Repeto me correptum ab eo cum ambularem: Poteras, inquit, has horas non perdere. Perire enim omne tempus arbitrabatur, quod studijs non impartiretur. Hac intentione tot ista uolumina peregit, electorumq; cõmentarios. CLX. mihi reliqt, opisthographos quidẽ & minutissime scriptos: Qua ratione multiplicatur hic numerus. Referebat ipse potuisse se cũ procuraret in Hispania, uẽdere hos cõmẽtarios Largio Licinio CCCC. milibus nummũ: & tũc aliquãto pauciores erãt. Nónne uidetur tibi recordanti quantum legerit, quantũ scripserit, nec ĩ officijs ullis, nec ĩ amicitia principum fuisse? Rursus cum audis, quid studijs laboris impenderit, nec scripsiße satis, nec legisse? Quid est enim quod non aut illæ occupationes impedire, aut hæc instãtia non possit efficere? Itaq; soleo ridere cum me quidã studiosum uocãt: qui si cõpararer illi, sum desidiosissimus. Ego autẽ tantũ, quẽ partim publica, partim amicorum officia distringunt.

Quis ex

Quis ex istis qui tota uita literis assident, collatus illi, non quasi somno'que & inertiæ deditus erubescat? Extendi epistolam, q̃uis hoc solum quod requirebas scribere destinaßẽ, quos scilicet libros reliquisset. Confido tamen hæc quoq; tibi non minus grata q̃ ipsos libros futura, quæ te non tantum ad legendos eos, uerumetiã ad simile aliquid elaborandũ possunt æmulationis stimulis excitare. Vale.

C. PLINIVS TACITO SVO.

PEtis ut tibi auunculi mei exitũ scribã, quo uerius tradere posteris possis. Gratias ago. Nam uideo morti eius, si celebretur à te, immortalẽ gloriam esse ꝓpositã. Quamuis enĩ pulcherrimarũ clade terrarum, ut populi, ut urbes, memorabili casu quasi semp uicturus occiderit, q̃uis ipse plurima scripserit, plura tamẽ ꝑpetuitati eius scriptorũ tuorum æternitas addet. Equidẽ beatos puto, qbus deorum munere datũ est, aut facere scribẽda, aut scribere legẽda: beatissimos uero qbus utrũq;. Horũ in numero auunculus meus & suis libris & tuis erit. Quo libẽtius suscipio, deposco etiã qđ iniũgis. Erat Miseni, classẽq; imperio præsens regebat Kal. Nouemb. hora ferè VII. mater mea indicat ei, apparere nubẽ inusitata et magnitudĩe et specie. Surgit ille, ut è sole solebat, frigida gustata: iacẽs enĩ studebat. Poposcit soleas, ascẽdit locum ex quo maxime miraculũ illud cõspici poterat. Nubes, incertum procul intuẽtibus ex quo monte,

*monte, Vesuuiū fuiße postea cognitū est, oriebatur: cuius similitudinē & formam non alia magis arbor quàm pinus expreßerit. Nam lōgiſſimo uelut trūco efflata in altū quibusdā ramis diffundebatur. Credo q̃a recēti spiritu euecta, dein senescēte eo destituta, aut etiā pondere suo uicta, in latitudinē uanescebat, candida interdum, interdum sordida & maculosa, prout terram cinerémue sustulerat. Magnum, ꝑpiusq; noscēdū, ut eruditiſſimo uiro uisum est. Iubet liburnicam aptari, mihi si uenire unà uellē facit copiam. Respōdi, studere me malle: & forte ipse quod scriberē dederat. Egrediebatur domo, accepit codicillos, Retinæ claſſiarij imminente piculo exterriti, nā uilla ea subiacebat, nec ulla nisi nauibus fuga, ut se tāto discrimini eripet, orabat. Nō uertit ille cōsiliū: et qđ studioso aīo ichoauerat, obit maxīo. Deducit quadriremes, ascēdit ipse, non Retinæ modo, sed multis (erat enī frequēs amœnitas oræ) laturus auxiliū, ꝓpat illuc, unde alij territi fugiūt, rectūq; cursum rectaq; gubernacla in piculū tenet: adeo solutus metu, ut oēs illius mali motus, oīs figuras, ut deprehēderat oculis, dictaret, enotaretq;. Iā nauibus cinis inciderat: quo ꝓpius accederet, calidior & densior: iā pumices etiā nigriq; et ambusti, & fracti igne lapides: iā uadū subitū ruinaq; montis, littora obstantia. Cunctatus paulū, an retro flecteret, mox gubernatori ut ita faceret monēti: Fortes, inquit, fortuna*

*iuuat.*

iuuat: Pomponianũ pete. Stabijs erat, puenerat q; ſinu medio. Nam ſenſim circumactis curuatisq; littoribus mare infunditur. Ibi quanquam nondum periculo appropinquante, conſpicuo tamen, & cum creſceret proxĩo, ſarcinas cõtulerat in naues certus fugæ, ſi contrarius uentus reſediſſet. Quò tunc auunculus meus ſecundiſſimo inuectus, cõplectitur trepidantem, cõſolatur, hortatur: utq; timorẽ eius ſua ſecuritate leniret, deferri ſe ĩ balineũ iubet, lotus accubat, cœnat, atq; hilaris, aut (quod æque magnũ eſt) ſimilis hilari. Interim è Veſuuio monte pluribus locis latiſſimè flãmæ atq; incendia relucebant, quorũ fulgor & claritas tenebras noctis excipiebat. Ille agreſtiũ trepidatione igni relictas deſertasq; uillas per ſolitudinẽ ardere in remediũ formidĩs dictitabat. Tũ ſe quieti dedit, & qeuit ueriſsimo equidẽ ſomno. Nam meatus aĩæ, qui illi ꝑpter amplitudinẽ corporis grauior & ſonãtior erat, ab ijs q limini obuerſabãtur, audiebatur. Sed area ex qua diæta adibatur, ita iã cinere mixtisq; pumicibus oppleta ſurrexerat: ut ſi lõgior in cubiculo mora eßet, exitus negaretur. Excitatus procedit, ſeq; Pomponiano cæterisq; qui ꝑuigilarant reddit, in cõmune conſultant, intra tecta ne ſubſiſtant, an in aperto uagentur: nam crebris uaſtisq; tremoribus tecta nutabãt: & quaſi emota ſedibus ſuis, nunc huc, nunc illuc abire aut referri uidebantur. Sub dio rurſus, quanq̃ leuium exeſorumq;

pumicũ

pumicum casus metuebatur, quod tamen malorum collatio elegit. Et apud illū quidē ratio rationē, apud alios timorē timor uicit. Ceruicalia capitibus imposita linteis constringunt. Id munimentum aduersus incidentia fuit. Iam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior densiorq́;, quā tamen faces multæ uariaq́; lumina soluebant. Placuit egredi in littus, & ex proximo aspicere, quid iam mare admitteret, quod adhuc uastum & aduersum permanebat. ibi super abiectum linteum recubans sedit, atq; iterum frigidam poposcit, hausitq́;. Deinde flammæ, flammarumq́; prænuncius odor sulfuris alios in fugam uertunt, excitant illum, qinnixus seruis duobus assurrexit, & statim concidit (ut ego coniecto) crassiore caligine spiritu obstructo, clausoq́; stomacho, qui illi natura inualidus & angustus, & frequēter intus æstuans erat. Vbi dies redditus, is ab eo quem nouissime uiderat tertius, corpus inuentum integrū, illæsum, opertumq́;, ut fuerat indutus. Habitus corporis quiescenti q̄ defuncto similior. Interim Miseni ego & mater. Sed nihil ad historiā. Nec tu aliud q̄ de exitu eius scire uoluisti, finē ergo faciā. Vnum adijciam, oīa me quibus interfuerā, quæq́; statim, cū maxime uera memorantur, audieram, persecutum. Tu potissima excerpes. Aliud est eni epistolā, aliud historiam, aliud amico, aliud oībus scribere. Vale.

C. Plinij

# C·PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER PRIMVS.

## PRAEFATIO.

*C. Plinius Secundus Veronensis Vespasiano suo Salutem.*

LIBROS NATVRALIS *historiæ, nouitium camœnis quiritium tuorum opus natum apud me proxima fœtura, licentiore epistola narrare constitui tibi iucundissime Imperator (sit enim hæc tui præfatio uerissima, dum Maximi consenescit in patre) Nanq; tu solebas putare esse aliquid meas nugas: ut * obiter molliã Catullum conterraneũ meum, (agnoscis & hoc castrense uerbũ. Ille enim, ut scis, ꝑmutatis prioribus syllabis duriusculũ se fecit, q̃ uolebat existimari à uernaculis tuis & famulis) simul ut hac mea petulantia fiat, qđ ꝓxime non fieri questus es in alia procaci epistola nostra, ut in quædam acta exeam: sciantq; omnes quàm ex æquo tecum uiuat imperium, triumphalis & censorius tu, sextumq; consul, ac tribuniciæ potestatis particeps: Et quod his nobilius fecisti, dum illud patri pariter & equestri ordini præstas, præfectus*

*Habedes hoc Catullũ i ipso statim opis sui pricipio apud quem ita legitur: Nanq; tu solebas meas esse aliqd putare nugas. Hic quia nõ eundẽ uerborũ ordinẽ tenet Plini. quẽ Catull. apparet hoc potius eum mox subiunxisse, ut obiter molliã, q̃ illud (ut in quibusdã legitur exẽplaribus) ut obijcere moliar.*

fectus prætorio eius, omniaq; hæc Reipub. Et nobis quidem qualis in castrensi contubernio? Nec quicquam mutauit in te fortunæ amplitudo in ijs, nisi ut prodeße tantundem posses ut uelles. Itaq; cum cæteris in uenerationem tui pateant omnia illa, nobis ad colendum te familiarius audacia sola superest. Hanc igitur tibi imputabis, & in nostra culpa tibi ignosces. Perfricui faciem, nec tamen profeci: quando alia uia occurris ingens, & longius etiam submoues ingenij facibus. Fulgurat in nullo unq̃ uerius dicta uis eloquentiæ, tribuniciæ potestatis facundia. Quanto tu ore patris laudes tonas? quanto fratris amas? quantus in poëtica es? O magna fœcunditas animi: Quemadmodum fratrem quoq; imitareris excogitasti. Sed hæc quis poßet intrepidus æstimare subiturus ingenij tui iudicium, præsertim lacessitũ? Neq; enim similis est conditio publicantium, & nominatim tibi dicantiũ. Tum possem dicere, quid ista legis imperator? Humili uulgo scripta sunt, agricolarum, opificũ turbæ, deniq; studiorũ ociosis: quid te iudicẽ facis? Cum hanc operã condicerẽ, non eras in hoc albo. Maiorem te sciebam, q̃ ut descensurum huc putarem. Præterea est quædam publica etiam eruditorum reiectio. Vtitur illa & M. Tullius, extra omnem ingenij aleã positus, & (quod miremur) per aduocatum defenditur. Hæc doctissimum Persiũ legere nolo, Lælium Decimum uolo. Quod si hoc

Lucilius

*Lucilius, q primus cõdidit stili nasum, dicẽdum sibi putauit: si Cicero mutuandum, præsertim cum de re publica scriberet: quanto nos causatius ab aliquo iudice defendimur? Sed hæc ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione. Quamplurimũ refert, sortiatur aliquis iudicẽ, an eligat: multumq; apparatus interest apud inuitatum hospitẽ & oblatũ. Cum apud Catonem illum ambitus hostẽ, & repulsis tanquam honoribus ineptis gaudentem, flagrantibus comitijs pecunias deponerẽt candidati, hoc se facere pro innocentia (quod in rebus humanis summum esset) profitebantur, inde illa nobilis M. Ciceronis suspiratio: O te felicem M. Porci, à quo rem improbam petere nemo audet: Cum tribunos appellaret L. Scipio Asiaticus, inter quos erat Gracchus, hoc attestabatur, uel inimico iudici se approbari posse. Adeo summum quisq; causæ suæ iudicem facit, quemcunq; eligit, unde prouocatio appellatur. Te quidem ĩ excelsissimo humani generis fastigio positum, summa eloquẽtia, summa eruditione præditum, religiose adiri etiam à salutantibus scio. Et ideo immẽsa præter cæteras subit cura, ut quæ tibi dicantur, cõdigna sint. Verum & dijs lacte rustici multæq; gentes supplicant: & mola tantum salsa litant, qui non habẽt thura. Nec ulli fuit uitio deos colere, quoquo modo posset. Meæ quidem temeritati accessit hoc quoq;, qđ leuioris operæ hos tibi dedicaui libellos. Nam nec ĩgenij sunt capaces, qđ*

paces, qđ alioqn nobis pq̃ mediocre erat: nec admit tũt excessus aut orationes, sermonésue, aut casus mi rabiles, uel euentus uarios, non alia iucũda dictu ac legentibus blanda. Sterili materia rerũ natura hoc est uita narratur: & haec sordidissima sui parte, ut plurimarũ rerũ aut rusticis uocabulis aut externis, imò barbaris, cũ honoris praefatione ponendis. Praeterea iter est, non trita autoribus uia, nec qua peregrinari animus expetat. Nemo apud nos quidem qui attentauerit, nemo apud Graecos qui unus omnia ea tractauerit, inuenitur. Magna pars studiorum amoenitates quaerimus. Quae uero tractata ab alijs dicuntur immẽsae subtilitatis, obscuris rerum tenebris premuntur. Iam oĩa attingenda, quae Graeci τὰς ἐγκυκλοπαιδείας uocant, & tamen ignota aut incerta ingenijs facta. Alia uero ita multis p̄dita, ut in fastidium sint adducta. Res ardua, uetustis nouitatem dare, nouis autoritatẽ, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubijs fidẽ, omnibus uero naturam, & naturae sua omnia. Itaq; etiam non assecutis, uoluisse, abunde pulchrũ atq; magnificũ est. Equidem ita sentio, peculiarẽ in studijs causam eorũ esse, qui difficultatibus uicti, utilitatẽ iuuãdi praetulerũt gratiae placẽdi: idq; & in alijs operibus ipse feci, & profiteor me mirari Liuiũ, autorẽ celeberrimũ, in historiarũ suarũ, quas repetit ab origine urbis, quodam uolumine sic orsum: Iam sibi satis gloriae quaesitũ,

tum, & potuisse se desinere, ni animus inquies pasceretur opere. Profecto enim populi gentium uictoris, & Romani nominis gloriæ, non sibi composuisse illa decuit. Maius meritum esset, operis amore, non animi causa perseuerasse, & hoc populo Romano præstitisse, nō sibi. Viginti milia rerum dignarum cura, (quoniam ut ait Domitius Piso, thesauros oportet esse, non libros) lectione uoluminum circiter duûm milium, quorum pauca admodum studiosi attingūt propter secretum materiæ, ex exquisitis autoribus centum, inclusimus trigintasex uoluminibus, adiectis rebus plurimis, quas aut ignorauerāt priores, aut post ea inuenerat uita. Nec dubitamus multa esse quæ et nos præterierint. Homines enim sumus, & occupati officijs, subcisiuis temporibus ista curamus, id est nocturnis: ne quid nostris putes cessatum horis. Dies uobis impendimus. Cum somno ualetudinē cōputamus: uel hoc solo præmio contenti, quod dum ista (ut ait M. Varro) mussitamus, plibus horis uiuimus. Profecto enim uita uigilia est. Quibus de causis atque difficultatibus nihil auso promittere, hoc ipsum tu præstas qđ ad te scribimus. Nec fiducia operis hæc est, sed dicatura. Multa ualde pretiosa ideo uidētur, quæ sunt templis dicata. Nos quidem omnes, patrem, te, fratremq; diximus opere iusto temporum nostrorum, historiā orsi à fine Aufidij Bassi. Vbi sit ea quæres? iampridem peracta sancitur. Et alioquin statutum erat

Hæc fiducia opis est, hæc indicatura.

tum erat hæredi mandare, ne quid ambitioni dedisse uita iudicaretur. Proinde occupātibus locum faueo & posteris, quos scio nobiscum decertaturos, sicut ipsi fecimus cum prioribus. Argumentum huius stomachi mei habebis, quod in his uoluminibus autorū nomina prætexui. Est enim benignum (ut arbitror) & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris, non ut pleriq; ex ijs quos attigi fecerunt. Scito enim conferentem me autores deprehendisse ab adiuratißimis & proximis ueteres transcriptos ad uerbum, neq; nominatos, non illa Virgiliana uirtute ut certarent, non Ciceroniana simplicitate, qui in libris de rep. Platonis se comitem profitetur: In consolatione filiæ Crātorem, in quit, sequor: item Panætium de officijs: Quæ uolumina eius ediscenda, non modo in manibus habenda quotidie, nosti. Obnoxij profecto animi, & infelicis ingenij est, deprehendi in furto malle, quàm mutuū reddere, cum præsertim sors fiat ex usura. Inscriptionis apud Græcos mira felicitas, κηρίον inscripsere, quod uolebant intelligi fauū. Alij κέρας ἀμαλθείας, uelut lactis gallinacei sperare possis in uolumine haustū. Iamiam Μοῦσαι, πάνδεκται, ἐγχειρίδια, λειμών, πινακίδιον, inscriptiones, propter quas uadimoniū deseri possit. At cū intraueris, dij deæq;, quàm nihil in medio inuenies. Nostri crassiores, antiquitatū, exemplorū, artiūq; quàm facetißimi lucubrationū: Vt qui ait, Bibaculus erā, & uocabar

 pan-

pantomimus, asserit. Varro in Satyris suis sesculixē & flexibula. Apud Græcos desijt nugari Diodorus, & βιβλιοθήκας historiā suam inscripsit. Appion quidam grāmaticus, hic quē Tiberius Cæsar cymbalum mūdi uocabat, quoniam publicæ famæ tympanū potius uideri posset, immortalitate donari à se scripsit, ad quos aliqua cōponebat. Me uero nō pœnitet nullū festiuiorē excogitasse titulum. Et ne in totum uidear Græcos insectari, ex illis nos uelim intelligi pingiq; cōditoribus, quos in libellis his inuenies, absoluta opera, & illa quoq; quæ mirando nō satiamur, pendēti titulo inscripsisse: Vt Apelles, Faciebat, aut Polycletus: tanq̄ inchoata semper arte & imperfecta, ut contra iudiciorum uarietates superesset artifici regressus ad ueniam, uelut emēdaturo quicquid desideraretur, si non esset interceptus. Quare plenū uerecundiæ illud est, quod omnia opa tanq̄ nouißima inscripsere, & tanquā aliquid singulis fato sit ademptum. Tria non amplius, ut opinor, absolute quæ tradũtur inscripta ille fecit, quæ suis locis reddā: quo apparuit, summam artis securitatē autori placuisse: & ob id magna inuidia fuere oīa ea. Ego planè me is adijci posse multa confiteor: nec ijs solis, sed & oībus quæ edidi: ut obiter caueam istos Homeromastigas. Ita enim uerius dixerim, q̄ (ut audio) Stoicos & dialecticos, & Epicureos quoq;. Nam de grammaticis semp expectaui parturiri aduersus libellos, quos

de gram-

de grammatica edidi. Et subinde abortus fecere iam decē annis, cū celerius etiā elephanti pariāt: Ceu uero nesciam aduersus Theophrastū, hominē in eloquētia tantū, ut nomē diuinum inde inuenerit, scripsisse etiam fœminam, & prouerbiū inde natū, suspendio arborē eligendā. Non queo mihi tēperare, quo minus ad hoc ptinētia ipsa Censorij Catonis uerba ponam, ut inde appareat, etiā Catoni de militari disciplina cōmentanti, q sub Africano, imò uero sub Annibale didicisset militare (Et ne Africanū quidē ferre potuisset, qu' impator triumphū reportasset) paratos fuisse istos qui obtrectatione alienæ sciētiæ famam sibi aucupantur. Quid enim ad te in meo uolumine? Scio ego quæ scripta sunt: Hæc si palàm proferātur, multos fore qui uitilitigēt, sed ij potißimū, qui ueræ laudis exptes sunt. Eorū ego orationes sino præterfluere. Nec Plācus illepide, q, cū diceretur Asinius Pollio orationes ī eū parare, q̄ ab ipso aut liberis post mortē Plāci ederētur ne respōdere posset: Cum mortuis nō nisi laruas luctari. Quo dicto sic repcussit illos, ut apd' eruditos nihil īpudētius iudicaretur. Ergo securi etiā cōtra uitilitigatores (quos Cato elegāter ex uitijs & litigatoribus cōposuit: qd enī illi aliud q̄ litigāt, aut litē quærūt?) exequemur reliqua propositi. Quia uero occupationibus tuis publico bono parcendū erat, quid singulis cōtineatur libris, huic epistolæ subiūxi: summaq; cura, ne perlegēdos

eos haberes, operam dedi. Tu per hoc & aliis præstabis ne perlegant: sed ut quisque desiderauerit aliquid, id tantum quærat, & sciat quo loco inueniat. Hoc ante me fecit ĩ literis nostris Valerius Soranus in libris quos ἐποπτίδων scripsit. Vale.

C. PLINII SECVNDI historiarum mundi elenchos librorum omnium trigintaseptem liber unus qui primus.

Summatim hæc insunt libris singulis.

Libro secundo continetur de mundo & cælestibus & terrestribus, & aërijs.

De repen

De insulis

f

Platone,Hipparcho,Timarcho,Sosigene,Petosiri, Necepso,Pythagoricis,Possidonio, Casimādro,Epigene,Gnomōico,Euclide,Cerano philosopho,Eudoxo,Democrito,Critodemo,Trasillo,Serapione,Dicæarcho, Archimede,Onesicrito, Eratosthene,Pythea ,Herodoto, Aristotele, Ctesia, Artemidoro Ephesio,Isidoro,Caraceno,Theopompo.

Libro tertio continentur situs,gētes, maria,oppida,portus,montes,flumina,mensuræ,populi qui sunt aut fuerunt.



Venetia

*Insularum Ionij & Adriatici summa. Oppida, gentes.* XXVI. *Summa flumina clara. Summi montes præclari. Summæ insulæ. Summa ea quæ intercidere oppida & gentes. Summa res, & historiæ, & obseruationes.* CCC.XXVI.

Ex *autoribus*

*Turamnio Graccula, Cor. Nepote, T. Liuio, Catone censorio, M. Agrippa, M. Varrone, diuo Augusto, Varrone Attacino, Antiate, Higino, L. Vetere, Mela Pomponio, Curione patre, Cælio Aruntio, Seboso, Licinio, Mutiano, Fabricio Thusco, L. Atteio Capitone, Verrio Flacco, L. Pisone, C. Aeliano, Valeriano.*

Externis.

*Artemidoro, Alexandro polyhistore, Thucydide, Theophrasto, Isidoro, Theopõpo, Metrodoro Scepsio, Callicrate, Xenophonte Lampsaceno, Diodoro Syracusano. Nymphodoro, Calliphane, Timagene.*

Libro

Libro quarto continentur situs, gentes, maria, oppida, montes, portus, flumina, mensuræ, populi qui sunt aut fuerunt.



Vniuersa

Summa oppida & gentes. Summa flumina clara. Summa montiũ clara. Sũma insulæ quæ intercidẽre oppida et gẽtes. Sũma res historiæ et obseruationes.

Ex autoribus.

M. Varrone, Catone Cẽsorio, M. Agrippa, diuo Augusto, Varrõe Atacino, Cor. Nepote, Higino, L. Vetere, Põponio Mela, Licinio, Mutião, Fabricio Thusco, Atteio Capitone, Atteio Philologo. Externis. Polybio, Hecatæo, Hellanico, Demaste, Eudoxo, Dicæarcho, Timosthene, Ephoro, Cratete grãmatico, Serapione Antiochense, Callimacho, Artemidoro, Apollodoro, Agathocle, Eumacho Siculo musico, Alexandro polyhistore, Thucydide, Dosiade, Anaximandro, Philistide Malote, Dionysio, Aristide, Callidemo, Menæchmo, Aedosthene, Anticlide, Heraclide, Philemone, Menephonte, Pythea, Isidoro, Philenide, Xenogora, Astymonio, Staphyllo, Aristocrito, Metrodoro, Cleobulo, Posidonio.

Libro. V. continentur situs, gentes, maria, oppida, portus, montes, flumina, mensuræ populi qui sunt aut fuerunt.



Lybia

Sũma oppida et gẽtes, summa flumina clara, summa montiũ clara, summa ĩsulae. CXVIII. summa q̃ itercidẽre oppida, summa res historiae & obseruationes.

Ex autoribus

Agrippa, Suetonio, Paulino, Varrõe Attacino, Corn. Nepote, Higino, L. Vetere, Mela, Domitio Corbulone, Licinio, Mutião, Cl. Caesare, Arũcio, Liuio filio, Seboso in actis triumphorum.

Externis

Iuba rege, Hecataeo, Hellanico, Damaste, Dicaearcho, Bione, Timosthene, Philenide, Xenagora, Astymonio, Staphyllo, Dionysio, Aristotele, Aristocritõ, Ephoro, Eratosthene, Hipparcho, Panaetio, Serapione Antiocheno, Callimacho, Agathocle, Polybio, Timaeo, Machania, Herodoto, Myrsilo, Alexandro polyhistore, Metrodoro, Posidonio q periplũ aut pihegesim: Sotade, Periandro, Arctare Sicyonio, Eudoxo, Antigene, Callicrate, Xenophõte Lampsaceno, Diodoro Syracusano, Hãnone, Himilcone, Nymphodoro, Calliphone, Artemidoro, Megasthene, Isidoro, Cleobulo, Aristocreonte.

Libro

Libro.VI.continentur situs, gentes, maria, oppida, portus, flumina, mensuræ populi qui sunt aut fuerunt.

Summa oppida .CLXXXXV. Summa gentes.DLXVI. Summa fluminũ clara.CLXXXX. Sũma mõtes clari.XXXVIII.Sũma insulæ.C. VIII.Sũma quæ intercidere oppida aut gẽtes.LXXXXV. Summa res & historiæ & obseruationes duo milia .CC.XIIII. Ex autoribus

M.Agrippa, Varrõe, Attacino, Cor.Nepote, Higino, L.Vetere, Mela Põponio, Domitio Corbulone, Licinio, Mutiano, Claudio Cæsare, Arũcio, Seboso, Fabricio Thusco, Tito Liuio, Seneca, Nigidio.

Externis

Iuba re-

Iuba rege, Hecatæo, Hellãico, Demaste, Eudoxo, Dicæarcho, Betonio, Timosthene, Patrocle, Demodemante, Clitarcho, Eratosthene, Alexandro Magno, Ephodoro, Hipparcho, Panætio, Callimacho, Artemidoro, Apollodoro, Agathocle, Polybio, Eumacho Siculo, Alexandro polyhistore, Isidoro, Hammometo, Metrodoro, Posidonio, Onesicrito, Nearcho, Megasthene, Betone & Diogneto, Aristocreõte, Bione, Dialdone, Simonide minore, Basile, Xenophonte Lãpsaceno.

*Quando primum horologia* Cap.LX.
*Summa res & historiæ & obseruationes*. D.CC.
.XLVII. *Ex autoribus*

*Verrio Flacco,Cn.Gellio,Licinio,Mutião,Mutio, Massurio,Agrippino,Claudio Cæsare,M. Cicerone,Asinio Pollione,Messala,Ruffo,Nepote Cornelio,Vergilio,L.Cordio,Melisso,Seboso,Cor.Celso, Maximo Valerio,Trogo,Nigidio Figulo, Pomponio Attico,Pediano Asconio,Sabino, Catone censorio,Fabio Vestale.*

*Externis*

*Herodoto,Aristea,Betone,Isigono,Cratete, Agatharcide,Calliphane,Aristotele,Nymphodoro, Apollonide,Philarcho,Damone,Megasthene,Ctesia, Taurone,Eudoxo, Onesicrito,Clitarcho, Duride, Artemidoro,Hippocrate medico, Asclepiade medico,Hesiodo,Anacreonte,Theopõpo,Hellanico,Demaste, Ephoro, Epigene, Beroso,Petosiri,Neocepso,Alexandro Polyhistore,Xenophonte,Callimacho, Democrito, Diuliop, olyhistore Historicho, Stratone, qui contra Ephori theoremata scripsit, Heraclide Pontico, Asclepiade qui tragedumena, philosopho,Stephano,Hegesia, Archimacho,Thucydide,Mnesygitone, Xenagora, Metrodoro Scepsio,Anticlide,Critodemo*

*Libro octauo continẽtur animaliũ terrestrium naturæ pedatim gradientium.*

*Dẽ anima*

Summa res & historiæ & obseruationes. DCC. LXXXVIII. Ex autoribus

Mutiano, Procilio, Verrio Flacco. L. Pisone, Corn. Valeriano, Catõe cẽsorio, Fenestella, Trogo, Actio, Columel-

Columella, Virgilio, Varrone, L. Metello, Scipiõe, Corn. Celso, Nigidio, Trebio nigro, Pomponio Mela, Manilio, Sura.

Externis

Iuba rege, Polybio, Onesicrito, Isidoro, Antipatro, Aristotele, Demetrio physico, Democrito, Theophrasto, Euante, Apocha qui olympionica, Hierone rege, Attalo rege, Philometore rege, Ctesia, Duride, Philisto, Archita, Philarcho, Amphilocho, Athenæo, Anaxipoli Thasio, Apollodoro Lemnio, Aristophane Milesio, Antigono Cymæo, Agathocle Chio, Apollonio Pergameno, Aristandro Athenæo, Bacchio Milesio, Bione Solẽse, Cherea Athenæo, Diodoro Prienneo, Dione Colophonio, Epigene Rhodio, Euagone Thasio, Euphronio Athenæo, Hegesia Maroneo, Menãdro Prienneo, Heracleote, Menecrate poëta, Androcione q de agricultura scripsit, Eschrione qui item, Dionysio qui Magonem transtulit, Diophane qui ex Dionysio epitomen fecit, Archelao rege, Nicandro.

Libro nono continentur animalium aquaticorũ historiæ & naturæ.

De loligi-

Summa res & historiae & obseruationes DC.L.

Ex autoribus

Turannio Graccula, Trogo, Mœcenate, Albino flauio, Corn. Nepote, Valerio mimographo, Fabiano, Fenestella, Mutiāo, Aelio Stilone, Statio Seboso, Melisso, Seneca, Cicerone, Macro, Aemilio, Messala Coruino, Trebio Nigro, Nigidio.

Externis

Aristotele,

Aristotele, Archelao rege, Callimacho, Democrito, Theophrasto, Trasillo, Aegesidemo Cydnio, Alexandro polyhistore.

Libro. X. continentur natura & historiae animalium uolatilium



De gallis

De 49

Summa res & historiae & obseruationes septingentaeuigintiquatuor.

Ex autoribus

Manilio, Cornelio, Valeriano, Accio, Vmbritio meliore, Massurio Sabino, Antistio, Labeone, Trogo, Cremutio, M. Varrone, Macro, Aemilio, Emissio,

Mutiano, Nepote, Fabiano pictore, Tito Lucretio, Cor. Celso, Horatio delusone, Higino, Sarsenis, Nigidio, Manilio Sura. Externis Homero, Phœmone, Philemone, Boëtho qui ornythogonia, Hyla qui de augurijs, Aristotele, Theophrasto, Callimacho, Aeschylo, Hierone rege, Philometore rege, Archita, Amphilocho Atheniense, Anaxipoli Thasio, Apollodoro Lemnio, Aristophane Milesio, Antigono Cymæo, Agathocle Chio, Apollonio Pergameno, Aristandro Athenæo, Bacchio Milesio, Bione Solense, Chærea Atheniense, Diodoro Prieneo, Dione Colophonio, Democrito, Diophane Nicense, Epigene Rhodio, Euagora Thasio, Euphronio Athenæo, Iuba, Androtione qui de agricultura, Aeschrione qui item, Dionysio qui Magonem transtulit, Diophane qui ex Dionysio epitomen fecit, Nicandro, Onesicrito, Philarcho, Hesiodo.

Libro. XI. continentur historiæ & naturæ paruorum animalium & reptilium.



Exq-

De caudis

Summa res & historiæ & obseruationes duo milia ducentæseptuaginta.

Ex autoribus

Marco Varrone, Higino, Scropha, Sarsenna, Celso Cornelio, Aemilio Macro, Virgilio, Columella, Iulio Aquila qui de Hetrusca disciplina scripsit, Tarquitio qui item, Vmbritio qui itē, Catone Censorio, Domitio Caluino, Trogo. Melisso, Fauonio, Fabiano, Mutiano, Nigidio, Manilio, Opio.

Externis

Aristotele, Democrito, Neoptolemo q melliturgia, Aristomacho qui item, Philisto qui item, Nicandro, Menecrate, Dionysio qui Magonem transtulit, Empedocle, Callimacho, Attalo rege, Apollodoro q de bestijs uenenatis, Hippocrate, Eriphilo, Erasistrato, Asclepio, Themisone, Posidonio Stoico, Menandro Priennense, Heraclide, Euphronio Athenæo, Theophrasto, Hesiodo, Philometore rege.

De maſti-

Summa res & historiæ & obseruationes.CCCC. LXXVIII.

Ex autoribus

M.Varrone, Mutiano, Virgilio,Fabiano,Seboso, Pomponio Mela, Flauio Proculo, Trogo,Higino, Claudio Cæsare,Corn.Nepote,Sex.Nigro qui græce de medicina scripsit. Cassio Hemina, L.Pisone, Tuditano,Antiate.

Externis

Theophrasto,Herodoto,Callisthene,Isigono,Clitarcho,Anaximene,Duride,Nearcho, Onesicrito,Polycrito,

lycrito, Olympiadoro, Diogneto, Nigibulo, Anticli de, Carete Cydonio, Menæchmo, Dorotheo, Xenia Athenæo, Lyco, Anteo, Epipodo, Chærea, Democle, Ptolemæo Lago, Marsya Macedone, Zoilo, itẽ Democrito, Amphilocho, Aristomacho, Alexandro Polyhistore, Iuba, Apollodoro qui de odoribus scripsit, Heraclide medico, Archidemo, item Dionysio, item Democle, item Euphrone, item Opsenide, itẽ Diagora, item Iolla, item Heraclide Tarentino, Zenocrate Ephesio, Eratosthene.

Libro tredecimo continetur de unguentis & arboribus maritimis.

Summa res & historiæ & obseruationes CCCC. LXVIII. Ex autoribus.

M.Varrõe,Mutiano,Virgilio,Fabiano,Seboso,Põponio Mela,Fabio,Higino,Trogo,Proculo,Claud. Cæsa. Cor. Nepote,Sex. Nigro,q græce de medicia scripsit,Cassio Hemĩa,L.Pisone,Tuditão,Antiate.

Externis

Externis

Theophrasto, Herodoto, Callisthene, Isodoro, Clitarcho, Anaximene, Duride, Nearcho, Onesicrito, Olympiodoro, Diogneto, Cleobulo, Anticlide, Crate Mityleno, Menæchmodoro Thebano, Dorotheo Atheniense, Lyco, Anteo, Epipodo, Dione, Adimantho, Ptolemæo Lago, Marsya Macedone, Zoilo. Itē Democrito, Amphilocho, Alexandro polyhistore, Aristomacho, Iuba rege, Apollodoro q de odoribus scripsit, Heraclide medico, Botrye medico, Archidemo, itē Dionysio, itē Democlite, itē Euphrone, item Mnesíde, item Diagora, item Iolla, item Heraclide Tarentino, Xenocrate Ephesio.

Libro quartodecimo continetur de uitibus & uineis.



De uini

Summa res & historiæ & obseruationes .D.X.

Ex autoribus

Cor. Valeriano, Virgilio, Celso, Catone cẽsorio, Sasennis patre & filio, Scropha, M. Varrone. Duylliano, Fabio pictore, Trogo, Higino, Flacco Verrio, Græcino, Iulio Actio, Columella, Massurio Sabino, Fenestella, Tergilla, Mactio Plãco, Flauio Dorsinio, Scæuola Aelio, Atteio Capitone, Cotta Messalino, L. Pisone, Cõpeio Leneo, Fabiano, Sex. Nigro, Vibio Ruffino. Externis.

Hesiodo, Theophrasto, Aristotele, Democrito, Attalo rege, Philometore rege, Archita, Xenophonte, Amphilocho, Athenæo, Anaxipoli Thasio, Apollodoro

lodoro Lemnio, Aristophane Milesio, Antigono Cymaeo, Agatone, Apollonio Pergameno, Aristandro Athenaeo, Botrye, itẽ Bacchio Milesio, Bione Solense, Chaerea Atheniense, Cheristo, item Diodoro Prienneo, Dione Colophonio, Epigene Rhodio, Euagora Thasio, Euphrone Athenaeo, Androcione qui de agricultura scripsit, Eschirione qui item, Lysimacho qui item, Dionysio qui Magonem transtulit, Diophane q ex Dionysio epitomen fecit, Aesclepiade medico, Onesicrito, Erasistrato qui item, Iuba rege.

Libro quintodecimo continetur de natura frugiferarum arborum & cultarum.

Summa res & historiæ & obseruationes.D.XX.

Ex autoribus

Fenestella, Fabiano, Virgilio, Cornelio, Valeriano, Celso, Catone Censorio, Sarsenis patre & filio, Scropha, M.Varrone, Lysimacho, Fabio pictore, Trogo, Higino, Flacco Verrio, Græcino, Attico. Iulio, Sabino,

Sabino, Tergilla, Cotta Messalino, Columella, L. Pisone, Pompeio Leneo, Mactio Planco, Flauio Dorsene, Scæuola, Aelio, Atteio, Capitone, Sexto Nigro, Mumio Ruffino. Externis Hesiodo, Aristotele, Democrito, Hierone rege, Archita, Philometore rege, Attalo rege, Xenophonte, Amphilocho, Athenæo, Anaxipoli Thasio, Apollodoro Lemnio, Aristophane Milesio, Antigono Cymæo, Agathocle Chio, Apollodoro Pergameno, Aristādro Athenæo, Bacchio Milesio, Bione Solēse, Chærea Athenæo, Cheristo, itē Diodoro Prienneo, Dione Colophonio, Epigēne Rhodio, Euagora Thasio, Euphranio Athenæo, Androcione q de agricultura scripsit, Eschrione qui itē, Dionysio q Magonem transtulit, Diophane qui ex Dionysio epitomen fecit, Asclepiade medico, Erasistrato itē, Comiade qui de conditura uini, Aristomacho qui item, Hicesio qui item, Themisone medico, Onesicrito, Iuba rege.



De fagi-

De ede-

Summa res et hiſtoriæ et obſeruationes centumtrigintaquinque.

Ex autoribus

M. Varrone, Fœciale, Nigidio, Cor. Nepote, Higino, Maſſurio, Catone, Mutiāo, L. Piſone, Trogo, Cal

phurnio Basso, Cremutio, Sex. Nigro, Cor. Boccho Vitruuio, Græcino. Externis Alexandro polyhistore, Hesiodo, Theophrasto, Democrito, Homero, Timæo mathematico.

Libro. XVII. continentur satiuarum ac cultarũ arborum naturæ.



De satio-

Summa res et historiæ, et obseruationes quingentæ octoginta una.

Ex autoribus

Cor. Nepote, Catone Censorio, M. Varrone, Celso, Virgilio, Higino, Sarsenis patre et filio, Scropha, Calphurnio, Basso, Trogo, Aemilio, Macro, Graecino, Columella, Attico Iulio, Fabiano, Sura Manilio, Doseno Mundo, C. Epidico, L. Pisone.

Externis

Isidoro, Theophrasto, Aristotele, Democrito, Theopompo, Hierone rege, Attalo rege, Philometore rege, Archita, Xenophonte, Amphilocho Atheniense, Anaxipoli Thasio, Apollodoro Lemnio, Aristophane Milesio, Antigono Cymaeo, Agathocle Chio, Apollonio Pergameno, Bacchio Milesio, Bione, Chaerea Atheniense, Cheristo, itē Diodoro Prienneo, Dione Colophonio, Epigene Rhodio, Euagone Thasiō, Euphronio, Athenaeo, Androcione, qui de agricultura scripsit, Aeschrione qui item, Lysimacho qui itē, Dionysio qui Magonem transtulit, Diophane q ex Dionysio epitomen fecit, Aristandro qui de portentis.

Libro. XVIII. continetur de agricultura.

Quod antiquis maximum studium agriculturae fuit, et de hortorum maxima diligentia Cap. I.

Quae corona primo Romae Cap. II.

De iugere, et actu, et legibus circa pecora, et quotiens et quibus temporibus fuit summa uilitas annonae, et qui agri cultura illustres Cap. III.

Ratio de

Ex autoribus

Massurio Sabino, Caßio Hemina, Verrio Flacco. L.Pisone,

L. Pisone, Corn. Celso, Turānio Graecula. D. Syllano. M. Varrone, Catone Cēsorio, Scropha, Sarsenis patre & filio, Domitio Caluino, Higino, Virgilio, Trogo, Ouidio, Graecino, Columella, Tuberone, L. Aruntio, qui graece de astris scripsit, Caesare dictatore qui item, Sergio Paulo, Sabino, Fabiano, M. Cicerone, Calphurnio, Basso, Atteio Capitone, Manilio Sura, Actio, qui praxidica

Externis

Hesiodo, Theophra. Aristote., Democrito, Hierone rege, Philometore rege, Attalo rege, Archelao rege Archita, Xenophon. Amphilocho, Athenaeo, Anaxi poli Thasio, Aristopha. Milesio, Apollodoro Lēnio, Antigene Micenaeo, Agathocle Chio, Apollonio Pergameno, Aristādro Athenaeo, Bacchio Milesio, Bione solense, Charea Atheniēse, Cherastaeo, itē Diodoro Prienneo, Dione Colophonio, Epigene Rhodio, Euagora Thasio, Euphornio Athenaeo, Androciōe, q de agricultura scripsit, Eschrione qui itē, Lysimacho q itē, Dionysio, q Magonē transtulit, Diophane qui ex Dionysio epitomen fecit, Palete, Eudoxo, Philippo, Calippo, Dositheo, Parmenisco, Melitone, Critone, Oenopide, Zenone, Eutemone, Harpalo, Hecataeo, Anaximandro, Sosigene, Hipparcho, Arato, Zoroastre, Archibio.

Libro decimonono continetur lini natura, & mirabilia.

De lini

Ex autoribus

M. Actio

M. Actio, Planco. M. Varrone, D. Syllano, Catone Censorio, Higino, Virgilio, Mutiano, Celso, Columella, Calphurnio Basso, Manilio Sura, Sabino, Tyrõe, Licinio, Macro, Q. Hirtio, Vibio Ruffino, Cesenneo, qui cepurica scripsit, Castritio, item Firmio, item Peritio. Externis

Herodoto, Theophrasto, Democrito, Aristomacho, Menandro qui biochresta scripsit, Anaxilao.

Libro uicesimo continẽtur medicinæ ex his quæ in hortis seruantur



De apio,

De sinapis

*Summa medicinæ & historiæ & obseruationes* M.D.C.VII. Ex autoribus

Catone Cẽsorio, M. Varrone, Pompeio Leneo, Gallione, Higino, Sex. Nigro, qui græce scripsit, Iulio Basso, qui item. Celso, Antonio Castore

Externis

Democrito, Theophrasto, Orpheo, Menandro qui biochresta scripsit, Pythagora, Nicandro

Medicis

Nicandro, Hippocrate, Chrysippo, Diocle, Opione, Heraclide, Hicesio, Dionysio, Apollodoro Tarentino, Apollodoro Cittiẽse, Praxagora, Plistonico medico, Dieuce, Cleophanto, Philistione, Asclepiade, Crateia, Petronio, Diodoro, Iolla, Erasistrato, Diagora, Andrea, Mnesíde, Epicharmo, Damione, Dalione, Sosimene, Hyepolo, Metrodoro, Solone Lycio, Olympiade Thebana, Phyllino, Petridio, Mictione, Glaucia, Xenocrate.

Libro uigesimo primo continentur florum & coronamentorum naturæ

De natura

De cura

Summa medicinæ hiſtoriæ et obſeruationes ſeptingentæ triginta. Ex autoribus

Catone Cenſorio, M. Varrone, Maſſurio, Antiate, C. Helio Veſtino, Vibio Ruffino, Higino, Pomponio Mela, Pōpeio Lenate, Cor. Celſo, Calphurnio Baſſo, P. Largio, Licinio Macro, Seſtio q græce ſcripſit, Iulio Baſſo q itē, Antonio Caſtore.

Externis

Theophraſto, Democrito, Orpheo, Pythagora, Magone, Menandro, qui biochreſta ſcripſit: Nicandro, Homero, Heſiodo, Muſæo, Sophocle, Anaxilao.

Medicis

Mneſtheo qui de coronis, Callimacho qui item, Phania phyſico, Simo, Tamariſto, Hippocrate, Chryſippo, Diocle, Opione, Heraclide, Hiceſio, Dionyſio, Apollodoro Cittienſe, Apollodoro Tarentino, Praxagora, Pliſtonico medico, Dieucè, Cleophanto, Philiſtione, Aſclepiade, Carteia, Petronio, Diodoro, Iolla, Eraſi-

la,Erasistrato,Diagora,Andrea,Mnesicle,Epichar
mo,Damione,Dalione,Sosimene, Theopolemo,Me-
trodoro,Solone Lycio,Olympiade Thebana,Phyl-
lino,Petreio,Myctione,Glaucia,Xenocrate.

Summa medicinæ & historiæ & obseruationes. D. CCCC. VI. Ex autoribus

Iisdem quibus priore libro, & præter eos Chrysermo, Eratosthene, Alcæo.

Libro. XXIII. cōtinetur de incultis arboribus. De medicinis uuarum recentium, et de sarmẽtis uuarum, et uinaccis, et de uua theriace, & de uua passa, & astaphide, et astaphisagria, pituitaria, et labrusca, et de uite alba, et nigra, & de mustis,

Summa medicinae & historiae et obseruationes. M. CCCC.XIX. Ex autoribus

C. Valgio, Põpeio Leneo, Sestio Nigro, q graece scripsit, Iulio Basso q itẽ, Antonio Castore, M. Varrone, Cor. Celso, Fabiano. Externis

Theophrasto, Democrito, Orpheo, Pythagora, Magone, Menãdro q biochresta scripsit, Nicandro, Ho

ro, Hesiodo, Musæo, Sophocle, Anaxilao.

Medicis

Mnesteo, Callimacho, Phania physico, Simo, Tamaristo, Hippocrate, Chrysippo, Diocle, Opione, Heraclide, Hicesio, Dionysio, Apollodoro Cittiēse, Apollodoro Tarentino, Praxagora, Plistonico medico, Dieuce, Cleophanto, Philistione, Asclepiade, Crateia, Petronio, Diodoro, Iolla, Erasistrato, Diagora, Andrea, Onorca, Mnesicle, Epicharmo, Demione, Dalione, Cosimene, Theopolemo, Metrodoro, Solone Lycio, Olympiade Thebana, Phyllino, Petrino, Mystione, Glaucia, Xenocrate.

Libro.XXIIII. continentur medicinæ ex arboribus syluestribus.

 eſſe

Summa medicinæ et historiæ & obseruationes mille quadringẽtæ decẽ et octo Ex autoribus C. Valgio, Pompeio Leneo, Sexto Nigro qui græce scripsit, Iulio Basso qitẽ, Antonio Castore, M. Varrone, Cor. Celso, Fabiano. Externis Theophrasto, Apollodoro, Democrito, Orpheo, Pythagora, Magone, Menãdro qui biochresta scripsit, Nicandro, Homero, Hesiodo, Musæo, Sophocle, Anaxilao. Medicis Mnestheo, Callimacho, Phania physico, Simo, Tamaristo, Hippocrate, Chrysippo, Diocle, Opione, Heraclide, Hicesio, Dionysio, Apollodoro Cittiense, Apollodoro Tarentino, Praxagora, Plistonico medico, Dieuce, Cleophanto, Philistone, Asclepiade, Crateia, Petronio, Diodoto, Iolla, Erasistrato, Diagora, Andrea, Onorca, Mnesicle, Epicharmo, Demione, Sosimene, Theopolemo, Solone Lycio, Metrodoro, Olympia

Olympiade Thebana, Phyllino, Petreio, Mictyone, Glaucia, Xenocrate.

Libro XXV. cōtinētur naturæ herbarū spōte nascentium, autoritas herbarum, et de origine usus earum.

et capno, et acoro, et iride, cotyledo, aizoo, & andrachne, et erigero, et de ephemero, et de labro Veneris, et de ranunculo, ad oculorũ, auriũ, nariũ, dentiũ, orisq́; uitia medicinæ Cap. XIII.

Summa medicinæ et historiæ et obseruationes M.CC.LXXXXII.

Ex autoribus

Sex. Gallico, Pompeio Leneo, Sestio Nigro, qui græce scripsit, Iulio Basso qui item, Antonio Castore, Corn. Celso.

Externis

Theophrasto, Apollodoro, Democrito, Iuba, Orpheo, Pythagora, Magone, Menandro, qui biochresta scripsit, Nicandro, Homero, Hesiodo, Musæo, Sophocle, Xantho, Anaxilao

Medicis

Mnesteo, Callimacho, Phania physico, Tamaristo, Simo, Hippocrate, Chrysippo, Diocle, Opione, Heraclide, Hicesio, Dionysio, Apollodoro Cittiense, Apollodoro Tarẽtino, Praxagora, Plistonico medico, Dieuce, Cleophanto, Philistione, Asclepiade, Cratcia, Iolla, Erasistrato, Diagora, Andrea, Mnesicle, Epicharmo, Demione, Sosimene, Theopolemo, Metrodoro, Solone Lycio, Olympiade Thebana, Phylino, Petreio, Mictione, Glaucia, Xenocrate.

Libro uicesimo sexto continentur reliquæ per morborũ genera medicíæ, et de nouis morbis, et de lichene quid sit, et quando primũ in Italia cœperint,

Ad luxa-

Summa medicinæ et historiæ et obseruationes. M. CC.XCII. Ex autoribus

M. Varrone, C. Valgio, Pompeio Leneo, Sextio Nigro, qui græce scripsit, Iulio basso, qui item, Antonio Castore, Corn. Celso.

Externis

Theophrasto, Apollodoro, Democrito, Iuba, Orpheo, Pythagora, Magone, Menandro, qui biochresta scripsit, Nicandro, Homero, Hesiodo, Musæo, Sophocle, Xantho, Anaxilao.

Medicis

Mnestheo, Callimacho, Phania physico, Timarcho, Simo, Hippocrate, Chrysippo, Diocle, Opione, Heraclide,

raclide, Hicesio, Dionysio, Apollodoro Tarentino, Praxagora, Plistonico medico, Dieuche Cleophāto, Philistione, Asclepiade, Crateia, Iolla, Erasistrato, Diagora, Andrea, Mnesicle, Epicharmo, Demione, Theopolemo, Metrodoro, Solone Lycio, Thebana Olympiade, Phyllino, Petreio, Myctione, Glaucia, Xenocrate.

Summa medicinæ et historiæ et obseruationes DC.II. Ex autoribus

Pompeio Leneo, Sestio Nigro, qui græce scripsit, Iulio basso, qui item, Antonio Castore, Cor. Celso.

Externis

Theophrasto, Apollodoro qui itē, Democrito, Aristogitone, Orpheo, Pythagora, Magone, Menandro qui biochresta scripsit, Nicandro.

Medicis.

Mnestheo,

neruorũ remedia Ca. XVII. Ad ſanguinẽ ſiſtẽdum, cõtra ulcera et carcinomata, ad ſcabiẽ remedia Ca. XVIII. Ad muliebria mala medicinæ etc. Ca. XIX Mira de animalibus Cap. XX.
Summa medicinæ & hiſtoriæ & obſeruationes CLXXXV. Ex autoribus
M. Varrone, L. Piſone, Fabiano, Verre, Antiate, Verrio Flacco, Catone Cenſorio, Sergio, Sulpitio, Licinio Macro, Celſo, Maſſurio, Seſtio Nigro, qui græce ſcripſit, Bytho Dyrrhacheno, Ophilio, Medico, Granio medicis. Externis
Democrito, Apollonio q & mirſin, Mileto, Artemone, Sextilio, Home. Theophraſto, Lyſimacho, Attalo, Xenocrate, Orpheo q Diophios, Archelao q itẽ, Demetrio, Sotira, Laide, Elephantide, Salpe, Olympiade Thebana, Diotimo, Iolla, Mictione Smyrnæo, Aeſchine medico, Hippocrate, Ariſtotele, Metrodoro, Icacida medico, Heſiodo, Dialcone, Cæcilio, Bione, qui peridinamcon, Anaxilao, Iuba rege.

Libro XXIX cõtinentur medicinæ ex aĩalibus
De origĩe medicĩæ & quãdo primũ clinice, & quando primum iatraleptice, & de Chryſippo, & Eraſiſtrato, & empirice, & Herophilo, & reliquis illuſtribus medicis, & quotiens ratio medicinæ mutata ſit, & qui primus Romæ medicus, & quando & quid de medicis antiqui Romani iudicauerint, & uitia medicinæ Cap. I.

Summa medicinæ et obſeruationes.D.XXI.

Ex autoribus

M.Varrone, L.Piſone, Verrio Flacco, Antiate, Nigidio, Caſſio Hemina, Cicerone, Plauto, Celſo, Seſtio Nigro qui græce ſcripſit, Cæcilio medico, Metello, Scipione, Ouidio poeta, Licinio Macro.

Externis

Philopatore, Homero, Ariſtotele, Orpheo, Democrito, Anaxilao

Medicis

Botrye, Apollodoro, Archidemo, Anaxilao, Ariſtone, Xenocrate, Democrate, Diodoro, Chryſippo philoſopho, Horo, Nicandro, Apollonio Tyanæo.

Libro.XXX. continentur medicinæ ex animalibus reliquæ prioris libri.

Summa medicinæ & obseruationes octingentæquinquagintaquatuor.

Ex autoribus

M.Varrone, Nigidio, M.Cicerone, Sestio Nigro q. græce scripsit, Licinio Macro.

Externis

Eudoxo, Aristotele, Hermippo, Homero, Appione, Orpheo, Democrito, Anaxilao.

Medicis

Botrye, Horo, Apollodoro, Menandro, Archimede, Aristone, Xenocrate, Diodoro, Chrysippo Horo, Nicandro, Apollonio Tyanæo.

Libro trigesimoprimo continentur medicinæ ex aquatilibus, et aquarum mirabilia.

Summa medicinæ historiæ & obseruationes nongenteuigintitres.

Ex autoribus

Marco Varrone, Caßio Parmēse, Cicerone, Mutio, Cor. Celso, Trogo, Ouidio, Polybio, Sornatio.

Externis

Callimacho, Cæcilio, Ctesia, Lyndo, Theophrasto, Eudoxo, Theopompo, Polyclito, Iuba, Lyco, Appione, Epigene, Pelope, Apelle, Democrito, Thrasillo, Nicandro, Menādro comœdo, Attalo, Sallustio, Dionysio, Andrea, Nicerato, Hippocrate, Anaxilao.

Libro trigesimosecundo continentur reliqua medicinæ ex aquatilibus.

*Ex auto-*

Ex autoribus

Licinio Macro, Trebio Nigro, Sestio Nigro q græce scripsit, Ouidio poëta, Cassio Hemina, Mœcenate, Lucio Atteio.

Externis

Iuba, Andrea, Salpe, Appione, Pelope, Apelle Thasio, Thrasillo, Nicandro.

Libro trigesimotertio continentur naturæ metallorum.

Summa medicinę et historię et obseruationes mille ducentęquindecim. Ex autoribus
L.Pisone, Antiate, Verrio, M.Varrone, Cor.Nepote, Mes-

te, Meßala, Ruffo, Marso poeta, Butho, Iulio Baßo, qui de medicinis græce scripsit, Sestio Nigro q item, Fabio Vestale. Externis Democrito, Metrodoro Scepsio, Menæchmo qui de toreutice scripsit, Xenocrate qui item, Antigono qui item, Heliodoro qui de Atheniensium anathematis, Pasitele qui admirabilia opera scripsit, Nymphodoro, Timæo qui de medicina metallica scripsit, Iolla, Apollodoro, Andrea, Heraclide, Diagora Botryense, Archimede, Dionysio, Aristogene, Democrito, Mnesicle, Attalo medico, Xenocrate Zenonis, Theomnesto.

Summa

*Summa res & historiæ & obseruationes* . DCCC.XV.

Ex autoribus

L. Pisone, Antiate, Verrio, M. Varrone, Messala, Ruffo, Marso poëta, Butho, Iulio Baßo, qui de medicina græce scripsit, Sex. Nigro, itē Fabio Vestale.

Externis

Democrito, Metrodoro Scepsio, Menæchmo, qui de toreutice scripsit, Xenocrate qui item, Antigono qui item, Duride qui item, Heliodoro qui de Atheniensium anathemate scripsit, Nymphodoro, Andrea, Heraclide, Diagora Botryense, Iolla, Apollodoro, Archimede, Dionysio, Aristogene, Diomede, Mnesicle, Xenocrate, Zenonis Theomnesto.

Libro tricesimo quinto continetur honos picturæ.

Nobilita-

De lapidi

De origi-

Ex autoribus.

M. Varrone, Cælio, Galba, C. Iĉto, Mutiano, Nepote Cor. L. Pisone, Tuberone, Seneca, Fabio Vestale, Ammo Fœciale, Fabiano, Catone Censorio, Victruuio.

Externis.

Theophrasto, Praxitele, Iuba rege, Nicandro, Sotaco, Sudine, Alexandro polyhistore, Appione, Plistonico, Duride, Herodoto, Eumero, Aristagora, Dionysio, Archemidoro, Bucorida, Antisthene, Democrito, Demotele, Lycea.

Libro tricesimoseptimo continetur origo gemmarum.



De ortu

Ex autoribus.

M.Varrone, Actis triumphi, Mæcenate, Iaccho, Corn.Boccho. Externis.
Iuba rege, Xenocrate Zenonis, Sudine, Aeſchylo, Philoxene, Euripede, Nicãdro, Satyro, Theophraſto, Carete,

*Carete, Philomene, Democrate, Xenotimo, Metrodoro, Sotaco, Pythea, Timæo Siculo, Nicea, Theocresto, Asaruba, Mnasea, Theomene, Ctesia, Mithridate, Sophocle, Archelao rege, Callistrato, Democrito, Ismenio, Olympico, Alexandro polyhistore, Appione, Horo, Zoroastre, Zactalia.*

FINIS LIBRI PRIMI.



# C. PLINII SECVNDI HISTORIAE NATVRALIS, OPERIS ERVDITISSIMI, QVINARIVS PRIMVS.



## ARGVMENTVM QVINARII .I.

*In hoc quinario, mundus ipse per suas partes, & has quidem & maximas & præcipuas describitur: simulq; & harum omnium, nempe cæli, ignis, aeris, aquæ, terræ, suis cuiusq; locis & ordine debito, naturæ, potentiæ & miracula exponuntur, non minus grauiter quàm luculẽter, idq; in primo huius quinarij libro, qui aliâs totius operis secundus habetur. Nam in reliquis quatuor, ipsius terræ seorsim atque altius repetita descriptio, (quam Geographiam uocant) ita ab autore exponitur, ut nullus propè angulus in toto habitabili orbe sit, quẽ Plinius non attigerit, in tot eam ptes ueluti dispartiẽs, ut in frusta quasi minutatim secta ipsa uideri poßit. Ita nulla regio, nullus mons, nullus fluuius, nullum ferè tam minutum oppidum ab eo nõ enarratur. Quod certe ex Geographis nec ante nec post eũ alius quispiam fecisse comperitur hactenus.*



# C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .II.

*An finitus sit mundus, & an unus.*

## CAPVT .I.



VNDVM, ET *hoc quod nomine alio cælum appellari libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta, numen esse credi par est, æternum, immensum, neq; genitum, neq; in teriturum unquam. Huius extera indagare, nec interest hominum, nec capit humanæ coniectura mentis. Sacer est, æternus, immensus, totus in toto, imò uero ipse totum: finitus, & infinito similis: omnium rerum certus, & similis incerto: extrà, intrà, cuncta complexus in se: idemq; rerum naturæ opus, & rerum ipsa natura. Furor est, mensuram eius animo quosdam agitasse, atq; prodere ausos: alios rur-*

*Vt mundum hoc loco et cælũ uocari, ipsius Plinij uerba indicant, ita uicißim & cælũ mundũ appellari, nõ modo Aristo. in lib. qui ab eo de cælo inscribitur, sed et Plato in Timæo, & Cicero in lib. de uniuersi. ostendit.*

*ſus occaſione hinc ſumpta, aut his data, innumerabiles tradidiße mundos, ut totidẽ rerum naturas credi oporteret: aut, ſi una omnes incubaret, totidem tamen ſoles, totidemq; lunas, & cætera etiam in uno, & immenſa & innumerabilia ſidera: quaſi non eadem quæſtione, ſemper in termino cogitatiõis occurſura, deſiderio finis alicuius: Aut ſi hæc infinitas naturæ omnium artifici poßit aßignari, nõ illud idem in uno facilius ſit intelligi, tãto præſertim opere. Furor eſt, profecto furor, egredi ex eo: et tanquam interna eius cuncta planè iã ſint nota, ita ſcrutari extera: quaſi uero menſurã ullius rei poßit agere, qui ſui neſciat, aut mẽs hominis uidere, quæ mũdus ipſe non capiat.*

*De forma eius.* Caput .II.

*FOrmam eius in ſpeciem orbis abſoluti globatam eſſe, nomen in primis & conſenſus in eo mortalium orbem appellantium, ſed & argumenta rerum docent: non ſolum quia talis figura omnibus ſui partibus uergit in ſeſe, ac ſibi ipſa toleranda eſt, ſeq; includit & continet, nullarum egens compaginum, nec finem aut initium ullis ſui partibus ſentiens, nec quia ad motum quo ſubinde uerti debeat (ut mox apparebit) talis aptißima eſt: ſed oculorũ quoq; probatione, ꝙ conuexus mediusq; quacunq; cernatur, cum id accidere in alia non poßit figura.*

*De motu eius.* Caput .III.

Hanc

*Hanc ergo formã eius, æterno & irrequieto ambitu, inenarrabili celeritate, uigintiquatuor horarum spatio circumagi, solis exortus & occasus haud dubium reliquere. An sit immensus, & ideo sensum aurium facile excedens, tantæ molis rotatæ uertigine aßidua sonitus, non equidem facile dixerim, non hercle magis, quàm circũactorum simul tinnitus siderum, suosq; uoluentium orbes: an dulci quidem et incredibili suauitate concentus, nobis, qui intus agimus, iuxtà diebus noctibusq; tacitus labatur mundus. Esse innumeras ei effigies animalium rerumq; cunctarum impressas, nec (ut in uolucrum notamus ouis) leuitate continua lubricum corpus, quod clarißimi autores dixere tenerum, argumentis indicatur: quoniam inde deciduis rerum omnium seminibus, innumeræ, in mari præcipue, ac pleruq; confusis, monstrificæ digenerantur effigies. Præterea uisus probatiõe, alibi plaustri, alibi ursi, tauri alibi, alibi literæ figura, candidiore medio super uerticem circulo.*

*Pythagoricũ et Platonicũ: cui haud multũ absimile uidetur quod in li. Iob legitur: Quis enarrabit cælorũ rationem, & cõcẽtũ cæli quis dormire faciet? Licet constanter reclamet Peripateticorũ schola.*

*Cur mundus dicatur.* Caput .IIII.

*Equidem & consensu gentium moueor. Nam quem κόσμον Græci, nomine ornamẽti appellauerunt, eum & nos à perfecta absolutaq; elegantia, mundum. Cælum quidem haud dubie cælati argumento diximus, ut interpretatur M. Varro. Adiuuat rerum ordo, descripto circulo, qui signifer uocatur,*

catur, in duodecim animalium effigies, & per illas solis cursu congruens tot seculis ratio.

De quatuor elementis. Caput .V.

NEc de elementis uideo dubitari, quatuor ea esse. Ignium summũ, inde tot stellarum collucentium illos oculos. Proximum spiritus, quem Græci nostriq; eodem uocabulo aëra appellant. Vitalẽ hunc, & per cuncta rerum meabilem, totoq; consertum: cuius ui suspensam, cum quarto aquarum elemento, librari medio spatio tellurem. Ita mutuo cõplexu diuersitatis effici nexum, et leuia ponderibus inhiberi, quo minus euolent: contraq; grauia ne ruant, suspendi leuibus in sublime tendentibus. Sic pari in diuersa nisu ui sua quæq; consistere, irrequieto mundi ipsius constricta circuitu: quo semp in se currente, imam atq; mediam in toto terram, eandemq; ❁ uniuersi cardine stare pendẽtem, librantẽ p quæ pendeat, ita solam immobilẽ circa eam uolubili uniuersitate, eandẽq; ex oĩbus necti, eidemq; oĩa inniti.

❁ Per uniuersi cardinem, mũdi centrũ intelligere uidetur Plinius. Sic infra cap. lxiij. terram ipsam cæli cardinem appellat. Nec mirũ id quidẽ, quando et physici docent, id q̃d et à Macrobio in som. Sci. refertur, terram ob nimiã sui paruitatem ad cæli magnitudinem, cẽtri siue puncti modũ obtinere.

De septem planetis. Caput VI.

INter hanc cælumq;, eodẽ spiritu pendent, certis discreta spatijs, septem sidera, quæ ab incessu uocamus errantia, cum errent nulla minus illis: quorũ medius sol fertur amplißima magnitudine ac potestate: nec temporum modo terrarumq;, sed siderũ etiam ipsorum cæliq; rector. Hunc mundi esse totius animum, ac planius mentẽ, hunc principale naturæ

turæ regimen, ac numen credere decet opera eius extimantes. Hic lucem rebus ministrat, aufertq; te nebras: hic reliqua sidera occultat: hic uices tempo rum, annumq; semper renascentē ex usu naturæ tem perat: hic cæli tristitiam discutit, atq; etiam nubila humani animi serenat: hic suum lumen cæteris quoq; sideribus fœnerat, præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens, ut principi literarum Homero placuisse in eo uideo.

Ili. iij. et alijs aliquot locis. ἠέλιος δ' ὃς παντ' ἐφορᾷς καὶ παντ' ἐπακούεις. Hert. sole, qui omnia inspicit, et om audis

De deo. Caput VII.

QVapropter effigiem dei, formāq; quærere, imbecillitatis humanæ reor. Quisquis est deus, (si modo est alius) & quacunq; in parte, totus est sensus, totus est uisus, totus auditus, totus animæ, totus animi, totus sui. Innumeros quidem credere, atque etiam ex uirtutibus uitijsq; hominū, ut pudicitiam, concordiam, mētem, spem, honorem, clementiam, fidem, aut (ut Democrito placuit) duos omnino, Pœnam & Beneficium, maiorem ad socordiam accedit. Fragilis & laboriosa mortalitas in partes ista digessit, infirmitatis suæ memor, ut portionibus coleret quisq;, quo maxime indigeret. Itaq; nomina alia alijs gentibus, & numina in ijsdem innumerabilia reperimus, inferis quoq; in genera descriptis, morbisq; & multis etiam pestibus, dum esse placata trepido metu cupimus. Ideoq; etiam publice Febri fanum in palatio dicatum est,

Orbonæ, deæ nomen est, quã ab orbitate q dã sic dictam putant, cui ob id matronas sacrificia olim fecisse ab ijsdem memoriæ proditum est.

Orbonæ ad ædem Lariũ ara, et malæ fortunæ esquilijs. Quãobrem maior cælitũ populus etiam quàm hominũ intelligi potest, cum singuli quoq; ex semetipsis totidem deos faciant, Iunones Geniosq; adaptãdo sibi. Gentes uero quædam animalia etiam aliqua, & obscœna pro dijs habent, ac multa dictu magis pudenda, per fœtidos cibos & alia similia iurãtes. Matrimonia quidem inter deos credi, tantoq; æuo ex his neminem nasci, & alios eße grandæuos semperq; canos, alios iuuenes atq; pueros, atri coloris, aligeros, claudos, ouo editos, & alternis diebus uiuẽtes morientesq;, puerilium propè deliramentorum est. Sed super omnem impudentiam, adulteria inter ipsos fingi, mox iurgia & odia, atque etiam furtorum esse et scelerũ numina. Deus est mortali iuuare mortalẽ, et hæc ad æternã gloriam uia: Hac proceres iere Romani: hac nunc cælesti passu cum liberis suis uadit maximus omnis æui rector Vespasianus Augustus, feßis rebus subueniens. Hic est uetustißimus referendi benemerentibus gratiam mos, ut tales numinibus ascribant. Quippe & omnium aliorum nomina deorum, & quæ suprà siderũ retuli, ex hominum nata sunt meritis. Iouem quidem, aut Mercurium, alitérue alios inter se uocari, & esse cælestis nomenclaturæ, quis non interpretatione naturæ fateatur? Irridendum uero, agere curam rerum humanarum illud, quicquid est summũ. An'ne tam tristi atq;

Longe profecto præclari-

*sti atque multiplici ministerio non pollui credamus, dubitemúsue?* Vix propè *est iudicare, utrum magis conducat generi humano, quando alijs nullus est deorum respectus, alijs pudendus.* Externis *famulantur sacris, ac digitis deos gestant, & monstra quoq; quæ colunt damnant, & excogitant cibos:* Imperia *dira in ipsos, ne somno quidem quieto irrogant.* Non *matrimonia, non liberos, non deniq; quicquam aliud, nisi iubentibus sacris deligunt.* Alij *in ipso* Capi*tolio fallunt, ac fulminãtem peierant* Iouem: *& hos iuuant scelera, illos sacra sua pœnis agunt.* Inue*nit tamen inter has utrasque sententias medium sibi ipsa mortalitas numen, quo minus etiã plana de deo coniectatio esset.* Toto *quippe mundo,* et *locis omnibus, omnibusq́; horis, oĩm uocibus* Fortuna *sola inuocatur, & una nominatur: una accusatur, una agitur rea, una cogitatur: sola laudatur, sola arguitur, & cum conuicijs colitur: uolubilisq́;, à plerisque uero & cæca etiam existimata: uaga, inconstans, incerta, uaria, indignorumq́; fautrix.* Huic *omnia expensa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium, sola utrãq; paginam facit.* Adeoq́; *obnoxiæ sumus sortis, ut sors ipsa pro deo sit, qua deus probatur incertus.* Pars *alia & hanc pellit, astroq́; suo euentus aßignat & nascendi legibus, semelq́; in omnes futuros unquam deo decretũ: in reliquum uero ocium datur.* Sedere *cœpit sententia hæc,*

*pariterq;*

*or illa est* Apu*leij sentẽtia, libro de mũdo:* Quod *est, inquit, in triremi gubernator, ĩ curru rector, præcentor in choris, dux ĩ urbe, imperator in exercitu, hoc est in mũdo deus: nisi q̃ cæteris ærũnosum & multiplex & curarum ĩnumerabiliũ uidetur esse hoc ipsum, alicuius scilicet officij principem fieri.* Deo *uero nec tristis nec onerosa est imperij sui cura.*

pariterq; & eruditum uulgus, & rude in eam cursu uadit. Ecce fulgurum monitus, oraculorum præscita, aruspicum prædicta, atque etiam parua dictu in augurijs sternutamenta, & offensiones pedum.

Habes et Suetoniũ de hoc ipso prodẽtem nonnihil in uita ipsius Aug.

Diuus Augustus læuũ prodidit sibi calceum præpostere inductum, quo die seditiõe militari propè afflictus est. Quæ singula improuidam mortalitatem inuoluũt, solum ut inter ista uel certum sit, nihil esse certi, nec miserius quicquam homine, aut superbius. Cæteris quippe animantium sola uictus cura est, in quo sponte naturæ benignitas sufficit. Vno quidem uel præferenda cunctis bonis, quod de gloria, de pecunia, ambitione, superq; de morte non cogitant. Verum in his deos agere curam rerum humanarum credi, ex usu uitæ est: pœnasq́; maleficijs aliquando seras, occupato deo in tanta mole, nunquam autem irritas esse. Nec ideo proximum illi genitũ hominem, ut uilitate iuxta beluas esset. Imperfectæ uero in homine naturæ præcipua solatia, ne deum quidem posse omnia. Nanque nec sibi potest mortem consciscere, si uelit, quod homini dedit, optimum in tãtis uitæ pœnis: nec mortales æternitate donare, aut reuocare defunctos: nec facere ut qui uixit, non uixerit, qui honores gessit non gesserit: Nullumq́; habere in præterita ius, præterquam obliuionis: atque (ut facetis quoq; argumẽtis societas hæc cum deo copuletur) ut bis dena, uiginti non sint, ac multa similiter

efficere

efficere non posse. Per quæ declaratur haud dubie, naturæ potentiam id quoque esse, quod deum uocamus. In hæc diuertisse non fuerit alienum, propter uulgatam aßidue quæstionem de deo.

De natura siderum errantium & eorũ ambitu. Caput .VIII.

HInc redeamus * ad reliqua sidera, quæ affixa diximus mũdo, nõ illa (ut existimat uulgus) singulis attributa nobis, & clara diuitibus, minora pauperibus, obscura defectis, & pro sorte cuiusq; lucentia ✣ ad munera mortalibus: quia nec cũ suo quæq; homine orta moriuntur, nec aliquem extingui decidua significant. Non tanta cælo societas nobiscum est, ut nostro fato mortalis sit ille quoque siderum fulgor. Illa nimio alimento tracti humoris igneam uim abundantia reddunt, cum decidere creduntur, ut apud nos quoq; id luminibus accensis liquore olei notamus accidere. Cæterũ æterna est cælestibus natura, intexentibus mundum intextuq; cõcretis, potentia autem ad terram magnopere eorũ pertinẽs, quæ propter effectus claritatemq; & magnitudinem, in tanta subtilitate nosci potuerũt, sicut suo demõstrabimus loco. Circulorum quoq; cæli ratio, in terræ mẽtione aptius dicetur, quando ad eam pertinet tota signiferi modulatio, inuentionibus non dilatis. Obliquitatem eius intellexiße, hoc est, rerum fores aperuisse, Anaximãder Milesius traditur primus,

* Legitur passim, ad reliqua naturæ sidera Sed naturæ particula hoc loco mihi superflua planè uidetur, quasi uero sint & alia præter naturam sidera.

✣ Ad munera uel adnũerata, hoc est, ascripta, attributa. Verum quia paulo supra semel dixit attributa, uidetur potius legendũ ad munera, ut sit quasi pro muneribus. Nolim hanc esse annotatiõem, sed admon. potius.

mus, olympiade quinquagesimaoctaua. Signa deinde in eo Cleostratus, & primum Arietis, ac Sagittarij. Sphæram ipsam antè multo Atlas. Nunc relicto ipsius mundi corpore, reliqua inter cælum terrasq; tractentur.

Saturnus. Summũ esse quod uocant Saturni sidus, ideoq; minimum uideri, & maximo ambire circulo, ac trigesimo anno ad breuißima sedis suæ principia regredi certum est. Omnium autem errantium siderũ meatus, interq; ea solis & lunæ, contrarium mundo agere cursum, id est læuum, semper illo in dextram præcipiti. Et quãuis aßidua conuersione immensæ celeritatis attollantur ab eo, rapianturq; in occasum, aduerso tamẽ ire motu per sua quæque paßus: ita fieri, ne conuolutus aër eandem in partem, æterna mũdi uertigine, ignauo globo torpeat, sed findatur aduerso siderũ uerbere discretus, & digestus. Saturni aũt sidus gelidæ ac rigentis

Iupiter. esse naturæ: multoq; ex eo inferiorem Iouis circulũ, & ideo motu celeriori duodenis circumagi annis.

Mars. Tertium Martis, quod quidam Herculis uocant, ignea ardentis solis uicinitate, binis ferè annis conuerti. Ideoq; huius ardore nimio, & rigore Saturni, interiectum ambobus ex utroq; temperari Iouẽ, salutaremq; fieri deum.

Sol. Inde solis meatum esse partium quidem trecentarum sexaginta. Sed ut obseruatio umbrarum eius redeat ad notas, quinos annis dies adijci, superq; quartam partem diei. Quam ob

ob causam quinto anno unus intercalaris dies additur, ut temporum ratio facilius solis itineri cõgruat.

Infra solem ambit ingens sidus appellatum Veneris, alterno meatu uagum, ipsisq; cognominibus æmulum solis & lunæ. Præueniens quippe & ante matutinum exoriens, luciferi nomen accipit, utq; sol alter diem maturans: contrà ab occasu refulgẽs, nuncupatur Vesper, ut prorogans lucem, uicemq; lunæ reddens. Quam naturam eius Pythagoras Samius primus deprehendit, olympiade circiter quadragesimasecunda, qui fuit urbis Romæ annus centesimus quadragesimussecundus. Largiori magnitudine extra cuncta alia sidera est: claritatis quidem tantæ, ut unius huius stellæ radijs umbræ reddantur. Itaq; & in magno nominum ambitu est. Alij enim Iunonis, alij Isidis, alij matris deũm appellauere. Huius natura cuncta generantur in terris. Nanque in alterutro exortu genitali rore conspergens, non terræ modo conceptus implet, uerum animantium quoq; omnium stimulat. Signiferi autem ambitum peragit tricenis & duodequinquagenis diebus, ab sole nunquam absistens partibus sex atque quadraginta longius, ut Timæo placet. Simili ratione, sed nequaquam magnitudine scilicet aut ui, proximũ illi Mercurij sidus, à quibusdam appellatum Apollinis, inferiore circulo fertur nouem diebus ocyore ambitu, modo ante solis exortum, modo post occasum splendens,

Venus. Mercurius.

*dens, nunquam ab eo uigintiduobus partibus remoti or, ut Ctesias & Sosigenes docēt. Ideo & peculiaris horum siderum statio est, neque communis cum suprà dictis. Nanq; ea & quarta parte cæli à sole abesse & tertia, & aduersa soli sæpe cernuntur: maioresq; alios habent cuncta plenæ conuersionis ambitus, in magni anni ratione dicendos.*

De lunæ natura. Ca. .IX.

*SEd omnium admirationem uicit nouißimum sidus, terrisq; familiarißimum, & in tenebrarũ remedium ab natura repertũ, lunæ. Multiformi hæc ambage torsit ingenia contemplantium, & proximum ignorari sidus maxime indignãtium, crescens semper aut senescens. Et modo curuata in cornua, modo æqua portione diuisa, modo sinuata in orbem, maculosa, eademq; subito prænitens, immensa orbe pleno, ac repente nulla: aliâs pernox, aliâs sera, & parte diei solis lucem adiuuans: deficiens, & in defectu tamen conspicua: quæ mensis exitu latet, cũ laborare iam creditur. Iam uero humilis & excelsa, & ne id quidem uno modo, sed aliâs admota cælo, aliâs contigua montibus, nunc in aquilonem elata, nunc in austros deiecta: quæ singula in ea deprehendit hominum primus Endymion, & ob id amore eius captus fama traditur. Non sumus profecto grati erga eos, qui labore curaq; lucẽ nobis aperuere. In hac luce, mira quoq; humani ingenij peste, sanguinem & cædes con*

des condere annalibus iuuat, ut ſcelera hominum noſcantur mūdi ipſius ignaris. Proxima ergo cardini, ideoq; minimo ambitu, uicenis diebus ſeptenisq; & tertia diei parte peragit ſpatia eadem, quæ Saturni ſidus altißimum triginta (ut dictum eſt) annis. Dein remorata in coitu ſolis biduo, cum tardißimè, à tricesima luce rurſus ad eaſdem uices exit: haud ſcio an omniū quæ in cælo prænoſci potuerunt magiſtra, in duodecim ſpatia mēſium oportere diuidi annū: quando ipſum toties ſolem, redeundo ad principia, conſequitur. Solis fulgore eam ut reliqua ſidera tegi. Siquidē in totum mutuata ab eo luce fulgere, qualē in repercuſſu aquæ uolitare cōſpicimus. Ideo molliore & imperfecta ui ſoluere tantum humorem, atq; etiam augere, quē ſolis radij abſumant. Ideo & inæquali lumine aſpici: quia ex aduerſo demum plena, reliquis diebus tantum ex ſe terris oſtendat, quantum ex ſole ipſa concipiat. In coitu quidem non cerni, quoniam hauſtum oīm lucis auerſa illò regerat unde acceperit.  Sidera uero haud dubie humore terreno paſci, quia orbe dimidio nonnunquam maculoſa cernatur, ſcilicet nondum ſuppetente ad hauriendum ultrà iuſta ui. Maculas enim non aliud eſſe, quàm terræ raptas cum humore ſordes.

Ex nōnullorū philoſophorū ſententia hoc dictum eſt, ut q q, ſidera ex igne conſtare putauerint, ea ob id aliuapo ribus & exhalatiōibus perſuaſum haberi uolebāt. Quorum tamē ſententiæ Peripatetici aduerſātur, id ſolū alidicentes quod intereat.

De defectu ſolis, & lunæ Ca. .X.

DEfectus aūt ſuos & ſolis, rē in tota contēplatione naturæ maxime mirā, et oſtento ſimilem

lem, eorum magnitudinum umbræq; indices existe-re. Quippe manifestum est solem interuentu lunæ oc cultari, lunamq; terræ obiectu, ac uices reddi, eosdē solis radios luna interpositu suo auferente terræ, ter ráq; lunæ. Hac uero subeunte repentinas obduci te-nebras, rursumq; illius umbra sidus hebetari. Neq; aliud esse noctem, quàm terræ umbram. Figuram autem umbræ similem metæ ac turbini inuerso, quan do mucrone tantum ingruat, neque lunæ excedat alti tudinem, quoniam nullū aliud sidus eodem modo ob-scuretur, & talis figura semper in mucronem defici at. Spatio quidem consumi umbras, indicio sunt uolu crum præalti uolatus. Ergo confinium illis est aëris terminus initiumq; ætheris. Supra lunā pura omnia, ac diuturnæ lucis plena. A nobis autem per noctem cernūtur sidera, ut reliqua lumina è tenebris. Et pro pter has causas nocturno tempore deficit luna. Stati autem atq; menstrui non sunt utrique defectus, pro-pter obliquitatem signiferi, lunæq; multiuagos (ut di ctum est) flexus, non semper in scrupulis partium congruente siderum motu.

De siderum magnitudine. Ca. XI.

HAec ratio mortales animos subducit in cælū: ac uelut inde contemplantibus, trium maxi-marum rerum naturæ partium magnitudinem dete git. Non posset quippe totus sol adimi terris interce dente luna, si terra maior esset quàm luna. Certior

ex utraq;

ex utraq; uastitas solis aperitur, ut nõ sit necesse am plitudinem eius oculorum argumentis atq; coniectu ra animi scrutari. Immensum esse cõstat, quia arborum in limitibus porrectarum in quotlibet passuum milia umbras paribus iaciat interuallis, tanquam toto spatio medius. Et quia per æquinoctium omnibus in meridiana plaga habitantibus, simul fiat à uertice: item quia circa solstitialem circulum habitantium meridie ad septentrionẽ umbræ cadant, ortu uero ad occasum. Quæ fieri nullo modo possent, nisi multo esset maior quàm terra. Et quod montẽ Idam exoriẽs latitudine exuperet, dextra læuaq; large amplectens, præsertim discretus tanto interuallo. Defectus lunæ magnitudinem eius haud dubia ratione declarat, sicut terræ paruitatẽ ✥ ipse deficiẽs. Nanq; cum sint tres umbrarum figuræ, constetq;, si par lumini sit materia quæ iactat umbram, colũnæ effigie iaci, nec habere finem: si uero maior materia quàm lumẽ, turbinis recti, ut sit imum eius angustissimum, & simili modo infinita longitudo: si minor materia quàm lux, metæ existere effigiem in cacuminis fine desinentem: talemq; cerni umbram deficiente luna, palàm fit, ut nulla amplius relinquatur dubitatio, superari magnitudine terram: Id quidem et tacitis ipsius naturæ indicijs. Cur enĩ partitis uicibus anni brumalis abscedit? ut noctium opacitate terras reficiat, exusturus haud dubie, & sic quoque exurens quadã in parte

✥ Ipse, nõ ipsa legendum est, ut solẽ nõ lunã referat, quoniã paulo supra dixit: Nõ posset, qppe totus sol &c. Quanq̃ quod tũ hic tũ illic dicit, uerũ oĩno nõ est. Siqdem cõstat mathema. demonstratõe lunam terra minorem esse

in parte: tanta magnitudo eius est.

Quæ quis inuenerit in obseruatione cælesti. Caput .XII.

De Sul. Gallo et Nicia Athe niensiũ impe- ratore habes præter alios & Quintilia nũ autorẽ lib. I. ubi geome- triam oratori commodã esse ostendit. Astyages rex Medorũ fuit, Cyri auus, ut autor est Iusti nus lib. I. Sunt qui Alyatte le gendũ putent, qui Lydorum rex fuit.

ET rationem quidem defectus utriusq;, primus Ro. generis in uulgus extulit Sulpitius Gallus, qui consul cum M. Marcello fuit. Sed tum tribunus militum, sollicitudine exercitu liberato, pridie quàm Perses rex superatus à Paulo est, in concionẽ ab imperatore productus ad prædicendam eclipsim, mox & composito uolumine. Apud Græcos autem inuestigauit primus omnium Thales Milesius, olympiadis quadragesimæoctauæ anno quarto, prædicto solis defectu, qui sub Astyage rege factus est, urbis conditæ anno centesimoseptuagesimo. Post eos utriusq; sideris cursum in sexcentos annos præcinuit Hipparchus, menses gentiũ diesq; & horas, ac situs locorum, & uicos populorum cõplexus, æuo teste, haud alio modo quàm consiliorum naturæ particeps. Viri ingentes, supraq; mortalium naturam, tantorum numinum lege deprehensa, & misera hominum mente absoluta, in defectibus stellarum scelera aut mortem aliquam siderum pauente. Quo in metu fuisse Stesichori & Pindari uatum sublimia ora palàm est deliquio solis, & in luna ueneficia arguẽte mortalitate, et ob id crepitu dissono auxiliãte. Quo pauore ignarus causæ Nicias Atheniensium imperator, ueritus classem portu educere, opes eorum afflixit. Macti in genio

genio estis cæli interpretes, rerumq; naturæ capaces; argumenti repertores, quo deos hominesq; uicistis. Quis enim hæc cernẽs, & statos siderum (quoniam ita placuit appellare) labores, non suæ necessitati mortalis genitus ignoscat? Nunc confessa de ijsdem breuiter atque capitulatim attingam, ratione admodum necessarijs locis strictimq; reddita. Nam neq; instituti operis talis argumentatio est: neque omniũ rerum afferre posse causas minus mirum est, q̃ constare in aliquibus.

De defectibus. Caput .XIII.

DEfectus ducentis uigintiduobus mẽsibus redire in suos orbes certum est, solisq; defectum non nisi nouissima primáue fieri luna, quod uocãt coitum. Lunæ autẽ non nisi plena, semperq; citrà quàm proxime fuerit. Omnibus autem annis fieri utriusq; sideris defectus statis diebus horisq; sub terra. Nec tamen cum fiant superne, ubique cerni, aliquãdo propter nubila, sæpius globo terræ obstante cõuexitatibus mundi. Intra ducentos annos Hipparchi sagacitate compertum est, & lunæ defectum aliquãdo quinto mense à priore fieri, solis uero septimo. Eandem bis in trigita diebus supra terras occultari, sed ab aliis atque alijs hoc cerni: quæq; sunt in hoc miraculo maxime mira, cum cõueniat umbra terræ lunam hebetari, nũc ab occasus parte hoc ei accidere, nunc ab exortus. Et quanã ratione, cum solis exortu umbra

 illa

*illa hebetatrix sub terra esse debeat? Semel iam acciderit, ut in occasu luna deficeret, utroque super terram conspicuo sidere. Nam ut in duodecim diebus utrunque sidus quæreretur, & nostro æuo accidit, imperatoribus Vespasianis, patre .III. filio iterum consulibus.*

De lunæ motu. Caput .XIIII.

*Lunam semper, auersis à sole cornibus, si crescat, ortus spectare: si minuatur, occasus; haud dubium est. Lucere dodranteis semuncias horarum ab secunda adijciente usque ad plenum orbem, detrahentemq; in diminutionem. Intra quatuordecim autem partes solis, semper occultam esse. Quo argumento amplior errantium stellarum quàm lunæ magnitudo colligitur, quãdo illæ & à septenis interdũ partibus emergant. Sed altitudo cogit minores uideri, sicut affixas cælo solis fulgore interdiu nõ cerni, cum æque diu ac noctu luceant: idq; manifestum fiat defectibus solis, & prealtis puteis.*

*Luc. dodran. se. Est lucere tres unius horæ quartas, et insuper eiusdẽ partem uicesimamquartã.*

Errantium motus & luminum canonica. Caput .XV.

*Errantium autem tres, quas supra solem diximus sitas, occultantur meantes cum eo. Exoriuntur uero matutino, discedẽtes partibus nunquam amplius undenis. Postea radiorum eius contactu teguntur, & in triquetro à partibus centumuiginti stationes matutinas faciunt, quæ & primæ uocantur: mox in*

*mox in aduerso à partibus centumoctogita, exortus uespertinos. Itemq́; in centumuiginti ab alio latere appropinquante, stationes uespertinas, quas & secũ das uocant: donec assecutus in partibus duodenis occultet illas, qui uespertini occasus appellantur. Martis stella, ut propior, etiam ex quadrato sentit radios, ab nonaginta partibus; unde & nomen accepit is motus, primus & secũdus nonagenarius dictus, ab utroq; exortu. Eadem stationalis senis mẽsibus commoratur in signis, alioquin bimestris, cũ cæteræ utraque statione quaternos menses non impleant. Inferiores autem duæ occultantur in coitu uespertino simili modo: relictoq́; sole totidẽ in partibus faciunt exortus matutinos, atque à longissimis distãtiæ suæ metis solem insequuntur, adeptæq́; occasu matutino conduntur ac prætereũt. Mox eodem interuallo uesperi exoriuntur usque ad quos diximus terminos. Ab his retrogradiuntur ad solem, & occasu uespertino delitescunt. Veneris stella & stationes duas, matutinam uespertinamq́;, ab utroque exortu facit, à longissimis distãtiæ suæ finibus: Mercurij stationes breuiore momento, quàm ut deprehendi possit. Hæc est luminum occultationumq́; ratio, perplexiore motu, multisq́; inuoluta miraculis. Siquidẽ magnitudines suas & colores mutant, & eædem ad septẽtrionem accedunt, abeuntq́; ad austrum, terrisq́; propiores aut cælo repente cernuntur; in quibus aliter multa*

quàm priores tradituri, fatemur ea quoque illorum esse muneris, qui primi quærendi uias demonstrauerunt: modo ne quis desperet secula proficere semper. Pluribus de causis hæc omnia accidunt. Prima circulorum est, quos Græci absidas in stellis uocant: etenim Græcis utendum erit uocabulis. Sunt autem hi sui cuiq; earum, alijq; quàm mũdo: quoniam terra à uerticibus duobus, quos appellauerunt polos, centrũ cæli est, necnõ signiferi, oblique inter eos siti. Omnia autẽ hæc cõstant ratione circini semper indubitata. Ergo ab alio cuiq; centro absides suæ exurgunt. Ideoq; diuersos habent orbes, motusq; dißimiles, quoniã interiores absidas necesse est breuiores esse.

## Quare eadem aliâs altiora, aliâs inferiora uideantur. Caput .XVI.

IGitur à terræ cẽtro absides altißimæ sunt, Saturno in scorpione, Ioui in uirgine, Marti in leone, Sole in geminis, Veneri in sagittario, Mercurio in capricorno, medijs omnium partibus. Et è contrario ad terræ centrum humillimæ atq; proximæ. Sic fit, ut tardius mouere uideantur cum altißimo ambitu feruntur: non quia accelerent tardentue naturales motus, qui certi ac singuli sunt illis: sed quia deductas ab summa abside lineas, coarctari ad centrũ necesse est, sicut in rotis radios: idemq; motus aliâs maior, aliâs minor, centri propinquitate sentitur. Altera sublimitatum causa, quoniam à suo centro absi

das ab-

das altissimas habent in alijs signis. Saturnus in libræ parte uicesima, Iupiter cancri quintadecima, Mars capricorni uicesimaoctaua, Sol arietis uicesimano a, Venus piscium decimasexta, Mercurius uirginis decimaquinta, Luna tauri quarta. Tertia altitudinum ratio, cæli mensura non circuli intelligitur, subire eas aut descendere per profundum aëris, oculis existimantibus. Huic connexa latitudinum signiferi obliquitatisq; causa est. Per hūc stellæ quas diximus errantes feruntur. Nec aliud habitatur in terris, quàm quod illi subiacet. Reliqua à polis squalēt. Veneris tantum stella excedit eum binis partibus. Quæ causa intelligitur efficere, ut quædam animalia & in desertis mundi nascantur. Luna quoque per totam latitudinem eius uagatur, sed omnino non excedens eum. Ab his Mercurij stella laxissime, ut tamen è duodenis partibus (tot enim sunt latitudinis) non amplius octonas pererret, neque has æqualiter, sed duas medio eius, et suprà quatuor, infrà duas. Sol deinde medio fertur inter duas partes flexuoso draconum meatu inæqualis, Martis stella quatuor medias, Iouis mediam et super eam duas, Saturni duas ut sol. Hæc erit latitudinum ratio ad austrum descendētium, aut aquilonem subeuntium. Hac cōstare & tertiam illam à terra subeuntium in cælum, & pariter scandi eam quoque existimauere plerique falsò: qui ut coarguantur, aperienda est subtilitas immensa, et

omnis eas complexa causas. Conuenit stellas in occasu uespertino proximas esse terræ et latitudine & altitudine: exortusq; matutinos in initio cuiusq; fieri: stationes in medijs latitudinum articulis, quæ uocãt ecliptica. Perinde cõfessum est motum augeri, quàm diu in uicino sint terræ: cum abscedant in altitudinem, minui. Quæ ratio lunæ sublimitatibus maxime approbatur. Aeque non est dubium, in exortibus matutinis etiam numerum augeri, atq; à stationibus primis tres superiores diminui usque ad stationes secundas. Quæ cum ita sint, manifestũ erit ab exortu matutino latitudines scandi, quoniam in eo primum abitu incipiant parcius adijci motus: in stationibus uero primis et altitudine subire, quoniam tum primum incipiant detrahi numeri, stelleq; retroire. Cuius rei ratio priuatĩ reddenda est. Percussæ in qua diximus parte, et triangulo solis radio inhibẽtur rectum agere cursum, & ignea ui leuantur in sublime. Hoc non protinus intelligi potest uisu nostro, ideoq; existimãtur stare, unde & nomen accepit statio. Progreditur deinde eiusdem radij uiolentia, & retroire cogit uapor repercussas. Multo id magis in uespertino earum exortu, toto sole aduerso, cum in summas absidas expelluntur, miniméque cernuntur, quoniam altißime absunt, & minimo feruntur motu, tanto minore, cum hoc in altissimis absidum euenit signis. Ab exortu uespertino latitudo descenditur, parcius iam se minu-

Percussæ, subaudi solis radiis: idq; uel ex triangulo, uel ex quadrato, uel ex hexagono, uel ex diametro.

ſe minuente motu, non tamē ante ſtationes ſecundas augente, cum & altitudo deſcēditur, superueniente ab alio latere radio, eademq; ui rurſus ad terras deprimente, qua ſuſtulerit in cælum ex priore triquetro. Tantum intereſt, ſubeántne radij, an ſuperueniant. Multoq; eadem magis in ueſpertino occaſu acci dunt. Hæc eſt ſuperiorum ſtellarum ratio: difficilior reliquarum, & à nullo ante nos reddita.

Catholica ſiderū errantiū. Ca. .XVII.

PRimum igitur dicatur, cum ſint diuerſæ ſtellæ, cur Veneris ſtella nunq̄ longius .XLVI. partibus, Mercurius uigintitribus à ſole abſcedant, ſæpe citra eas ad ſolem reciprocent. Conuerſas habent utræq; abſidas, ut infra ſolē ſitæ: tantumq; circulis earum ſubter eſt, quantū ſuperne prædictarum, et ideo nō poſſunt abeſſe amplius, quoniā curuatura abſidū ibi non habet longitudinē maiorē. Ergo utræq; ſimili ratione modum ſtatuunt abſidum ſuarū margines, ac ſpatia longitudinis latitudinum euagatione penſant. At enim cur non ſemper ad quadragintaſex et ad partes uigintitres perueniunt? Imò uero. Sed ratio canonica fallit. Nanque apparet abſidas quoque earum moueri, quod nunquam tranſeant ſolem. Itaque cum in partem ipſam eius incidēre margines alterutro latere, tum et ſtellæ ad longiſſima ſua interualla peruenire intelliguntur: cum citrà fuere margines totidem partibus, et ipſæ ocyus redire credun tur, cum

tur, cum sit illa semper utrique extremitas summa. Hinc & ratio motuum conuersa intelligitur. Superiores enim celerrime feruntur in occasu uespertino, hæ tardissime: illæ à terra altißime absunt cum tardissime mouentur, hæ cum ocyssime. Quia sicut in illis propinquitas centri accelerat, ita in ijs extremitas circuli: Illæ ab exortu matutino minuere celeritatem incipiunt, hæ uero augere: Illæ retro cursum agunt à statione matutina usq; ad uespertinam, Veneris à uespertina usq; ad matutinam. Incipit autem ab exortu matutino latitudinem scandere, altitudinem uero ac solem insequi à statione matutina, ocyssima in occasu matutino et altissima. Digredi autem latitudine, motúmque minuere ab exortu matutino: retro quidem ire, simulq; altitudine digredi, à statione uespertina. Mercurij rursus stellam utroque modo scandere ab exortu matutino, digredi uero latitudine à uespertino: consecutoq; sole ad quindecim partium interuallum, consistit quatriduo propè immobilis. Mox ab altitudine descendit, retroq; graditur ab occasu uespertino usque ad exortum matutinum. Tantumq; hæc & luna, totidem diebus quot subiere descendunt. Veneris quindecies et plibus subit. Rursus Saturni & Iouis duplicato digrediuntur. Martis etiam quadruplicato. Tãta est naturæ uarietas, sed ratio euidens. Nam quæ in uaporẽ solis nituntur, etiam descendunt ægre. Multa promi amplius circa

nec possunt secreta naturæ legesq́;, quibus ipsa seruiat. Exempli gratia: In Martis sidere, cuius est maxime inobseruabilis cursus, nunquam id statione facere, Iouis sidere triquetro, raro admodum sexaginta partibus discreto, qui numerus sexangulas mundi efficit formas. Nec exortus, nisi in duobus signis tãtum, cancri & leonis, simul edere. Mercurij uero sidus in piscibus exortus uespertinos raro facere, creberrimeq́; in uirgine: in libra matutinos. Item matutinos in aquario, rarissimos in leone. Retrogradum in tauro & in geminis non fieri: in cancro uero non citra uigesimamquintam partẽ. Luna bis coitum cũ sole in nullo alio signo facere quàm geminis: non coire aliquando, in sagittario tantum. Nouissimam uero primamq́; eadem die uel nocte, nullo alio in signo quàm ariete conspici: id quoque paucis mortalium cõtigit. Et inde fabula cernẽdi Lynceo. Non comparere in cælo Saturni sidus & Martis cum plurimum diebus centũseptuaginta: Iouis triginta sex, aut cum minimum, denis detractis diebus: Veneris sexaginta nouem, aut cum minimũ, quinquagĩta duobus: Mercurij tredecim, aut cum plurimũ, septẽdecim.

Quæ ratio colores eorum mutet.

Caput .XVIII.

Colores ratio altitudinum temperat, siquidem earum similitudinem trahũt, in quarum aëra uenere subeũdo, tingitq́; appropinquantes utralibet

alieni

Commißuræ hoc loco intelliguntur, quæ græcis anabibazon & catabibazon dicũtur. Suntq; duæ, quarũ alterã caput, alterã caudam draconis iuniores appellãt.

alieni meatus circulus. Frigidior in pallorem, ardentior in ruborem, uentosus in horrorẽ. Sol atq; commissuræ absidum, extremæq; orbitæ à terra, in obscuritatem. Suus quidem cuiq; color est. Saturno candidus, Ioui clarus, Marti igneus, Lucifero candens, Vesperi refulgens, Mercurio radians, Lunæ blandus, Soli cum oritur ardens, postea radians. His causis connexo uisu inerunt quæ cælo continentur. Nanque modo multitudo conferta inest circa dimidios orbes lunæ, placida nocte leniter illustrãte eas: modo raritas, ut fugisse miremur plenilunio abscondente, aut cum solis suprá ue dictarũ radij uisus perstrinxere nostros. Et ipsa autem luna ingruentium solis radiorum haud dubie differentias sentit, hebetante cætera inflexos mundi conuexitate eos, præterquam ubi recti angulorum competunt ictus. Itaq; in quadrato Solis diuidua est, in triquetro semi ambitur orbe, impletur autem in aduerso: rursusq; minuens easdem effigies paribus edit interuallis, simili ratione qua supra solem tria sidera.

De dierum noctiũq; inæqualitate, eadem propè ratio à Martiano Capella redditur

Solis motus & dierum inæqualitatis ratio.

Caput .XIX.

Sol autem ipse quatuor differentias habet, bis æquata nocte diei, uere & autumno, & in centrum incidens terræ octauis in partibus arietis ac libræ, bis permutatis spatiis, in auctũ diei, bruma octaua in parte capricorni; noctis uero, solstitio totidem

in par

in partibus cancri. Inæqualitatis causa obliquitas est signiferi, cum pars æqua mundi super subterque terras omnibus fiat momentis: Sed quæ recta in exortu suo consurgunt signa, longiore tractu tenent lucem: quæ uero obliqua, ocyore transeunt spatio.

Nam cũ solis, inquit, lumen eorũ signorũ principiũ, quæ tardius oriuntur, ingreditur, diei prolixitas procuratur. Vbi uerò hæc intrarit, quæ cito orta demersantur tardius, noctes effici grandiores.

Quare Ioui fulmina assignentur. Ca. .XX.

LAtet plerosq;, magna cæli affectatione compertum à principibus doctrinæ uiris, superno rum trium siderum ignes esse, qui decidui ad terras fulminum nomen habeant: sed maxime ex ijs medio loco siti. Fortaßis, quoniam contagium nimij humoris ex superiore circulo, atque ardoris ex subiecto, per hunc modum egerat. Ideoq; dictum Iouem fulmina iaculari. Ergo ut è flagrante ligno carbo cum crepitu, sic à sidere cælestis ignis expuitur, præscita secum afferens, ne abdicata quidem sui parte in diuinis ceßante operibus. Idq; maxime turbato fit aëre, quia collectus humor abundantiã stimulat, aut quia turbatur quodam ceu grauidi sideris partu.

Interualla siderum. Caput .XXI.

INterualla quoq; siderum à terra multi indagare tentauerunt. Et solem abesse à luna undeuiginti partes, quantum lunam ipsam à terra prodiderunt. Pythagoras uerò uir sagacis animi, à terra ad lunam cẽtum uigintisex stadiorum esse collegit. Ab ea usq; ad solem duplum. Inde ad duodecim signa triplicatũ. In quá sentẽtia Gallus Sulpitius noster fuit.

Idẽ numerus colligitur ex Censori. li. de die natali, &

De siderũ

ex Beda li: de rõne temporũ cap. 26. à quo inibi eadẽ Pythagoræ sentẽtia ex Plinio ad uerbum repetitur.

* Quemadmodum phthõgus cum nõ tonus sed toni pars sit, oĩbus se modulatiõibus accõmodat, quo uel grauior uel acutior uel medius sonus edatur, ita Mercuriũ cæteris se cerraticis stellis accõmodare astrologi arbitrantur ad moderandum illorũ naturas qualitatésue quoties cõiun-

De siderum musica. Caput .XXII.

SEd Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum, quãtum absit à terra luna. Ab ea ad Mercurium, spatii eius dimidiũ: & ab eo ad Venerem ferè tantundem. A qua ad solem sesquiplum. A sole ad Martem tonum, id est, quantum ad lunam à terra. Ab eo ad Iouem dimidiũ, & ab eo ad Saturnum dimidiũ, & inde sesquiplum ad signiferum: ita septem tonos effici, quam diapason harmoniam uocant, hoc est uniuersitatem concentus. In ea Saturniũ Dorio moueri, Mercuriũ * phthongo, Iouem Phrygio, & in reliquis similia, iucunda magis quàm necessaria subtilitate.

De mundi geometria. Caput .XXIII.

STadium centumuigintiquinque nostros efficit passus, hoc est pedes sexcentos uigintiquinque. Possidonius non minus quadraginta stadiorum à terra altitudinem esse, in qua nubila ac uenti nubésque proueniant. Inde purum liquidumq́; & imperturbatæ lucis aërem. Sed à turbido ad lunam uicies centum stadiorum. Inde ad solem quinquies millies. Eo spatio fieri, ut tam immensa eius magnitudo non exurat terras. Plures autem, nubes nongentis stadijs in altitudinem subire prodiderunt. Incomperta hæc & inextricabiliã, sed tam prodenda, quàm sunt prodita: in quis tamen una ratio geometricæ collectionis nunquam fallacis possit non repudiari, si cui libeat altius

*altius ista prosequi. Nec ut mensura(id enim uelle penè dementis ocii est)sed ut tantum coniectanti animo constet extimatio. Nam cum trecentis sexaginta ❉ & ferè sex ptibus orbis solis ex circuitu eius patere appareat circulum per quem meat, sempérque dimetiens tertiam partem ambitus, & tertiæ paulò minus septimam colligat, apparet dempta eius dimidia, (quoniam terra centralis interueniat,) sextam ferè partem huius immēsi spatij, quod circa terram circuli solaris animo comprehenditur, inesse altitudinis spatio: lunæ uero duodecimā. Quoniam tanto breuiore quàm sol ambitu currit, ita ferri eā in medio solis ac terræ. Mirum quò procedat improbitas cordis humani, paruulo aliquo īuitata successu, sicut in supradictis occasionē impudentiæ ratio largitur, ausiq; diuinare solis ad terram spatia. Eadem ad cælum agunt, quoniam sit medius sol, ut protinus mundi quoq; ipsius mensura ueniat ad digitos. Quantas enim dimetiens habeat septimas, tantas habere circulum duo & uicesimas, tanquam planè à perpendiculo mensura cæli constet. Aegyptia ratio, quam Petosiris & Necepsos ostendêre, singulas partes, in lunari circulo(ut dictū est)minimo, trigintatribus stadijs paulo amplius patere colligit: in Saturni amplissimo duplum: in solis, quem mediū esse diximus, utriusq; mensuræ dimidium. Quæ computatio pluri mum habet pudoris: quoniam ad Saturni circulum,*

*addito*

*ctus fuerit i*

*❉ Particula, et ferè sex, ex pungenda mihi uidetur: nisi forte iō adiectā à Pli. putemus, quia deinde dicat, ex circuitu eius patere appareat circulum orbis solis, ut intelligamus sol' orbē non etiā ex ipsa substantia tot partibus cōtineri: cū iuxta astrologorū decretū oīs cæli circulus ī partes .360. diuidi intelligatur: idque imaginatione tamen potius q̄ ipsa re.*

addito signiferi ipsius interuallo, innumerabilis multiplicatio efficitur.

De repentinis sideribus Ca. .XXIIII.

RESTANT pauca de mundo, nanq; & in ipso cælo stellæ repēte nascuntur. Plura earū genera.

De cometis & cælestibus prodigijs, natura & situ, et generibus eorū. Ca. .XXV.

COMETAS Græci uocant, nostri crinitas, horrentes crine sanguineo, et comarum modo in uertice hispidas. Iidē pogonias, quibus inferiore ex parte in speciem barbæ longæ promittitur iuba. Acontiæ iaculi modo uibrātur ocyssimo significatu. Hæc fuit de qua quinto cōsulatu suo Tiberius imperator Cæsar præclaro carmine perscripsit, ad hunc diē nouissime uisam. Easdem breuiores et in mucronem fastigiatas, xiphias uocauere, quæ sunt omnium pallidissimæ, et quodam gladii nitore, ac sine ullis radiis: quos disceus suo nomini similis, colore autē electro, raros è margine emittit. Pithetes doliorum cernitur figura, in concauo fumidæ lucis. Ceratias cornus speciem habet, qualis fuit cum Græcia apud Salamina depugnauit. Lampades ardētes imitātur faces. Hippeus equinas iubas, celerrimi motus, atq; in orbem circa se eunteis. Fit & candidus cometes, argenteo crine, ita refulgēs, ut uix contueri liceat, specieque humana dei effigiem in se ostendens. Fiunt et hirci, uillorum specie, & iuba aliqua circūdati. Semel ad-

ἀκοντίας figura iaculo similis intelligitur ἀπὸ τοῦ ἀκοντίου, hoc est à iaculo.

Disceus à similitudine disci.

Pithetes ut cometes, ἀπὸ τοῦ πίθου, hoc est, à dolio utpote cuius similitudinē referat: quanq̄ haud ignoro apđ Senecā li. I. quæ-

mel adhuc iubæ effigies mutata in hastã est, olympiade centesimaoctaua, urbis anno tricentesimo nonagesimooctauo. Breuissimum quo cernerentur spatium septem dierum annotatum est, longissimum octoginta. Mouentur autem alij errantium modo, alij immobiles hærent. Omnes fermè sub ipso septentrione, aliqua eius parte non certa, sed maxime in candida quæ lactei circuli nomen accepit. Aristoteles tradit et simul plures cerni, nemini compertum alteri, quod equidem sciam. Ventos autem ab ijs graues æstúsque significari. Fiunt & hybernis mensibus & in austrino polo, sed ibi citra ullum iubar. Diráque comperta Aethiopum & Aegypti populis, cui nomen æui eius rex dedit Typhon, ignea specie, ac spinæ modo intorta, uisu quoque toruo, nec stella uerius quàm quidam igneus nodus. Sparguntur aliquando & errantibus stellis cæterisq; crines. Sed cometes nunq̃ in occasura parte cæli est, terrificũ magna ex parte sidus, ac non leuiter piatum, ut ciuili motu Octauio consule, iterumq; Pompeij & Cæsaris bello. In nostro uero æuo circa ueneficium, quo Cl. Cæsar imperium reliquit Domitio Neroni, ac deinde principatu eius, aßiduum propè ac sæuum. Referre arbitrantur, in quas partes sese iaculetur, aut cuius stellæ uires accipiat, quasq; similitudines reddat, & quibus in locis emicet. Tibiarũ specie, arti musicæ portendere. Obscœnis aũt moribus, in uerendis partibus signorũ. Inge-

stionũ nat. Pithiam legi.

Huius meminit & Suetonius i uita Claudij Cæsaris sub ipso fine.

nijs et eruditioni, si triquetram figurã quadratámue paribus angulis ad aliquos pennium stellarum situs edant. Venena fundere, in capite septentrionalis austrinæ'ue serpentis. Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romæ, admodum faustus diuo Augusto iudicatus ab ipso, qui incipiente eo apparuit ludis quos faciebat Veneri genitrici, nõ multo post obitum patris Cæsaris, in collegio ab eo iustituto. Nanq; his uerbis id gaudium prodidit: Iis ipsis ludorum meorum diebus, sidus crinitum per septem dies in regione cæli, quæ sub septentrionibus est, conspectum. Id oriebatur circa undecimã horam diei, clarumq; & omnibus terris conspicuum fuit. Eo signo significari uulgus credidit, Cæsaris animam inter deorum immortalium numina receptam: quo nomine id insigne simulacro capitis eius, quod mox in foro cõsecrauimus, adiectum est. Hæc ille in publicum interiore gaudio, sibi illum natum, seséq; in eo nasci interpretatus est: & ut uerum fateamur, salutare id terris fuit. Sunt qui & hæc sidera perpetua esse credant, suóque ambitu ire, sed non nisi relicta à sole cerni. Alij uero, qui nasci humore fortuito & ignea ui, ideóque solui.

Sunt q & hæc sidera. Vt Seneca li. natu. quæst. septio.

Hipparchus de sideribus per exẽpla historica faces, lãpades, trabes, bolides, et chasma cæli. Caput .XXVI.

IDem Hipparchus nunq̃ satis laudatus, ut quo nemo magis

mo magis approbauerit cognationem cum homine si derum, animasq́; nostras partẽ esse cæli, nouam stellam et aliam in æuo suo genitam deprehendit: eiusq́; motu, qua die fulsit, ad dubitationem est adductus, an ne hoc sæpius fieret, mouerẽturq́; et eæ quas pu tamus affixas. Idemq́; ausus, rem etiam deo improbam, annumerare posteris, stellas ac sidera ad normam expangere, organis excogitatis, per quæ singu larum loca atque magnitudines signarent: ut facile discerni posset ex eo, non modo an obirent nascerentur q́; sed oĩno aliqua transirent mouerẽtúrue, item an crescerẽt minuerenturq́; cælo in hæreditate cunctis relicto, si quisquam qui rationem eam caperet, inuentus esset. Emicant & faces, non nisi cum decidunt uisæ: qualis Germanico Cæsare gladiatorũ spectaculum edente, præter ora populi meridiano trãscurrit. Duo genera earum: Lampades uocant planè faces: alterum bolidas, quale Mutinensibus malis ui sum est. Distant, quod faces uestigia longa faciunt, priore ardente parte: bolis uero perpetua ardens, longiorem trahit limitem. Emicant & trabes simili modo, quas docos uocãt: quales cum Lacedæmonij classe uicti, imperium Græciæ amisere. Fit & cæli ipsius hiatus, quod uocant chasma

βολὶς iaculũ

δόκος trabs.

De his Arist. in met. 1. c. 5. et Seneca nat. quæst. 1.

De cæli coloribus. Caput XXVII.

Fit & sanguinea specie (quo nihil terribilius

mortalium timori est) incendium, ad terras cadens inde, sicut olympiadis centesimæseptimæ anno tertio, cum rex Philippus Græciam quateret. Atqui hæc ego ratis tẽporibus naturæ, ut cætera, arbitror existere, non ut plerique uarijs de causis, quas ingeniorum acumen excogitat: quippe ingentium malorum fuere prænuncia. Sed ea accidisse, non quia hæc facta sunt, arbitror: uerum hæc ideo facta, quia incasura erant illa. Raritate autem occultam eorum esse rationem, ideoq; non sicut exortus suprà dictos defectusq; & multa alia nosci.

De flamma cæli. Ca. .XXVIII.

CErnuntur & stellæ cum sole totis diebus plerunque, & circa solis orbem, ceu specie coronæ, et uersicoloris circuli: qualiter Augusto Cæsare in prima iuuẽta urbem intrante post obitum patris, ad nomen ingens capessendum.

De coronis cælestibus. Ca. .XXIX.

EXistunt eædem coronæ circa lunam, & circa nobilia astra, cælo quoque inhærentia. Circa solẽ arcus apparuit L. Opimio. III. Q. Fabio. II. coss. orbis L. Portio M. Attilio.

De circulis repentinis. Ca. .XXX.

CIrculus rubei coloris L. Iulio, P. Rutilio coss. Fiunt prodigiosi & longiores solis defectus, qualis occiso dictatore Cæsare, & Antoniano bello, totius penè anni pallore continuo.

Plures

Plures soles. Caput .XXXI.

ET rursus plẽs soles cernuntur, nec supra ipsum nec infra, sed ex obliquo, nunquam iuxta, nec contra terram, nec noctu, sed aut oriente aut occidente. Semel in meridie cõspecti in Bosphoro produ͠tur, qui à matutino tempore durauerunt in occasum. Trinos soles antiqui sæpius uidêre: sicut Sp. Posthumio, Q. Minutio: Q. Martio, M. Portio: M. Antonio, P. Dolobella: & M. Lepido, L. Planco coss. Et nostra ætas uidit diuo Claudio principe, cõsulatu eius, Cornelio Orfito collega. Plures simul quàm tres, nisi ad hoc æui nunquam produntur.

Eadẽ apud Astotelẽ li. met. de parelijs.

Plures lunæ. Caput .XXXII.

LVnæ quoque trinæ, ut Cn. Domitio C. F. L. Annio consulibus apparuere: quos plerique appellauerunt soles nocturnos.

Dierum lux nocte. Ca. .XXXIII.

LVmen de cælo noctu uisum est C. Cæcilio Cn. Papyrio consulibus, & sæpe aliâs, ut dici species noctu luceret.

Clypei ardentes. Ca. .XXXIIII.

CLypeus ardens ab occasu ad ortum scintillãs transcurrit, solis occasu, L. Valerio Cn. Mario consulibus.

Ostentum cæli. Caput .XXXV.

SCintillã è stella cadere, & augeri terræ appropinquantẽ: ac postquam in lunæ magnitudinem fa-

c iij cta sit

cta sit, illuxisse ceu nubilo dici dein cum in cælum se reciperet, lampadē factam, semel unquam proditur Cn. Octauio. C. Scribonio consulibus. Vidit hoc Licinius Syllanus proconsul cum comitatu suo.

De discursu stellarum. Ca. .XXXVI.

FIeri uidētur & discursus stellarum, nunquam temere, ut nō ex ea parte truces uenti coriantur, & ex ijs tunc procellæ in mari terrisq;.

De stellis Castoribus. Ca. .XXXVII.

VIdi in nocturnis militum uigilijs, inhærere pilis pro uallo fulgurum effigies: eæ & antemnis nauigantium, alijsq; nauium partibus, ceu uocali quodam sono insistunt, ut uolucres sedem ex sede mutātes. Graues cum solitariæ uenere, mergentesq; nauigia: et si in carinæ ima deciderint, exurētes. Geminæ autē salutares, & prosperi cursus prænunciæ: quarum aduētu fugari diram illam ac minacem, appellatamq; Helenam ferunt. Et ob id Polluci & Castori id numen aßignant, eosq; in mari deos inuocāt. Hominum quoque capita uespertinis horis, magno præsagio circumfulgent. Omnia incerta ratione, & in naturæ maiestate abdita.

De aëre. Caput .XXXVIII.

HActenus de mundo ipso sideribusq;. Nunc reliqua cæli memorabilia. Nanq; & hoc cælū appellauere maiores, quod alio nomine aëra: omne quod inani simile, uitalē hunc spiritum fundit. Infra

lunam

lunam hæc sedes, multoq; inferior (ut animaduerto propemodum constare infinitum) ex superiore natura aëris, et terreni halitus miscens utraq; sorte confunditur. Hinc nubila tonitrua et alia fulmina. Hinc grādines & pruinæ, imbres, procellæ, turbines. Hīc plurima mortalium mala, & rerum naturæ pugna secum. Terrena in cælum tendentia deprimit siderū uis: eademq; quæ sponte non subeant, ad se trahunt. Decidunt imbres, nebulæ subeunt, siccantur amnes, ruunt grandines, torrent radij, & terram in mediū undiq; impellunt. Iidē infracti resiliunt: et quæ potuere, auferunt secum. Vapor ex alto cadit, rursumq; in altū redit. Venti ingruunt inanes, ijdemq; cū rapina remeāt. Tot animaliū haustus spiritū e sublimi trahit. At ille contra nititur: tellusq;, ut inani cælo, spiritū infundit. Sic ultro citro cōmeante natura, ut tormēto, aliquo mūdi celeritate discordia accēditur. Nec stare pugnæ licet, sed aßidue rapta inuoluitur, et circa terrā immenso rerū quasi globo tēdit, subinde p nubes cælū aliud obtexēs, uentorū hoc regnum. Itaq; præcipua eorū natura ibi, & fermè reliquas complexa causas: quoniā & tonitruū & fulminū ictus, horū uiolentiæ pleriq; aßignant. Quin & ideo lapidibus pluere interim, q uento sint rapti, et multa similiter. Quamobrem plura simul dicenda sunt. Lapidibus pluisse aliquando refert et Liu. lib.7.dec.1.

De statis tēpestatibus. Ca. .XXXIX.

TEmpestatū rerumq; quasdā statas esse causas,

quasdam uero fortuitas, aut adhuc rationis incōpertæ, manifestū est. Quis enī æstates et hyemes, quæq; in temporibus annua uice intelliguntur, siderum motu fieri dubitet? Ergo ut solis natura temperando intelligitur anno, sic reliquorum quoque siderum propria est quibusq; uis, & ad suam cuique naturam fertilis. Alia sunt in liquorem soluti humoris fœcunda, alia concreti in pruinas, aut coacti in niues, aut glaciati in grandines, alia flatus, alia teporis, alia uaporis, alia roris, alia rigoris. Nec uero hæc tanta debēt existimari, quanta cernuntur, cum esse eorū nullum minus luna tam immensæ altitudinis ratio declaret. Igitur in suo quæque motu naturam suam exercent, quod manifestū Saturni maxime transitus imbribus faciūt. Nec meantium modo siderum hæc uis est, sed multorum etiam adhærentium cælo: quotiēs errantium accessu impulsa, aut coniectu radiorū extimulata sunt: qualiter in succulis sentimus accidere, quas Græci ob id pluuio nomine hyadas appellant. Quin & sua sponte quædam statisq; temporibus, ut hœdorum exortus. Arcturi uero sidus non ferme sine procellosa grandine emergit.

De ui caniculæ. Caput .XL.


NAm caniculæ exortu, accendi solis uapores quis ignorat? cuius sideris effectus amplissimi in terra sentiuntur. Feruent maria exoriente eo, fluctuant in cellis uina, mouentur stagna. Orygem appel-

De Oryge infra lib. 8. ca. 28. et. 29.

appellat Aegyptus ferã, quã in exortu eius cõtrista ri et cõtueri tradit, ac uelut adorare, cũ sternuerit. Canes quidem toto eo spatio maxime in rabiem agi, non est dubium.

*Sidera in alijs signorum partibus & temporibus aliâs influere.* Caput .XLI.

QVin in partibus quoq; signorũ quorundã sua uis inest, ut autumnali æquinoctio, brumaq;, cum tempestatibus confici sidus intelligimus. Nec imbribus tantum tempestatibusq;, sed multis et corporum et ruris experimentis. Afflantur alij sidere, alij commouẽtur statis tẽporibus aluo, neruis, capite, mente. Olea & populus alba, & salices, folia solstitio circumagunt. Floret ipso brumali die, suspensa in tectis arentis herba pulegij: rumpuntur intentæ spiritu mẽbranæ. Miretur hoc, qui non obseruet quotidiano experimento herbam unam, quæ uocatur heliotropiũ, abeuntẽ solem intueri semper, omnibusq; horis cum eo uerti, uel nubilo obumbrante. Iam quidem lunari potestate ostrearũ, conchyliorumq;, & concharum omnium corpora augeri, & rursus minui. Quin & soricũ fibras respondere numero lunæ, exquisiuere diligentiores: Minimumq; animal formicam sentire uires sideris, interlunio semper cessantẽ. Quo turpior hõi inscitia est, fatenti præcipue iumentorũ quorundã in oculis morbos cũ luna increscere ac minui. Patrocinatur uastitas cæli immensa, discreta



discreta altitudine in duo atq;. LXX. signa Hæ sunt rerũ aut animantiũ effigies, in quas digessere cælum periti. In his quidẽ mille sexcentas annotauere stellas, insignes uidelicet effectu, uisu'ue. Exẽpli gratia, in cauda tauri septẽ, quas appellauere Vergilias: in fronte succulas, Booten, qui sequitur septentriones.

Imbrium uentorum, & nubium causæ.

Caput .XLII.

Extra has causas non negauerim existere imbres uẽtosq;: quoniã humidã à terra, aliàs uero propter uapores fumidã, exhalare caliginẽ certũ est. Nubesq;, liquore egresso in sublime, aut ex aëre coacto in liquorem gigni, densitas earum corpusq; haud dubie coniectatur, argumento cum solem obumbrẽt, perspicuum aliàs etiam urinantibus in qualibet profundam aquarum altitudinem.

De tonitruis et fulguribus. Ca. .XLIII.

Igitur non eam inficias, posse in has & ignes superne stellarũ decidere, quales sereno sæpe cernimus, quorũ ictu concuti aëra uerum est, quando & tela uibrata stridũt. Cum uero in nubẽ peruenerint, uaporẽ dissonũ gigni, ut candẽte ferro in aquam demerso, & fumidum uorticẽ uolui. Hinc nasci procellas. Et si in nube luctetur flatus aut uapor, tonitrua edi: si erumpat ardens, fulmina: si longiore tractu nitatur, fulgetra. His findi nubẽ, illis perrumpi. Et esse tonitrua impactorum ignium plagas, ideoq; protinus

Abunde de his post Arist. & Sen. li. nat. q. 2.

protinus coruſcare igneas nubium rimas. Poſſe & repulſu ſiderum depreſſum, qui à terra meauerit, ſpiritum nube cohibitum tonare, natura ſtrangulante ſonitum dum rixetur, edito fragore cum erumpat, ut in membrana ſpiritu intenta. Poſſe & attritum, dum in præceps feratur, illum, quiſquis eſt, ſpiritum accendi. Poſſe & conflictu nubium elidi, ut duorum lapidum ſcintillantibus fulgetris. Sed hæc omnia eſſe fortuita. Hinc bruta fulmina & uana, ut quæ nulla ueniant ratione naturæ. Iis percuti montes, ijs maria, omnesq; alios irritos ictus. Illa uero fatidica ex alto, ſtatisq; de cauſis, & ex ſuis uenire ſideribus. Simili modo uentos, uel potius flatus. poſſe ex arido ſiccoq; halitu terræ gigni nõ negauerim: poſſe & aquis aëra expirantibus, qui neq; in nebulam denſetur, nec craſſeſcat in nubes: poſſe & ſolis impulſu agi: quoniam uentus non aliud intelligatur, q̃ fluctus aëris: pluribusq; etiam modis. Nanque & è fluminibus & è niuibus, & è mari uidemus etiam tranquillo, & alios quos uocant altanos è terra conſurgere. Qui quidem cum è mari redeunt, tropei uocantur: ſi pergunt, apogei.

Bruta fulmĩa appellari uideo ea quæ nullius ſignificatiõis ſunt. Vide Sen. li. 2. nat. quæſtionum.

Qua ratione echo reddatur.

Caput .XLIIII.

Montium uero flexus crebriq; uertices, & conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga cõcaui uallium ſinus, ſcindunt inæqualiter inde

resultantẽ

resultantem aëra, quæ causa etiam uoces multis in locis recipocras facit.

De uentis iterum. Caput .XLV.

SIne fine uentos generant iam quidam etiam specus, qualis in Dalmatiæ ora, uasto in præceps hiatu: in quẽ deiecto leui pondere, q̃uis tranquillo die, turbini similis emicat procella. Nomen loco est Senta. Quin & in Cyrenaica prouincia rupes quædam austro traditur sacra, quam profanũ sit attrectari hoı̃s manu, confestim austro inuoluente harenas. In domibus etiam multis, manu facta inclusa opacitate cõceptacula auras suas habent: adeo causa non deest. Sed plurimũ interest, flatus sit, an uẽtus: Illos status atq; perspirantes, quos non tractus aliquis, uerum terræ sentiunt: qui non aura, non procella maris, sed appellatione quoq; ipsa uenti sunt. Qui siue aßidua mũdi incitu, & contrario siderum occursu nascuntur, siue hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus, huc illucq; tanquã in utero aliquo uagus, siue disparili errantium siderum ictu, radiorumq; multiformi iactu flagellatus aër, siue à suis sideribus exeunt his propioribus, siue ab illis cælo affixis cadunt, palàm est illos quoq; legẽ habere, naturæ non ignotam, etiam si nondum percognitam.

Naturæ & obseruationes uentorum.

Caput .XLVI.

VIginti et amplius autores Græci ueteres prodidere.

*uidere de his obseruationes.* Quo magis miror orbē tam discordi, & in regna hoc est in membra diuiso, tot uiris curæ fuisse, tam ardua inuentu perquirere, inter bella præsertim & infida hospitia, piratis etiā oīm mortaliū hostibus trāsitus fermè tenentibus: ut hodie quædam in suo quisq; tractu ex eorū cōmentarijs, qui nunq̄ eò accessere, uerius noscant, q̄ indigenarum scientia: nunc uero pace tam festa, tam gaudente prouentu rerū artiumq; principe, omnino nihil addisci noua inquisitione, imò ne ueterū quidem inuenta perdisci. Non erant maiora præmia in multos dispersa fortunæ magnitudine, et ista plures sine præmio alio q̄ posteros iuuandi eruerunt. Nanq; mores hoīm senuere, non fructus. Et immēsa multitudo apertū quodcunq; est mare hospitaliq; littorū oīum appulsu nauigat, sed lucri non scientiæ gratia. Nec reputat cæca mens etiam, tantum auaritiæ intenta, idipsum scientia posse tutius fieri. Quapropter scrupulosius q̄ instituto fortassis conueniat operi, tractabo uentos, tot milia nauigantium cernens.

Ventorum genera. Caput .XLVII.

De uētis et eorū generibus tractauit & Aristoteles li. meteorologicorū .3. & Senecā lib. nat. quæsti.

VEteres quatuor oīno seruauere per totidem mūdi partes, ideo nec Homerus plures nominat. Hebetius mox iudicatū est id. Secuta ætas octo addidit, rōne nimis subtili & cōcisa. Proximis inter utranq; media placuit, ad breuem numerum additis quatuor. Sunt ergo bini in quatuor cæli partibus. Ab

onũ.5.et præ ter hos Victru uius de archi- tectura li.I.

oriente æquinoctiali subsolanus, ab oriente brumali uulturnus: Illum apelioten, hunc Græci eurum appellãt. A meridie auster, & ab occasu brumali africus, noton & liba nominant: Ab occasu æquinoctiali fauonius, ab occasu solstitiali corus, zephyron & argesten uocant: A septentrionibus septentrio, interq; eum & exortum solstitialem aquilo, aparctias dicti & boreas. Numerosior ratio quatuor his interiecerat thrasciam, media regione inter septentrionẽ & occasum solstitialem: itemq; cæciam, media inter aquilonem & exortum æquinoctialem: Ab ortu solstitiali phœniciam, media regione inter ortum brumalem & meridiem: Item inter liba & noton compositum ex utroq; medium, inter meridiem & hybernum occidentem, libanoton. Nec finis: Alij quippe mesen nomine etiamnum addidere inter boream & cæciam, & inter eurum & noton euronoton. Sunt etiam quidam peculiares quibusq; gentibus uenti, non ultra certum procedentes tractum: ut Atheniensibus sciron, paulũ ab argeste deflexus, reliquæ Græciæ ignotus. Aliubi elatior idem, olympias uocatur. Consuetudo his omnibus nominibus argesten intelligit & cæciam. Aliqui uocant hellespõtian, et eosdem alibi aliter. Item in Narbonensi prouincia clarißimus uentorum est circius, nec ulli uiolentia inferior: Ostiam plerũq; recte ligustico mari perferens. Idem non modo in reliquis partibus cæli

ignotus

*ignotus est, sed nec Viennam quidem eiusdẽ prouinciæ urbem attingens, paucis ante limitibus iugi modici occursu. Tantus ille uentorum est coercitus.* Et au*stros in* Aegyptũ *penetrare negat* Fabianus. Q*uo fit manifesta lex naturæ, uẽtis etiam & tempore et fine dicto.* V*er ergo aperit nauigãtibus maria: cuius in principio, fauonij hybernũ molliunt cælũ, sole aquarij.* XXV*.obtinẽte partẽ.* Is *dies sextus est ante februarias* Idus*.* Cõ*petit fermè et hoc oĩbus, quos deinde ponã, per singulas intercalatiões, uno die anticipantibus, rursumq; lustro sequẽti ordinẽ seruantibus.* Fauoniũ *quidã ad.*VII.Cal.*Martij chelidoniam uocãt, ab hirũdinis uisu.* Nonnulli *uero ornithiã, uno &* LXX*.die post brumam, ab aduentu auium, flantẽ per dies.*IX.Fauonio *cõtrarius est, quẽ subsolanum appellauimus.* Datus *est autem huic exortus* Vergiliarũ *in totidẽ partibus tauri, sex diebus ante* Maias Idus*, quod tẽpus austrinum est huic uento, septentrione contrario.* Ardenti*ssimo autẽ æstatis tempore exoritur caniculæ sidus, sole primam partẽ leonis ingrediẽte.* Q*ui dies.*XV*.ante Augusti Calendas est.* Huius *exortum diebus octo, fermè aquilones antecedunt, quos prodromos appellant.* Post *biduum aũt exortus, ijdem aquilones cõstantius perflant diebus quadraginta, quos etesias uocant:* ✠ Molliri *eis creditur solis uapor geminatus ardore sideris: nec ulli uentorum magis stati sunt.* Post *eos rursus au-*

*strifre-*

✠ Mollire eos. Aliâs *sic quidẽ legitur: sed sunt, qui malint legere* Molliri *eis sensu paßiuo, Cui lectioni et ego accedo, ac proinde hunc locũ ita restituẽdũ censui, at non oĩno temere opinor.* Q*uandoquidẽ apud* Sene. *li.*1.*na.*5.*ita legitur.* Sic *ille* Etesi*arũ flatus æstatem frangunt, & a mensium feruentissimorum grauitate defendũt.* Mol*liri ergo, hoc est temperari.*

*ſtri frequentes uſque ad ſidus Arcturi, quod exoritur.* XI. *diebus ante æquinoctiũ autumni. Cum hoc corus incipit. Corus autumnat: huic eſt contrarius uulturnus. Poſt id æquinoctium diebus ferè quatuor & .XL. Vergiliarum occaſus hyemẽ inchoat: quod tempus in tertio Idus Nouembris incidere cõſueuit, hoc eſt aquilonis hyberni, multumq́; æſtiuo illi diſſimilis, cuius ex aduerſo eſt africus. Ante brumam aũt* VII. *diebus, totidemq́; poſtea, ſternitur mare halcyonum fœturæ, & inde nomen ij dies traxere Reliquum tempus hyemat. Nec tamẽ ſæuitia tempeſtatũ concludit mare. Piratæ primũ coẽgere mortis periculo in mortem ruere, & hyberna experiri maria. Nunc idem auaritia cogit. Ventorũ etiam frigidiſſimi ſunt, quos à ſeptẽtrione diximus ſpirare. Vicinus his corus. Ii & reliquos cõpeſcunt, & nubes abigũt. Humidi auſter & africus, & præcipue auſter Italiæ. Narrant & in Ponto cæcian in ſe trahere nubes. Sicci corus & uulturnus, præterq̃ deſinentes. Niuales aquilo & ſeptentrio. Grandines ſeptentrio importat & corus. Aeſtuoſus auſter. Tepidi uulturnus & fauonius. Iidem ſubſolano ſicciores, & in totum oẽs à ſeptentrione & occidente ſicciores, q̃ meridie & oriente. Saluberrimus autem oĩum aquilo, quia magis ſiccus & frigidior. Noxius auſter, fortaſsis quia magis humidus. Minus eſurire eo ſpirãte creduntur animantes. Eteſiæ noctu deſinunt flare, et*

*Nota hunc locũ tranſpoſitis uerbis aliquot à nobis immu-*

à tertia diei hora oriuntur. In Hispania & Asia ab oriente flatus est eorũ, in Ponto ab aquilone, reliquis in partibus à meridie. Spirant autẽ & à bruma, qui uocãtur ornithiæ, sed leniores & paucis diebus. Per mutant & duo naturã cum situ. Auster Africæ fere uus, aqlo nubilus. Omnes uenti uicibus suis expirant maiore ex parte, aut ut cõtrarius desinenti incipiat, aut cum proxime cadentibus surgat. A læuo latere in dextrum (ut sol) ambiũt. De ratione eorum menstrua, quarta maxime luna decernit. Iisdem aũt uentis in contrarium nauigatur, prolatis pedibus, ut no ctu plerunq; aduersa uela concurrant. Austro maiores fluctus eduntur q̃ aquilone: quoniam ille infernus ex imo maris spirat, hic summo. Ideoq́; post austros noxij præcipue terræ motus. Noctu auster, interdiu aquilo uehementior. Et ab ortu flantes diuturniores sunt ab occasu flantibus. Septentriones impari ferè desinunt numero: quæ obseruatio etiã in alijs multis rerũ naturæ partibus ualet. Mares itaq; existimantur impares numeri. Sol & auget, & cõprimit flatus. Auget exoriẽs occidensq;, cõprimit meridianus æstiuis tẽporibus. Itaq; medio diei aut noctis plerunque sopiuntur, qa aut nimio frigore aut æstu soluuntur. Et imbribus uenti sopiuntur. Expectãtur autem maxime, unde nubes discussæ adapuere cælũ. Omnium quidem (si libeat obseruare minimos ambitus) redire easdẽ uices quadriennio exacto Eudoxus putat,

tatũ esse, ac ꝑ hoc à lectione eorũ saltẽ exẽplariũ, quæ mihi hactenus uidere contigit, nõnihil uariare, ut uel hoc pacto sensus et aptior, & uero magis cõsonus haberetur

Vide si libet Arist. in probl. sectiõe. 26, quem certe et nos priusq̃ aliquid ĩmutaremus, consulere uoluimus.

non uentorũ modo, uerũ et reliquarũ tempestatũ magna ex parte. Et est principiũ lustri eius semp intercalari ãno caniculæ ortu. De generalibus uẽtis hæc.

De repentinis flatibus. Ca. .XLVIII.

NVnc de repẽtinis flatibus, qui exhalante terra (ut dictum est) coorti, rursúsque deiecti in terram, obducta nubium cute multiformes existũt. Vagi quippe & ruentes torrẽtium modo, ut aliquibus placere ostendimus, tonitrua & fulgura edunt. Maiore uero illati pondere incursuq́; si late siccam ruperint nubem, procellam gignunt, quæ uocatur à Græcis ecnephias. Sin uero depressò sinu arctius rotati effregerint, sine igne, hoc est sine fulmine, uorticem faciũt, qui typhon uocatur, id est uibratus ecnephias. Defert hic secum aliquid, abreptum è nube gelida conuoluẽs uersansq́;, & ruinam suam illo pondere aggrauans, & locũ ex loco mutans rapida uertigine: præcipua nauigantium pestis, non antemnas modo, uerum ipsa nauigia contorta frangens, tenui remedio aceti in aduenientem effusi, cui frigidißima est natura. Idem illisu ipso repercussus, correpta secum in cælum refert, sorbetq́; in excelsum. Quod si maiore depressæ nubis eruperit specu, sed minus alto quàm procella, nec sine fragore, turbinem uocant, proxima quæque prosternentem. Idem ardentior accensusq́; dum furit, prester uocatur, amburẽs contacta pariter & proterens.

Prester græce πρηστὴρ

*Alia prodigiosa genera tempestatum.*

Caput .XLIX.

NOn fit aūt aquilonius typhō, nec niualis, aut niue iacente ecnephias. Quod si simul rupit nubem, exarsitq́; & ignem habuit, aut postea concepit, fulmen est. Distat à prestere, quo flamma ab igne. Hic late funditur flatu, illud conglobatur impetu. Vortex autem hic meando distat à turbine, quo stridor à fragore. Procella latitudine ab utroque, disiecta nube uerius q̃ rupta. Fit & caligo beluæ similis, nube dira nauigantibus. Vocatur et colūna, cum spissatus humor rigensq́; ipse se sustinet. Ex eodem genere, et in longam ueluti fistulam nubes aquam trahit.

τοῦ πρήθειν hoc ē ab urendo.

*Quibus in terris fulmina non cadant.*

Caput .L.

HYeme & æstate rara fulmina contrarijs de causis, quoniam hyeme densatus aër nubium crasſiore corio spissatur: omnisq́; terrarum exhalatio rigens ac gelida, quicquid accipit ignei uaporis, extinguit. Quæ ratio immunem Scythiam & circà rigentia à fulminum casu præstat, & è diuerso nimius ardor Aegyptum. Siquidem calidi sicciq́; halitus terræ, raras admodū tenuesq́; et infirmas densantur in nubes. Vere aūt et autūno crebriora fulmina, corruptis in utroque tempore æstatis hyemisque causis. Qua ratiōe crebra in Italia fulmina, quia mobilior aër mitiore hyeme et æstate nimbosa, semp̃ quodam-

modo uernat uel autūnat. Italiæ quoq; partibus ijs quæ à ſeptentrione deſcendūt ad teporem, qualis eſt omnis Campaniæ tractus, iuxtà hyeme et æſtate fulgurat, quod non in alio ſitu.

Fulgurū genera et miracula. Ca. .LI.

FVlminū ipſorū plura genera traduntur. Quæ ſicca ueniunt, non adurunt ſed diſsipant. Quæ humida, nō urunt ſed infuſcant. Tertiū eſt qđ clarū uocant, mirificæ maxime naturæ, quo dolia exhauriuntur intactis opimentis, nulloq; alio ueſtigio relicto. Aurum & æs et argentū liquatur intus, ſacculis ipſis nullo modo ābuſtis, ac ne cōfuſo quidē ſigno ceræ. Martia princeps Romanarum icta grauida, partu exanimato, ipſa citra ullū aliud incommodum uixit. In Catilianis prodigijs Pōpeiano ex municipio M. Herennius decurio ſereno die fulmine ictus eſt.

De obſeruationibus. Ca. .LII.

THuſcorum literæ nouem deos emittere fulmina exiſtimant, eaq; eſſe undecim generum. Iouem enim trina iaculari. Romani duo tantum ex ijs ſeruauere: diurna attribuentes Ioui, nocturna Summano, rariora ſanè eadem de cauſa frigidioris cæli. Hetruria rumpere à terra quoque arbitratur, quæ infera appellat, brumali tempore facta, ſæua maxime & execrabilia: cum ſint omnia quæ terrena exiſtimant, non illa generalia, nec à ſideribus uenientia, ſed ex proxima atque turbidiore natura. Argumentum eui=

tum euidens est, quod omnia à superiore cælo decidentia obliquos habeant ictus: hæc autē quæ uocantur terrena, rectos. Sed quia ex propiore materia cadunt, ideo credūtur è terra exire, quoniam ex repulsu nulla uestigia edant, cum sit illa ratio non inferni ictus sed aduersi. Saturni ea à sidere proficisci subtiliter ista consectati putant, sicut cremantia à Martis. Qualiter cum Vulsinij oppidū Thuscorum opulentissimum totum concrematū est fulmine. Vocant & familiaria in totam uitam fatidica, quæ prima fiunt, familiam suam cuique indepto. Cæterum existimant non ultra decem annos portendere priuata, præterq̄ hæc quæ matrimonio primo facta aut natali die. Publica non ultra tricesimum annū, præterquam in deductione oppidorum.

De fulminibus euocandis. Ca. .LIII.

Extat annaliū memoria, sacris quibusdā et precationibus uel cogi fulmina uel impetrari. Vetus fama est Hetruriæ impetratū Vulsinijs & urbe & agris depopulatis, subeunte monstro quod uocauere Oltam. Euocatū & à Porsena suo rege: & ante eum à Numa sæpius hoc factitatū, in primo annalium suorū tradit L. Piso grauis autor: quod imitatum parum rite Tullium Hostilium, ictum fulmine. Lucosq; & aras, & sacra habemus, interque Statores et Tonantes, & Feretrios, Elicium quoque accepimus Iouem. Varia in hoc uitæ sentētia, et pro cu-

iuslibet animo. Imperari naturæ audacis est credere nec minus hebetis beneficijs abrogare uires, quãdo in fulgurum quoque interpretatione eò profecit scientia, ut uentura alia finito die præcinat, & an peremptura sint fatum, aut aptura potius alia fata quæ lateant, innumerabilibus in utroque publicis priuatisq; experimentis. Quamobrem sint ista (ut rerum naturæ libuit) alijs certa, alijs dubia, alijs probata, alijs damnanda. Nos cætera quæ sunt in his memorabilia non omittemus.

Catholica fulgurum Ca. .LIIII.

FVlgetrum prius cerni, quàm tonitrum audiri (cum simul fiant) certum est. Nec mirum, quoniam lux sonitu uelocior. Ictum aũt et sonitũ congruere, ita modulãte natura. Sed sonitũ profecti esse fulminis, non illati, etiamnum spiritum ocyorem fulmine, ideo quati prius omne et afflari quàm percuti: nec quenq̃ tangi qui prior uiderit fulmẽ, aut tonitrua audierit. Læua prospera existimantur, quoniam læua parte mundi ortus est. Nec tam aductus spectatur, q̃ reditus, siue ab ictu resiliat ignis, siue ope cõfecto aut igne cõsumpto spiritus remeet. In .XVI. partes cælũ in eo respectu diuisere Thusci. Prima est è septẽtrionibus ad æquinoctialem exortum: secunda ad meridiem: tertia ad æquinoctialem occasum: quarta obtinet, quod reliquum est, ab occasu ad septentriones. Has in quaternas iterum diuisere partes, ex quibus

octo ab

octo ab exortu sinistras, totidem è contrario appellauere dextras. Ex his maxime dira, quæ per septentriones occasum attingunt. Itaque perplurimum refert, unde uenerint fulmina, et quò cõcesserint. Optimum est, in exortiuas redire partes. Ideo cum à prima cæli parte uenerint, & in eandem concesserint, summa felicitas portenditur, quale Syllæ dictatori ostentũ datum accipimus. Cætera ipsius mundi portione minus prospera aut dira. Quædã fulgura enũciare non putant fas, nec audire, præterquam si hospiti indicentur aut parẽti. Magna obseruationis huius uanitas, tacta Iunonis æde, Romæ deprehensa est Scauro cõsule, q mox princeps fuit. Noctu magis q̃ interdiu sine tonitribus fulgurat. Vnum animal hominem non semper extinguit, cætera ilico: hunc uidelicet natura tribuente honorem, cum tot beluæ uiribus præstent. Omnia contrarias incubant in partes. Homo nisi cõuertatur ui percussus non expirat. Superne icti concidunt. Vigilans ictus conniuẽtibus oculis, dormiens patentibus reperitur. Hominem ita exanimatum cremari fas non est, condi terra religio tradidit. Nullum animal, nisi exanimatum fulmine, accenditur. Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore sunt.

Quæ nõ feriantur fulmine. Ca. .LV.

EX ijs quæ terra gignũtur, lauri fruticem non icit: non unq̃ altius quinque pedibus descendit

in terram. Ideo pauidi altiores specus tutissimos putant: aut tabernacula è pellibus beluarũ, quas uitulos marinos appellãt, quoniã hoc solũ animal ex marinis non percutiat, sicut nec è uolucribus aquilam, quæ ob hoc armiger huius teli fingitur. In Italia inter Terracinam et ædẽ Feroniæ, turres bellicis temporibus desiere fieri, quia nonnullæ earum sunt fulmine dirutæ.

*Refert Sueto. Tiberiũ Cæsarẽ ob id turbatiore cælo nunquã nõ coronã laureã ceruice gestasse, q̃ fulmine afflari negetur id genus frondis. Idẽ et de Aug. Cæsa. Tonitrua, inquit, & fulgura paulo infirmius expauescebat, ut semp & ubiq; pellẽ uituli marini circumferret pro remedio, atque ad omnẽ maioris tẽpestatis suspicionem in abditũ & cõcameratũ locũ se reciperet.*

De prodigiosis pluuijs, lacte et sanguine, carne, ferro, lana, lateribus coctis. Caput .LVI.

PRæter hæc inferiori cælo relatum in monumẽta est, lacte & sanguine pluuisse M. Attilio. C. Portio cos. Et sæpe aliâs carne, sicut. L. Volumnio, Seruio Sulpitio coss. Exq; ea non perputruisse quod non diripuissent aues. Itẽ ferro in Lucanis, anno anteq̃ M. Crassus à Parthis interẽptus est, oẽsq; cũ eo Lucani milites, quorũ magnus numerus in exercitu erat. Effigies quæ pluuerat, spongiarum ferè similis fuit. Aruspices cauẽda præmonuerunt superna uulnera: L. aũt Paulo C. Marcello coss. lana pluuit circa castellũ Carissanũ, iuxta quod post annũ T. Annius Milo occisus est. Eodem causam dicẽte, lateribus coctis pluisse, in eius anni acta relatum est.

De crepitu armorum & tubarum de cælo audito. Caput .LVII.

ARmorum crepitus & tubæ sonitus auditos è cælo Cimbricis bellis accepimus, crebrosq;, & prius

& prius et postea. Tertio uero consulatu Marij ab Amerinis & Tudertibus spectata arma cælestia, ab ortu occasuq; inter se concurrētia, pulsis quæ ab occasu erant. Ipsum ardere cælum, minime mirū est, & sæpius uisum, maiore ui ignis nubibus correptis.

De lapidibus è cælo cadētibus. Ca. .LVIII.

CElebrant Græci Anaxagoram Clazomeniū, olympiadis septuagesimæoctauæ secundo anno, prædixisse cælestiū literarū scientia, quibus diebus saxū casurum esset è sole. Idq; factū interdiu in Thraciæ parte ad Aegos flumen. Qui etiam lapis nunc ostēditur, magnitudine uehiculi, colore adusto, comete quoq; illis noctibus flagrante. Quod si quis prædictū credat, simul fateatur necesse est, maioris miraculi diuinitatē fuisse Anaxagoræ, soluiq; rerū naturæ intellectū, et cōfundi oīa. Si aut ipse sol lapis esse, aut unq̄ lapidem in eo fuisse credatur, decidere tamē crebro non erit dubiū. In Abydi gymnasio ex ea causa colitur hodieq; modicus quidam, sed quem in medio terrarū casurum idem Anaxagoras prædixisse narratur. Colitur & Cassandriæ, quæ Potidea uocitata est, ob id deducta. Egoipse uidi in Vocontiorum agro pauloante delatum.

Aegos flumē, ut sint duæ dictiōes, quasi ad capræ fluuiū: græce αὐγὸς ποταμόν.

De arcu cælesti. Caput .LIX.

ARcus uocamus extra miraculū frequentes, & extra ostētum. Nam nec pluuios quidē, aut serenos dies, cum fide portēdunt. Manifestū est,

radium

radiũ solis immissum cauæ nubi, repulsa acie in solẽ refringi, colorũq; uarietatẽ mixtura nubiũ, aëris, igniumq́; fieri. Certe nisi sole aduerso non fiunt, nec unq̃ nisi dimidia circuli forma, nec noctu, quamuis Aristoteles prodat aliquando uisum: quod tamẽ fatetur idẽ non nisi quartadecima luna posse. Fiunt aũt hyeme, maxīe ab æquinoctio autũnali die decrescente. Quo rursus crescẽte ab æquinoctio uerno, nõ existunt: nec circa solstitiũ longißimis diebus: brumæ uero, hoc est, breuissimis diebus, freq̃uẽter. Iidẽ sublimes humili sole, humilesq́; sublimi, et minores occidente uel oriente, sed in latitudinem diffusi. Meridie exiles, uerũ ambitus maioris. Aestate uero per meridiem non cernuntur. Post autũni æquinoctiũ, quacunq; hora. Nec unquã plures simul q̃ duo. Cætera eiusdem naturæ non multis dubia esse uideo.

De grandine, niue, pruina, nebula, rore.

Caput .LX.

GRandinem conglaciato imbre gigni: et niuẽ, eodem humore mollius coacto: pruinam aũt ex rore gelido. Per hyemem niues cadere non grandines, ipsasq́; grandines interdiu sæpius quàm noctu, et multo celerius resolui quàm niues. Nebulam nec æstate nec maximo frigore existere. Rores neq; gelu, neque ardoribus, neq; uentis, nec nisi serena nocte. Gelando liquorem minui, solutaq; glacie non eundem inueniri modum.

De nubiũ

De nubium imaginibus. Caput .LXI.

VArietates colorũ figurarũq; in nubibus cerni, prout admixtus ignis supet aut uincatur.

De proprietatibus cæli in locis. Caput .LXII.

PRæterea quasdam proprietates cæli quibusdã locis esse. Roscidas æstate Africæ noctes. In Italia Locris & lacu Velino nullo nõ die apparere arquus. Rhodi et Syracusis nunquam tanta nubila obduci, ut non aliqua hora sol cernatur: qualia aptius suis referentur in locis. Hæc sint dicta de aëre.

De natura terræ. Caput .LXIII.

SEquitur terra, cui uni rerum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indidimus maternæ uenerationis. Sic hominum illa, ut cælum dei: quæ nos nascentes excipit, natos alit, semélque editos sustinet semper: nouissime complexa gremio iam à reliqua natura abdicatos, tum maxime ut mater operiens: nullo magis sacramento, quàm quo nos quoque sacros facit, etiam monumenta ac titulos gerens, nomenq; prorogans nostrum, & memoriam extendens contra breuitatem æui. Cuius numen ultimum iam nullis imprecamur, rati graue: tanq̃ nesciamus hanc esse solam, quæ nunq̃ irascatur hoĩ. Aquæ subeunt in imbres, rigescũt in grandines, tumescũt in fluctus, præcipitãtur in torrẽtes: aër densatur nubibus, furit procellis: At hæc benigna, mitis, indulgensq;,

indulgensq́;, usuśq; mortalium semper ancilla, quæ coacta generat? quæ sponte fundit? quos odores sapo- resq́;? quos succos? quos tactus? quos colores? quàm bo na fide creditũ reddit fœnus? quæ nostri causa alit? Pestifera enim animantia, uitali spiritu habente cul pam, necesse est illi seminata excipere, et genita sus- tinere. Sed in malis generãtium noxa est. Illa serpẽ- tem hoïe percusso non recipit amplius, pœnasq; eti- am inertium nomine exigit: illa medicas fundit her- bas, & semp homini parturit. Quin & uenena, no- stri miserta, instituisse credi potest, ne in tædio uitæ diræ famis mors, terræ meritis alienißima, lenta nos consumeret tabe, ne lacerum corpus abrupta dispge rent, ne laquei torqueret pœna præpostera, incluso spiritu, cui quæreretur exitus: ne in profundo quæsi- ta morte, sepultura sabulo fieret, ne ferri cruciatus scinderet corpus. Ita est, miserta genuit id, cuius fa- cillimo haustu, illibato corpore, & cum toto sangui ne extingueremur, nullo labore, sitientibus similes. Quo taliter defunctos, non uolucres, non feræ attin- gerent: terræq; seruaretur, qui sibijpsi pijsset. Et ut uerũ fateamur, terra nobis malorum remedium ge- nuit, nos illud uitæ fecimus uenenũ. Nos enim & fer ro, quo carere nõ possumus, simili modo utimur. Nec tamen quereremur merito, etiam si maleficij causa attulisset. Aduersus unam quippe naturæ partem in grati sumus: quasi quæ non ad delicias quasq;, non ad

contume-

contumelias seruiat homini. In maria iacitur, ut fre ta admittamus, eliditur aquis, ferro, ligno, igne, lapi de, fruge, omnibus cruciatur horis: multóque plus ut delicijs, quàm ut alimentis nostris famuletur. Illa ta men quæ summa patiatur atq; extrema cute, tolera bilia uideantur: Penetramus in uiscera, auri argen tiq; uenas, & æris ac plumbi metalla fodiētes, gem mas etiā & quosdā paruulos quærimus lapides, scro bibus in profundū actis. Viscera eius extrahimus, ut digito gestetur gemma quam petimus. Quot manus atteruntur, ut unus niteat articulus? Si ulli essent in feri, iam profecto illos auaritiæ atq; luxuriæ cuni culi refodissent. Et miramur si eadem ad noxam ge nuit aliqua. Feræ enī credo custodiunt illā, arcentq; sacrilegas manus. Nónne inter serpentes fodimus, & uenas auri tractamus cū ueneni * radicibus? Pla catiore tamē dea utimur, ob hoc, quod omnes hi opu lentiæ exitus, ad scelera cædesq; & bella tendunt: quamq; sanguine nostro irrigamus, insepultis oßibus tegimus: Quibus tamē uelut exprobrato furore tan dem ipsa se obducit, & scelera quoque mortalium occultat. Inter crimina ingrati animi & hoc dixe rim, quod naturam eius ignoramus.

* Traducibus, in nōnullis co di. legitur.

De forma terræ. Ca: .LXIIII.

Est aūt figura prima, de qua consensus iudicat. Orbem certe dicimus terræ globum, quē uer ticibus includi fatemur. Neq; enim absoluti orbis est

forma,

forma, in tanta montium excelsitate, tanta camporũ planicie: sed cuius amplexus, si capita linearum comprehendantur ambitu, figuram absoluti orbis efficiat, id quod ipsa rerum naturæ cogit ratio, non eisdem causis quas attulimus in cælo. Nanq; in illo caua in se conuexitas uergit, et cardini suo, hoc est, terræ undiq; incumbit. Hæc ut solida atq; conferta, assurgit intumescenti similis, extraq; protẽditur. Mundus in centrũ uergit: at terra exit à centro, immensum eius globum in formam orbis assidua circa eam mundi uolubilitate cogente.

Capita legendũ esse quis nõ uidet? Et ꝑ capita quidem linearum hoc loco intelligere oportet extremitates earũ linearũ, quas exempli causa à centro ipsius terræ, ad eius usq; peripheriam porrectas imaginamur, quæ si per ambitũ terræ cõprehendãtur, absoluti capitis figurã efficiũt, hoc ẽ terrã rotundã esse ostendũt, etsi montes & ualles id alioqui ĩpedire uidean

De Antipodibus an sint, & aquæ rotunditate. Caput .LXV.

INgens hic pugna literarum, contraq; uulgi opinionem, circumfundit terræ homines undique, conuersisq; inter se pedibus stare, & cũctis similem esse cæli uerticem, ac simili modo ex quacunque parte mediam calcari, illo quærente cur non decidant contrà siti: tanquam non & ratio præsto sit, ut nos non decidere mirentur illi. Interuenit sententia, quamuis indocili probabilis turbæ, inæquali globo, & si sit figura pineæ nucis, nihilominus terram undique incoli. Sed quid hoc refert, alio miraculo exoriente? pendere ipsam ac non cadere nobiscum, ceu spiritus ui mundo præsertim inclusi, dubium sit an possit cadere, natura repugnante, & quò cadat negante. Nam sicut ignium sedes non est nisi in ignibus,

bus, aquarum nisi in aquis, spiritus nisi in spiritu: ita terræ arcẽtibus cunctis, nisi in se locus nõ est. Globũ tamen effici mirũ est, in tanta planicie maris camporumq;. Cui sententiæ adest Dicæarchus uir in primis eruditus, regum cura permensus montes, ex quibus altissimum prodidit Pelion. M.ccl. pass. ratione perpendiculi, nullam esse eam portionem uniuersæ rotunditatis colligens. Mihi incerta hæc cõiectatio uidetur, haud ignaro quosdam alpiũ uertices, longo tractu, nec breuiore quinquaginta milibus passuũ assurgere. Sed uulgo maxima hæc pugna est, si coactã in uerticẽ aquarũ quoq; figurã credere cogatur. Atq non aliud in rerum natura aspectu manifestius. Nanq; dependẽtes ubiq; guttæ paruis globantur orbibus. Et pulueri illatæ frondiũq; lanugini impositæ absoluta rotũditate cernũtur. Et in poculis repletis media maxĩe tumẽt. Quapropter subtilitate humoris, mollitiaq; in se residente, ratione facilius q̃ uisu deprehendunt. Idq; etiã magis mirũ, in poculis repletis, addito humore minimo, circumfluere quod superfit. Contrà euenire ponderibus additis ad uicenos sæpe denarios, scilicet quia intus recepta liquorem in uerticem attollant, ut cumulo eminente infusa dilabantur. Eadem est causa, propter quam è nauibus terra non cernatur, è nauium malis conspicua. At procul recedẽte nauigio, si quid quod fulgeat religetur in mali cacumine, paulatim descẽdere uideatur,

tur. Vide Senecã. 4. na. q. libro.

*deatur, et postremo occultetur.* Deniq; *oceanus, quē fatemur ultimum, quanam alia figura cohæreret atq; non decideret, nullo ultrà margine includente? Ipsum id ad miraculum redit, quonam modo etiamsi globetur extremum nō decidat mare.* Contra *quod ut sint plana maria, & qua uidētur figura non posse id accidere, magno suo gaudio magnaq; gloria inuentores Græci docent subtilitate geometrica.* Nandeq; *cum è sublimi in inferiora aquæ ferantur, & sit hæc natura earum concessa, nec quisquam dubitet in littore ullo accessisse eas qua longissime deuexitas passa sit, proculdubio apparere, quo qd humilius sit, propius centro esse terræ: oēsq; lineas quæ emittantur ex eo ad proximas aquas, breuiores fieri, q̄ quæ ad extremum mare à primis aquis.* Ergo *totas, oīq; ex parte aquas uergere in centrum, ideoq; non decidere, quoniam in interiora nitantur.* Quod *quidem & ita formasse artifex natura credi debet: ut cum terra arida & sicca constare per se ac sine humore non posset, nec rursus stare aqua nisi sustinēte terra, mutuo amplexu iungerentur: hac sinus pandēte, illa uero permeante totam, intrà, extrà, suprà, uenis ut uinculis discurrentibus, atque etiam in summis iugis erumpente: quæ spiritu acta, & terræ pondere expreßa, siphonum modo emicat: tantumq; à periculo decidendi abest, ut in summa queq; et altißima exiliat.* Qua *ratione manifestum est, quare tot flumi-*

Vt Aristo. 2. *de cælo, et* Pto*leme. magnæ cōpositiōis li.* 1. *& eius abbreuiator* Io. *de mōte regio in sua epitome*

*num*

rum quotidiano acceßu maria non creſcant.

Quomodo aqua ſit terræ innexa. Ca. LXVI.

EST igitur in toto ſuo globo tellus medio ambitu præcincta circũfluo mari. Nec argumentis hoc inueſtigandũ, ſed iam experimentis cognitum.

De nauigatione maris & fluminum.
Caput .LXVII.

A Gadibus columnisq́; Herculis, Hiſpaniæ & Galliarum circuitu, totus hodie nauigatur occidens. Septentrionalis uero oceanus, maiore ex parte nauigatus eſt, auſpicijs diui Auguſti Germaniam claſſe circumuecta ad Cimbrorum promontorium: & inde immenſo mari proſpecto, aut fama cognito, ad Scythicam plagam, & humore nimio rigentia. Propter quod minime uerisimile eſt illic maria deficere, ubi uis humoris ſuperet. Iuxtà uero ab ortu ex Indico mari, ſub eodem ſidere pars tota uergens in Caſpium mare, pernauigata eſt Macedonum armis, Seleuco atq; Antiocho regnantibus, quæ Seleucida atque Antiochida ab ipſis appellari uoluere. Circa Caſpium quoq; multa oceani littora explorata, paruoq; breuius q̃ totus hinc aut illinc ſeptentrio eremigatus. Vt tamen coniecturæ locum ſic quoq; non relinquam, ingens argumẽtum paludis Mæoticæ, ſiue ea illius oceani ſinus eſt, ut multos aduerto credidiſſe, ſiue anguſto ſinu diſcreti reſtagnatio. Alio latere Gadium, ab eodem occidente, ma-

gna pars meridiani sinus ambitu Mauritaniæ nauiga gatur hodie. Maiorē quidem eius partē, & orientis, uictoriæ magni Alexandri lustrauere, usq; in Arabicum sinū. In quo res gerente C. Cæsare Augusti filio, signa nauiū ex Hispaniensibus naufragijs feruntur agnita. Et Hanno Carthaginis potētia florente, circūuectus à Gadibus ad finē Arabiæ, nauigationē eā prodidit scripto. Sicut ad extera Europæ noscēda missus eodē tempore Himilco. Præterea Nepos Cornelius autor est, Eudoxū quendam sua ætate, cum Lathyrum regem fugeret, Arabico sinu egressum, Gades usque peruectum. Multoq; ante eum Cælius Antipater, uidisse se q nauigasset ex Hispania in Aethiopiam commercij gratia. Idem Nepos de septentrionali circuitu tradit Q. Metello Celeri, C. Afranij in consulatu collegæ, sed tum Galliæ proconsuli, Indos à rege Sueuorum dono datos: qui ex India commercij causa nauigātes, tempestatibus essent in Germaniam abrepti. Sic maria circumfusa undique diui duo globo, partē orbis auferunt nobis: nec inde huc, nec hinc illò peruio tractu. Quæ contemplatio apta detegendæ mortalium uanitati poscere uidetur, ut totum hoc quicquid est, in quo singulis nihil satis est, ceu subiectum oculis, quantum sit ostendam.

### Quæ portio terræ habitetur. Ca. .LXVIII.

IAm primum in dimidio cōputari mihi uidetur, tanquam nulla portio ipsi decedat oceano, qui toto circum-

sto circũdatus medio, & omnes cæteras fundens reci piensq; aquas, et qcquid exit in nubes, ac sidera ipsa tot & tantæ magnitudinis pascens. Quo tandem am plitudinis spatio terra creditur habitari? Improba et infinita debet esse tam uastæ molis possessio. Adde q ex relicto spatio plus abstulit cælum. Nam cum sint eius quinq; partes, quas uocant zonas, infesto ri gore et æterno premitur gelu omne, quicquid est sub iectum duabus extremis utrinque circa uertices, hũc qui septentrion uocantur, eumq; qui aduersus illi au strinus appellatur. Perpetua caligo utrobiq;, & ali ena molliorum siderum aspectu, maligna, ac pruina tantum albicans. Lux uero media terrarum, quà so lis orbita est, exusta flammis & cremata, cominus uapore torretur. Circa quam duæ tantum inter se, exustam & rigentes, temperantur: hæq; ipse inter se nõ peruiæ, propter incendium sideris. Ita terræ tres partes abstulit cælum: Oceani rapina in incerto est. Sed & relicta nobis una portio, haud scio an etiam in maiore damno sit. Idem siquidem oceanus infu sus in multos (ut dicemus) sinus, adeo uicino accessu interna maria allatrat, ut centũ quindecim milibus passuũ Arabicus sinus distet ab Aegyptio mari: Ca spius uero. CCCLXXV. milibus à Pontico. Idẽ in terfusus intrat p tot maria, qbus Africam, Europã, Asiamq; disptit. Quantum terrarũ occupet, cõpute tur etiã nunc mensura tot fluminũ, tantarũ paludũ.

c ij Addan

*Addantur & lacus & stagna: iam elata in cælum, et ardua aspectu quoq; iuga: iā sylue uallesq; præruptæ, & solitudines, & mille causis deserta detrahantur. He tot portiones terræ, imò uero (ut plures tradidere) mundi punctus, neq; enim est aliud terra uniuersa. Hec est materia gloriæ nostræ, hæc sedes: hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuatur humanum genus, hic instauramus bella etiam ciuilia, mutuis cædibus laxiorem facimus terram. Et (ut publicos gentium furores transeam) hæc in qua conterminos pellimus, furtoq; uicini cespitem nostro solo affodimus, ut qui latißime rura metatus fuerit, ultraq; fines exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat, uel cum ad mensuram auaritiæ suæ propagauerit, quam tandem portionem defunctus eius obtineat.*

*Mediam esse mundi terram.*

*Caput .LXIX.*

*MEdiam esse mundi totius terram haud dubijs constat argumētis, sed clarissime æquinoctij paribus horis. Nam nisi in medio esset, æquales dies noctesq; haberi non posse deprehenderunt & dioptræ, quæ uel maxime id confirmant: cum æquinoctiali tempore ex eadē linea ortus occasusq; cernatur, & solstitialis exortus per suam lineam, brumalisq; occasus. Quæ accidere nullo modo possent, nisi in centro sita esset.*

De siderũ

De siderum ortus inæqualitate, & de eclipsi, et ubi & quare. Caput .LXIX.

TRes aũt circuli supradictis zonis implexi, inæqualitates temporum distinguũt. Solstitialis aperte signiferi excelsissima nobis, ad septentrionalem plagam uersus, contraq; ad alium polum brumalis, item medio ambitu signiferi orbis incedens æquinoctialis. Reliquorum, quæ miramur, causa in ipsius terræ figura est, quam globo similem, & cum ea aquas, iisdem intelligitur argumentis. Sic enim fit haud dubie, ut nobis septentrionalis plagæ sidera nunquã occidant, contrà meridianæ nunq̃ oriantur. Rursusq; hæc ab illis non cernantur, attollente se contra medios uisus terrarũ globo. Septentriones non cernit Troglodytice & cõfinis Aegyptus. Nec Canopum Italia, & quam uocant Berenices crinẽ. Item quã sub diuo Augusto cognominauere Cæsaris thronõ, insignis ibi stella: adeoq; manifesto assurgẽs fastigio incuruatur, ut Canopus quartam ferè partẽ signi unius supra terram eminere Alexandriæ intuẽtibus uideatur: eadẽ à Rhodo terram quodammõ ipsam stringere: in Ponto oĩno non cernatur, ubi maxime sublimis sẽptẽtrio. Idẽ à Rhodo absconditur, magisq; Alexandriæ. In Arabia nouẽbri mẽse prĩa uigilia o ccultus, secũda se ostẽdit. In Meroẽ solstitio uesperi paulisper apparet, paucisq; ante exortum arcturi diebus pariter cũ die cernitur. Nauigantiũ

hæc maxime cursus deprehendunt, in alia aduerso, in alia prono mari, subitoq; conspicuis, atq; ut è freto emergentibus (quæ in anfractu pilæ latuere) sideribus. Neq; enim (ut dixere aliqui) mundus hic polo excelsiore se attollit, ut undiq; non cernantur hæc sidera. Verum hæc eadem quibusq; proximis sublimia creduntur, eademq; demersa longinquis. Vtq; nunc sublimis in deiectu positis uidetur hic uertex, sic in illā terræ deuexitatem transgressis, illa se attollunt, residētibus quæ hic excelsa fuerant, quod nisi in figura pilæ accidere non posset. Ideoq; defectus solis ac lunæ uespertinos, orientis incolæ non sentiūt, nec matutinos ad occasum habitātes: meridianos uero sæpius. Nobili apud Arabiā magni Alexādri uictoria, luna defecisse noctis secūda hora prodita est: eademq; in Sicilia exoriēs. Solis defectū, Vipsano et Fonteio coss. qui fuere ante paucos annos, factū pridie Cal. Maias, Campania hora diei inter septimam & octauā sensit. Corbulo dux in Armenia inter horam diei decimā & undecimā prodidit uisum, circuitu globi alia alijs detegēte et occultante. Quod si plana esset terra, simul oīa apparerēt cunctis, noctesq; non fierēt inæquales: neq; aliâs q̃ in medio sitis, paria duodecim horarū interualla cernerentur: quæ nunc non in omni parte simili modo congruunt.

## Quæ ratio diurnæ lucis in terris.

## Caput .LXXI.

Ideo nec

IDeo nec nox diesq; quæuis eadem toto orbe simul est, opposítu globi noctem aut ambitu diem afferente. Multis hoc cognitum experimentis. In Africa Hispaniaq; turrium Hannibalis. In Asia uero propter piraticos terrores, simili specularum præsidio excitato: in quis prænunciatos ignes sexta hora diei accensos, sæpe compertum est, tertia noctis à tergo ultimis uisos. Eiusdem Alexandri cursor Philonides, ex Sycione ad Elin mille & ducenta stadia nouem diei cõfecit horis: indeq; quamuis decliui itinere, tertia noctis hora remensus est sæpius. Causa, quod eunti cum sole iter erat, eundemq; remeans obuium contrario præuertebat occursu. Qua de causa ad occasum nauigantes, quamuis breuissimo die, uincunt spatia nocturnæ nauigationis, ut solem ipsum comitantes.

Gnomica de eadem re, & horologio primo.
Caput .LXXII.

VAsaq; horoscopa non ubiq; eidem sunt usui, trecẽtis stadijs, aut longissime etiã quingẽtis, mutantibus semet umbris. Solis itaq; umbilici (quẽ gnomonem appellant) umbra, in Aegypto meridiano tempore, æquinoctij die, paulo plus quàm dimidiam gnomonis mensuram efficit. In urbe Roma nona pars gnomonis deest umbræ. In oppido Ancona superest quinta trigesimæ. In parte Italiæ quæ Venetia appellatur, eisdẽ horis umbra gnomoni par fit.

Vasa horoscopa sunt, quæ et horologica dicuntur, ab horarũ speculatione.

radiũ ſolis immiſſum cauæ nubi, repulſa acie in ſolẽ refringi, colorũq; uarietatẽ mixtura nubiũ, aëris, igniumq; fieri. Certe niſi ſole aduerſo non fiunt, nec unq̃ niſi dimidia circuli forma, nec noctu, quamuis Ariſtoteles prodat aliquando uiſum: quod tamẽ fatetur idẽ non niſi quartadecima luna poſſe. Fiunt aũt hyeme, maxĩe ab æquinoctio autũnali die decreſcente. Quo rurſus creſcẽte ab æquinoctio uerno, nõ exiſtunt: nec circa ſolſtitiũ longißimis diebus: bruma uero, hoc eſt, breuiſſimis diebus, frequẽter. Iidẽ ſublimes humili ſole, humilesq; ſublimi, et minores occidente uel oriente, ſed in latitudinem diffuſi. Meridie exiles, uerũ ambitus maioris. Aeſtate uero per meridiem non cernuntur. Poſt autũni æquinoctiũ, quacunq; hora. Nec unquã plures ſimul q̃ duo. Cætera eiuſdem naturæ non multis dubia eſſe uideo.

De grandine, niue, pruina, nebula, rore.
Caput .LX.

GRandinem conglaciato imbre gigni: et niuẽ, eodem humore mollius coacto: pruinam aũt ex rore gelido. Per hyemem niues cadere non grandines, ipſasq; grandines interdiu ſæpius quàm noctu, et multo celerius reſolui quàm niues. Nebulam nec æſtate nec maximo frigore exiſtere. Rores neq; gelu, neque ardoribus, neq; uentis, nec niſi ſerena nocte. Gelando liquorem minui, ſolutaq; glacie non eundem inueniri modum.

De nubiũ

De nubium imaginibus. Caput .LXI.

VArietates colorũ figurarũq; in nubibus cerni, prout admixtus ignis ſupet aut uincatur.

De proprietatibus cæli in locis.
Caput .LXII.

PRæterea quaſdam proprietates cæli quibuſdã locis eſſe. Roſcidas æſtate Africæ noctes. In Italia Locris & lacu Velino nullo nõ die apparere arquus. Rhodi et Syracuſis nunquam tanta nubila obduci, ut non aliqua hora ſol cernatur: qualia aptius ſuis referentur in locis. Hæc ſint dicta de aëre.

De natura terræ. Caput .LXIII.

SEquitur terra, cui uni rerum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indidimus maternæ uenerationis. Sic hominum illa, ut cælum dei: quæ nos naſcentes excipit, natos alit, ſemélque editos ſuſtinet ſemper: nouiſſime complexa gremio iam à reliqua natura abdicatos, tum maxime ut mater operiens: nullo magis ſacramento, quàm quo nos quoque ſacros facit, etiam monumenta ac titulos gerens, nomenq; prorogans noſtrum, & memoriam extendens contra breuitatem æui. Cuius numen ultimum iam nullis imprecamur, rati graue: tanq̃ neſciamus hanc eſſe ſolam, quæ nunq̃ iraſcatur hoĩ. Aquæ ſubeunt in imbres, rigeſcũt in grandines, tumeſcũt in fluctus, præcipitãtur in torrẽtes: aër denſatur nubibus, furit procellis: At hæc benigna, mitis, indulgensq;,

indulgensq́; usúsq́; mortalium semper ancilla, quæ coacta generat? quæ sponte fundit? quos odores saporesq́;? quos succos? quos tactus? quos colores? quàm bona fide creditũ reddit fœnus? quæ nostri causa alit? Pestifera enim animantia, uitali spiritu habente culpam, necesse est illi seminata excipere, et genita sustinere. Sed in malis generãtium noxa est. Illa serpẽtem hoīe percusso non recipit amplius, pœnasq́; etiam inertium nomine exigit: illa medicas fundit herbas, & semp homini parturit. Quin & uenena, nostri miserta, instituisse credi potest, ne in tædio uitæ diræ famis mors, terræ meritis alienißima, lenta nos consumeret tabe, ne lacerum corpus abrupta dispgerent, ne laquei torqueret pœna præpostera, incluso spiritu, cui quæreretur exitus: ne in profundo quæsita morte, sepultura sabulo fieret, ne ferri cruciatus scinderet corpus. Ita est, miserta genuit id, cuius facillimo haustu, illibato corpore, & cum toto sanguine extingueremur, nullo labore, sitientibus similes. Quo taliter defunctos, non uolucres, non feræ attingerent: terræq́; seruaretur, qui sibijpsi pijsset. Et ut uerũ fateamur, terra nobis malorum remedium genuit, nos illud uitæ fecimus uenenũ. Nos enim & ferro, quo carere nõ possumus, simili modo utimur. Nec tamen quereremur merito, etiam si maleficij causa attulisset. Aduersus unam quippe naturæ partem ingrati sumus: quasi quæ non ad delicias quasq́;, non ad contume-

*contumelias seruiat homini. In maria iacitur, ut freta admittamus, eliditur aquis, ferro, ligno, igne, lapide, fruge, omnibus cruciatur horis: multóque plus ut delicijs, quàm ut alimentis nostris famuletur. Illa tamen quæ summa patiatur atq; extrema cute, tolerabilia uideantur: Penetramus in uiscera, auri argentiq; uenas, & æris ac plumbi metalla fodiẽtes; gemmas etiã & quosdã paruulos quærimus lapides, scrobibus in profundũ actis. Viscera eius extrahimus, ut digito gestetur gemma quam petimus. Quot manus atteruntur, ut unus niteat articulus? Si ulli essent inferi, iam profecto illos auaritiæ atq; luxuriæ cuniculi refodissent. Et miramur si eadem ad noxam genuit aliqua. Feræ enĩ credo custodiunt illã, arcentq; sacrilegas manus. Nónne inter serpentes fodimus, & uenas auri tractamus cũ ueneni * radicibus? Placatiore tamẽ dea utimur, ob hoc, quod omnes hi opulentiæ exitus, ad scelera cædesq; & bella tendunt: quamq; sanguine nostro irrigamus, insepultis oßibus tegimus: Quibus tamẽ uelut exprobrato furore tandem ipsa se obducit, & scelera quoque mortalium occultat. Inter crimina ingrati animi & hoc dixerim, quod naturam eius ignoramus.*

**Traducibus; in nõnullis cõdi. legitur.*

*De forma terræ.* Ca: .LXIIII.

*Est aũt figura prima, de qua consensus iudicat. Orbem certe dicimus terræ globum, quẽ uerticibus includi fatemur. Neq; enim absoluti orbis est*

*forma,*

*forma, in tanta montium excelsitate, tanta camporū planicie: sed cuius amplexus, si capita linearum comprehendantur ambitu, figuram absoluti orbis efficiat, id quod ipsa rerum naturæ cogit ratio, non eisdem causis quas attulimus in cælo. Nanq; in illo caua in se conuexitas uergit, et cardini suo, hoc est, terræ undiq; incumbit. Hæc ut solida atq; conferta, assurgit intumescenti similis, extraq; protēditur. Mundus in centrū uergit: at terra exit à centro, immensum eius globum in formam orbis assidua circa eam mundi uolubilitate cogente.*

*Capita legendū esse quis nō uidet? Et p capita quidem linearum hoc loco intelligere oportet extremitates earū linearū, quas exempli causa à centro ipsius terræ, ad eius usq; peripheriam porrectas imaginamur, quæ si per ambitū terræ cōprehendātur, absoluti capitis figurā efficiūt, hoc ē terrā rotundā esse ostendūt, etsi montes & ualles id alioqui ĩpedire uideantur*

De Antipodibus an sint, & aquæ rotunditate. Caput .LXV.

*INgens hic pugna literarum, contraq; uulgi opinionem, circumfundit terræ homines undique, conuersisq; inter se pedibus stare, & cūctis similem esse cæli uerticem, ac simili modo ex quacunque parte mediam calcari, illo quærente cur non decidant contrà siti: tanquam non & ratio præsto sit, ut nos non decidere mirentur illi. Interuenit sententia, quamuis indocili probabilis turbæ, inæquali globo, & si sit figura pineæ nucis, nihilominus terram undique incoli. Sed quid hoc refert, alio miraculo exoriente? pendere ipsam ac non cadere nobiscum, ceu spiritus ui mundo præsertim inclusi, dubium sit an possit cadere, natura repugnante, & quò cadat negante. Nam sicut ignium sedes non est nisi in ignibus,*

bus, aquarum nisi in aquis, spiritus nisi in spiritu: ita terræ arcẽtibus cunctis, nisi in se locus nõ est. Globũ tamen effici mirũ est, in tanta planicie maris campórumq;. Cui sententiæ adest Dicæarchus uir in primis eruditus, regum cura permensus montes, ex quibus altissimum prodidit Pelion. M.ccl. pass. ratione perpendiculi, nullam esse eam portionem uniuersæ rotunditatis colligens. Mihi incerta hæc cõiectatio uidetur, haud ignaro quosdam alpiũ uertices, longo tractu, nec breuiore quinquaginta milibus passuũ assurgere. Sed uulgo maxima hæc pugna est, si coactã in uerticẽ aquarũ quoq; figurã credere cogatur. Atq non aliud in rerum natura aspectu manifestius. Nanq; dependẽtes ubiq; guttæ parui's globantur orbibus. Et pulueri illatæ frondiũq; lanugini impositæ absoluta rotũditate cernũtur. Et in poculis repletis media maxĩe tumẽt. Quapropter subtilitate humoris, mollitiáq; in se residente, ratione facilius q̃ ui sũ deprehendunt. Idq; etiã magis mirũ, in poculis repletis, addito humore minimo, circumfluere quod superfit. Contrà euenire ponderibus additis ad uicenos sæpe denarios, scilicet quia intus recepta liquorem in uerticem attollant, ut cumulo eminente infusa dilabantur. Eadem est causa, propter quam è nauibus terra non cernatur, è nauium malis conspicua. At procul recedẽte nauigio, si quid quod fulgeat religetur in mali cacumine, paulatim descẽdere uideatur,

tur. Vide Senecã .4. naq. libro.

deatur, et postremo occultetur. Deniq; oceanus, quẽ fatemur ultimum, quanam alia figura cohæreret atq; non decideret, nullo ultrà margine includente? Ipsum id ad miraculum redit, quonam modo etiamsi globetur extremum nõ decidat mare. Contra quod ut sint plana maria, & qua uidẽtur figura non posse id accidere, magno suo gaudio magnaq; gloria inuentores Græci docent subtilitate geometrica. Nanq; cum è sublimi in inferiora aquæ ferantur, & sit hæc natura earum concessa, nec quisquam dubitet in littore ullo accessisse eas qua longissime deuexitas passa sit, proculdubio apparere, quo qd humilius sit, propius centro esse terræ: oẽsq; lineas quæ emittantur ex eo ad proximas aquas, breuiores fieri, q̃ quæ ad extremum mare à primis aquis. Ergo totas, oĩq; ex parte aquas uergere in centrum, ideoq; non decidere, quoniam in interiora nitantur. Quod quidem & ita formasse artifex natura credi debet: ut cum terra arida & sicca constare per se ac sine humore non posset, nec rursus stare aqua nisi sustinẽte terra, mutuo amplexu iungerentur: hæc sinus pandẽte, illa uero permeante totam, intrà, extrà, suprà, uenis ut uinculis discurrentibus, atque etiam in summis iugis erumpente: quæ spiritu acta, & terræ pondere expressa, siphonum modo emicat: tantumq; à periculo decidendi abest, ut in summa queq; et altissima exiliat. Qua ratione manifestum est, quare tot flumi-

Vt Aristo. 2. de cælo, et Ptoleme. magnæ cõpositiõis li. 1. & eius abbreuiator Io. de mõte regio in sua epitome

num quotidiano accessu maria non crescant.

Quomodo aqua sit terræ innexa. Ca. LXVI.

EST igitur in toto suo globo tellus medio ambitu præcincta circũfluo mari. Nec argumentis hoc inuestigandũ, sed iam experimentis cognitum.

De nauigatione maris & fluminum.

Caput .LXVII.

A Gadibus columnisq; Herculis, Hispaniæ & Galliarum circuitu, totus hodie nauigatur occidens. Septentrionalis uero oceanus, maiore ex parte nauigatus est, auspicijs diui Augusti Germaniam classe circumuecta ad Cimbrorum promontorium: & inde immenso mari prospecto, aut fama cognito, ad Scythicam plagam, & humore nimio rigentia. Propter quod minime uerisimile est illic maria deficere, ubi uis humoris superet. Iuxtà uero ab ortu ex Indico mari, sub eodem sidere pars tota uergens in Caspium mare, pernauigata est Macedonum armis, Seleuco atq; Antiocho regnantibus, quæ Seleucida atque Antiochida ab ipsis appellari uoluere. Circa Caspium quoq; multa oceani littora explorata, paruoq; breuius q̃ totus hinc aut illinc septentrio eremigatus. Vt tamen coniecturæ locum sic quoq; non relinquam, ingens argumẽtum paludis Mæoticæ, siue ea illius oceani sinus est, ut multos aduerto credidisse, siue angusto sinu discreti restagnatio. Alio latere Gadium, ab eodem occidente, ma-

gna pars meridiani sinus ambitu Mauritaniæ nauigatur hodie. Maiorē quidem eius partē, & orientis, uictoriæ magni Alexandri lustrauere, usq; in Arabicum sinū. In quo res gerente C. Cæsare Augusti filio, signa nauiū ex Hispaniensibus naufragijs feruntur agnita. Et Hanno Carthaginis potētia florente, circūuectus à Gadibus ad finē Arabiæ, nauigationē eā prodidit scripto. Sicut ad extera Europæ noscēdæ missus eodē tempore Himilco. Præterea Nepos Cornelius autor est, Eudoxū quendam sua ætate, cum Lathyrum regem fugeret, Arabico sinu egressum, Gades usque peruectum. Multoq; ante eum Cælius Antipater, uidisse se q nauigasset ex Hispania in Aethiopiam commercij gratia. Idem Nepos de septentrionali circuitu tradit Q. Metello Celeri, C. Afranij in consulatu collegæ, sed tum Galliæ proconsuli, Indos à rege Sueuorum dono datos: qui ex India commercij causa nauigātes, tempestatibus essent in Germaniam abrepti. Sic maria circumfusa undique diuiduo globo, partē orbis auferunt nobis: nec inde huc, nec hinc illò peruio tractu. Quæ contemplatio apta detegendæ mortalium uanitati poscere uidetur, ut totum hoc quicquid est, in quo singulis nihil satis est, ceu subiectum oculis, quantum sit ostendam.

Quæ portio terræ habitetur. Ca. .LXVIII.

IAm primum in dimidio cōputari mihi uidetur, tanquam nulla portio ipsi decedat oceano, qui to

to circun-

sto circūdatus medio, & omnes cæteras fundens recipiensq; aquas, et qcquid exit in nubes, ac sidera ipsa tot & tantæ magnitudinis pascens. Quo tandem amplitudinis spatio terra creditur habitari? Improba et infinita debet esse tam uastæ molis possessio. Adde ꝙ ex relicto spatio plus abstulit cælum. Nam cum sint eius quinq; partes, quas uocant zonas, infesto rigore et æterno premitur gelu omne, quicquid est subiectum duabus extremis utrinque circa uertices, hūc qui septentrion uocantur, eumq; qui aduersus illi austrinus appellatur. Perpetua caligo utrobiq;, & aliena molliorum siderum aspectu, maligna, ac pruina tantum albicans. Lux uero media terrarum, qua solis orbita est, exusta flammis & cremata, cominus uapore torretur. Circa quam duæ tantum inter se, exustam & rigentes, temperantur: hæq; ipse inter se nō peruiæ, propter incendium sideris. Ita terræ tres partes abstulit cælum: Oceani rapina in incerto est. Sed & relicta nobis una portio, haud scio an etiam in maiore damno sit. Idem siquidem oceanus infusus in multos (ut dicemus) sinus, adeo uicino accessu interna maria allatrat, ut centū quindecim milibus passuū Arabicus sinus distet ab Aegyptio mari: Caspius uero. CCCLXXV. milibus à Pontico. Idē interfusus intrat ꝑ tot maria, qbus Africam, Europā, Asiamq; disptit. Quantum terrarū occupet, cōputetur etiā nunc mensura tot fluminū, tantarū paludū.

Addantur & lacus & stagna: iam elata in cælum, et ardua aspectu quoq; iuga: iã syluæ uallesq́; prærupte, & solitudines, & mille causis deserta detrahantur. He tot portiones terræ, imò uero (ut plures tradidere) mundi punctus, neq; enim est aliud terra uniuersa. Hæc est materia gloriæ nostræ, hæc sedes: hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuatur humanum genus, hic instauramus bella etiam ciuilia, mutuis cædibus laxiorem facimus terram. Et (ut publicos gentium furores transeam) hæc in qua conterminos pellimus, furtoq́; uicini cespitem nostro solo affodimus, ut qui latißime rura metatus fuerit, ultraq́; fines exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat, uel cum ad mensuram auaritiæ suæ propagauerit, quam tandem portionem defunctus eius obtineat.

Mediam esse mundi terram.

Caput .LXIX.

Mediam esse mundi totius terram haud dubijs constat argumẽtis, sed clarissime æquinoctij paribus horis. Nam nisi in medio esset, æquales dies noctesq́; haberi non posse deprehenderunt & dioptræ, quæ uel maxime id confirmant: cum æquinoctiali tempore ex eadẽ linea ortus occasusq́; cernatur, & solstitialis exortus per suam lineam, brumalisq́; occasus. Quæ accidere nullo modo possent, nisi in centro sita esset.

Desideriũ

De siderum ortus inæqualitate, & de eclipsi, et ubi & quare. Caput .LXIX.

TRes aũt circuli supradictis zonis implexi, inæqualitates temporum distinguũt. Solstitialis aperte signiferi excelsissima nobis, ad septentrionalem plagam uersus, contraq; ad alium polum brumalis, item medio ambitu signiferi orbis incedens æquinoctialis. Reliquorum, quæ miramur, causa in ipsius terræ figura est, quam globo similem, & cum ea aquas, iisdem intelligitur argumentis. Sic enim fit haud dubie, ut nobis septentrionalis plagæ sidera nunquã occidant, contrà meridianæ nunq̃ oriantur. Rursusq; hæc ab illis non cernantur, attollente se contra medios uisus terrarũ globo. Septentriones non cernit Troglodytice & cõfinis Aegyptus. Nec Canopum Italia, & quam uocant Berenices crinẽ. Item quã sub diuo Augusto cognominauere Cæsaris thronõ, insignis ibi stella: adeoq; manifesto assurgẽs fastigio incuruatur, ut Canopus quartam ferè partẽ signi unius supra terram eminere Alexandriæ intuẽntibus uideatur: eadẽ à Rhodo terram quodammõ ipsam stringere: in Ponto oĩno non cernatur, ubi maxime sublimis septẽtrio. Idẽ à Rhodo absconditur, magisq; Alexandriæ. In Arabia nouẽbri mẽse prĩa uigilia occultus, secũda se ostẽdit. In Meroẽ solstitio uesperi paulisper apparet, paucisq; ante exortum arcturi diebus pariter cũ die cernitur. Nauigantiũ

IDeo nec nox diesq; quæuis eadem toto orbe simul est, oppositu globi noctem aut ambitu diem afferente. Multis hoc cognitum experimentis. In Africa Hispaniaq; turrium Hannibalis. In Asia uero propter piraticos terrores, simili specularum præsidio excitato: in quis prænunciatos ignes sexta hora diei accensos, sæpe compertum est, tertia noctis à tergo ultimis uisos. Eiusdem Alexandri cursor Philonides, ex Sycione ad Elin mille & ducenta stadia nouem diei cõfecit horis: indeq; quamuis decliui itinere, tertia noctis hora remensus est sæpius. Causa, quod eunti cum sole iter erat, eundemq; remeans obuium contrario præuertebat occursu. Qua de causa ad occasum nauigantes, quamuis breuissimo die, uincunt spatia nocturnæ nauigationis, ut solem ipsum comitantes.

Gnomica de eadem re, & horologio primo.
Caput .LXXII.

VAsaq; horoscopa non ubiq; eidem sunt usui, trecẽtis stadijs, aut longissime etiã quingẽtis, mutantibus semet umbris. Solis itaq; umbilici (quẽ gnomonem appellant) umbra, in Aegypto meridiano tempore, æquinoctij die, paulo plus quàm dimidiam gnomonis mensuram efficit. In urbe Roma nona pars gnomonis deest umbræ. In oppido Ancona supest quinta trigesimæ. In parte Italiæ quæ Venetia appellatur, eisdẽ horis umbra gnomoni par fit.

Vasa horoscopa sunt, quæ et horologica dicuntur, ab horarũ speculatione.

Vbi et quando nullæ umbræ. Ca. .LXXIII.

SImili modo tradũt in Syene oppido, quod est supra Alexandriã quinq; milibus stadiorũ, solstitij die medio nullam umbram iaci: puteumq́; eius experimẽti gratia factũ, totum illuminari. Ex quo apparere, solem illi loco supra uerticem esse: quod etiã in India supra flumen Hypasin fieri tempore eodem Onesicritus scripsit. Constatq́; in Berenice urbe Troglodytarũ, & inde stadijs quatuor milibus. DCCC. .XX. eadẽ gente in Ptolemaide oppido, quod in margine rubri maris ad primos elephantorum uenatus conditũ est: hoc idem ante solstitium. XLV. diebus, totidemq́; postea fieri, & per eos. XC. dies in meridiẽ umbras iaci. Rursus in Meroë insula, quæ est caput gentis Aethiopũ, & à quinq; milibus stadiorum Syene in amne Nilo habitatur, bis anno absumi umbras, sole duodeuicesimam tauri partẽ, & quartam decimã leonis obtinente. In India gente Oretũ, mons est Maleus nomine, iuxta quem umbræ æstate in austrum, hyeme ad septentrionẽ iaciuntur. Quindecim tantum noctibus ibi apparet septẽtrio. In eadem India Patales celeberrimo portu, sol dexter oritur, umbræ in meridiem cadunt. Septentrionem ibi Alexandro morante annotatum, prima tantum noctis parte aspici, Onesicritus dux eius scripsit: quibus in locis in die umbræ non sint, septentrionẽ non conspici, & ea loca appellari Ascia, nec horas dinumerari ibi.

Vbi bis

*Vbi bis anno umbræ, & ubi in contrarium.*
Caput .LXXIIII.

AT in tota Troglodytice, umbras bis quadragintaquinque diebus in anno, Eratosthenes in contrarium cadere prodidit.

*Vbi longiſsimus dies, & ubi breuiſsimus.*
Caput .LXXV.

SIc fit, ut uario lucis incremento, in Meroë longiſsimus dies .XII. horas æquinoctiales, et octo partes unius horæ colligat: Alexander uero .XIIII. horas. In Italia quindecim. In Britannia .XVII: ubi æſtate lucidæ noctes haud dubie repromittunt id, qđ cogit ratio, credi. Solſtitialibus diebus accedente ſole propius uerticem mundi, anguſto lucis ambitu ſub iectæ terræ cõtinuos dies haberi * ſenis menſibus, noctesq; e diuerſo ad brumã remoto. Quod fieri in inſula Thule Pythias Maßilienſis ſcripſit, ſex dierum nauigatione in ſeptentrionẽ à Britãnia diſtãte. Quidam uero in Mona, quæ diſtat à Camalduno Britanniæ oppido circiter ducentis milibus, affirmant.

* Binis quidã legẽdũ putãt. Quæ lectio tã & ſi uero magis conſonã uidetur, apparet tamẽ Plinium ſenis ſcriptum reliquiſſe, Pythiã ĩ hoc ſecutũ, autorẽ certe Straboni in hac re minus

*Item de horologio.* Ca .LXXVI.

VMbrarũ hanc rationem, et quam uocant gnomonicen, inuenit Anaximenes Mileſius, Anaximandri (de quo diximus) & Thaletis diſcipulus: primúsque horologium, quod appellant ſcioterícon, Lacedæmone oſtendit.

*Quõ dies obſeruẽtur.* Ca. .LXXVII.

probatũ. Præterea autẽ & ex Mar. Cap. li. 6. qui hac ĩ pte ipsius Plinij ueluti simius est, constat senis legẽdum: qui cum ex eo dẽ Pythia autore noctẽ ĩ insula Thule p brumã semiannuã esse dicat, innuit haud dubie & diem p solstitiũ semiãnuum esse.

IPsum diẽ alij aliter obseruauere. Babylonij inter duos solis exortus: Atheniẽses inter duos occasus: Vmbri à meridie in meridiem: uulgus omne à luce ad tenebras: Sacerdotes Romani, et qui diẽ diffiniere ciuilẽ, item Aegyptij & Hipparchus, à media nocte in mediam. Minora autem interualla esse lucis inter ortus solis iuxta solstitia, q̃ æquinoctia apparet: quia positio signiferi circa media sui obliquior est, iuxta solstitium uero rectior.

Differentiæ gentium & ratio.

Caput. .LXXVIII.

COntexenda sunt his cælestibus nexa causis. Nãq; Aethiopas uicini sideris uapore torreri, adustisq; siles gigni, barba et capillo uibrato, nõ est dubiũ. Et aduersa plaga mũdi atq; glaciali, cãdida cute esse gentes, flauis promissas crinibus: truces uero ex cæli rigore, has et illas mobilitates habẽtes. Ipsorumq; criniũ argumẽto, illis in supera succũ reuocari, natura uaporis: his in inferas partes depelli, humore deciduo. Hic graues feras, illic uarias effigies animaliũ prouenire, & maxime alitũ, & in multas figuras gigni uolucres. Corporũ aũt proceritatẽ utrobiq;, illic igniũ nisu, hic humoris alimento. Medio uero terræ salubris utrinq; mixtura, fertilis ad omnia tractus, modicus corporũ habitus. Magna et in colore temperies. Ritus molles, sensus liquidus, ingenia fœcunda, totiusq; naturæ capacia. Iisdem imperia quæ

peria quæ nunquam extimis gentibus fuerint: sicut ne illæ quidem his paruerint auulsæ, ac pro immani tate naturæ urgentis illas solitariæ.

De motu terræ. Cap. .LXXIX.

BAbyloniorũ placita motus terræ, hiatusq;, & cætera omnia, ui siderum existimant fieri, sed illorum trium quibus fulmina aßignant. Fieri autem hæc, meantium cum sole aut congruentium, & maxime circa quadrata mundi. Præclara quædam esse & immortalis in eo (si credimus) diuinitas perhibetur, Anaximandro Milesio physico: quem ferunt Lacedæmonijs prædixisse, ut urbem ac tecta custodirent: instare enim motum terræ. Et tum urbs tota eorum corruit. Et Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta, cladem insuper eam ruina preßit. Perhibetur et Pherecydis Pythagoræ doctoris alia coniectatio, sed & illa diuina: Haustu aquæ è puteo præsensisse, ac prædixisse ibi terræmotũ. Quæ si uera sunt, quantũ à deo tandem uideri possunt tales distare, dum uiuant? Et hæc quidem arbitrio cuiusq; existimanda relinquantur. Ventos in causa esse non dubiũ reor. Neq; enim unq̃ intremiscũt terræ, nisi sopito mari: cæloq; adeo tranquillo, ut uolatus auiũ non pendeãt, subtracto omni spiritu qui uehit: nec unq̃ nisi post uentos conditos, scilicet in uenas & cauernas eius occulto afflatu. Neque aliud est in terra tremor, q̃ in nube tonitruum.

Nec hia-

Hiatus terræ proprie est quædam terræ in profundum recessus, græce χάσμα.

Nec hiatus aliud quàm cum fulmen erumpit, incluso spiritu luctante, & ad libertatem exire nitente.

De terræ hiatibus. Ca. .LXXX.

VArie itaq; quatitur, et mira eduntur opera, alibi prostratis mœnibus, alibi hiatu profundo haustis, alibi egestis molibus, alibi emißis amnibus, nonnunq̃ etiam ignibus calidísue fontibus, alibi aduerso fluminũ cursu. Præcedit uero comitatúrque terribilis sonus, aliàs murmur similius mugitibus, aut clamori humano, armorúmue pulsantium fragori, pro qualitate materiæ excipiẽtis, formaq́; uel cauernarum uel cuniculi, per quem meat, exilius grassante in angusto, eodem rauco in recuruis resultante, in duris fremẽte, in humidis fluctuante & stagnãtibus. Item fremente contra solida. Itaq; & sine motu sæpe editur sonus. Nec simplici modo quatitur unquam, sed tremit uibratq́;. Hiatus uero aliàs remanet, ostendens quæ sorbuit, aliàs occultat ore cõpresso: rursusq́; ita inducto solo, ut nulla uestigia extẽt, urbibus plerunq; deuoratis, agrorumq́; tractu hausto. Maritima aũt maxime quatiuntur. Nec montosa tali motu carẽt. Exploratũ est mihi Alpes Apenninas sæpius tremuisse. Et autũno ac uere terræ crebrius mouentur, sicut fiunt fulmina. Ideo Galliæ, & Aegyptus minime quatiuntur, quoniam hic æstatis causa obstat, illic hyemis. Item noctu sæpius quàm interdiu. Maximi autem futuri signa motus existunt,

hi matu-

hi matutini uespertiniq;:sed propinqua luce crebri. Interdiu autē circa meridiem fiunt, & solis lunæq; defectu, quoniā tempestates tunc sopiūtur. Præcipue uero cum sequitur imbrem æstus, imbrésue æstum.

Signa motus futuri. Ca. .LXXXI.

NAuigantes uero sentiunt non dubia coniectu ra, sine flatu intumescente fluctu subitò, aut quatiente icti. Intremunt uero & in nauibus posita, æque quàm in ædificijs, crepituq; prænūciant. Quin & uolucres non impauidæ sedent. Est & in cælo signum, præceditq; motu futuro, aut interdiu, aut paulo post occasum sereno, ceu tenuis linea nubis in longum porrectæ spatium. Est & in puteis turbidior aqua, nec sine odoris tædio.

Auxilia contra motus futuros.

Caput .LXXXII.

SIcut & ijsdem est remedium, quale cloacæ & crebri specus præbent. Præconceptū enim spiritum exhalant, quod in certis notatur oppidis, quæ minus quatiuntur, crebris ad purgandam eluuiem cuniculis cauata. Multóque sunt tutiora in ijsdem illis quæ pendent, sicut Neapoli in Italia intelligitur: parte eius quæ solida est, ad tales casus obnoxia. Tutißimi sunt ædificiorum fornices, anguli quoque parietum, postesq; alterno pulsu renitentes. Et latere terreno facti parietes, minore noxa quatiuntur. Magna differentia est & in ipso genere motus, pluribus siquidem mo-

dem modis quatitur. Tutißimum est, cum uibrat cri ſpante ædificiorum crepitu, & cum intumeſcit aſſur gens, alternoq; motu reſidet innoxium, & cum concurrentia tecta contrario ictu arietant, quoniam alter motus alteri renititur. Vndantis inclinatio, & fluctus more quædam uolutatio infeſta eſt, aut cum in unam partem totus ſe motus impellit. Deſinunt au tem tremores, cum uentus emerſit. Sin uero durauere, non ante quadraginta dies ſiſtuntur. Plerunque & tardius, utpote cum quidam annuo et biennij ſpa tio durauerint.

Portenta terrarũ ſemel uiſa. Ca. .LXXXIII.

FActum eſt & hoc ſemel, quod equidẽ in Hetruſcæ diſciplinæ uoluminibus inueni, ingens terrarum portentũ L. Martio, Sex. Iulio coſſ. in agro Mutinenſi. Nanque montes duo inter ſe concurrerunt, crepitu maximo aſſultantes recedentes'que, inter eos flamma fumoq; in cælũ exeunte interdiu, ſpectante è uia Aemilia magna equitum Romanorum, familiarumq; & uiatorum multitudine. Eo concurſu uillæ omnes eliſæ, animalia permulta quæ intrà fuerant, exanimata ſunt, anno ante ſociale bellum: quod haud ſcio an funeſtius ipſi terræ Italiæ fuerit, q̃ ciuile. Non minus mirum oſtentum & noſtra cognouit ætas, anno Neronis principis ſupremo, ſicut in rebus eius expoſuimus, pratis oleiſq; intercedente uia publica in contrarias ſedes tranſgreßis, in agro

agro Marrucino, prædijs Vectij Marcelli equitis Romani, res Neronis procurantis.

Miracula terræmotus. Ca. .LXXXIIII.

Fiunt simul cum terræmotu & inundationes maris, eodē uidelicet spiritu infusi, aut residētis sinu recepti. Maximus terræ memoria mortaliū extitit motus, Tiberij Cæsaris principatu. XII. urbibus Asiæ una nocte prostratis. Creberrimus Punico bello, intra eundem annū septies atque quinquagies nunciatus Romam. Quo quidem anno ad Trasimenum lacum dimicantes, maximum motum neq; Pœni senſere, nec Romani. Nec uero simplex malum, aut in ipso tantum motu periculum est, sed par aut maius ostentum. Nunquam urbs Roma tremuit, ut non futuri euentus alicuius id prænuncium esset.

Quibus locis maria recesserint.

Caput .LXXXV.

Eadem nascētium causa terrarum est, cum idē ille spiritus attollendo potens solo, non ualet erumpere. Nascuntur enim nec fluminum tantum inuectu, sicut Aechinades insulæ ab Acheloo amne conuectæ, maiorq; pars Aegypti à Nilo, in quam à Pharo insula noctis & diei cursum fuisse Homero credimus: sed et recessu maris, sicut eidem de Circeis: Qđ accidisse & in Ambraciæ portu decem milium passuum interuallo, & Atheniensium quinque milium ad Pyræum memoratur: Et Ephesi, ubi quondam Odyssææ li. 4.

aedem

ædẽ Dianæ alluebat. Herodoto qdẽ si credimus, mare fuit supra Memphim usq; ad Aethiopum mõtes: Itemq; à planis Arabiæ. Mare & circa Iliũ, & tota Teuthraniæ, quaq; campos intulerit Mæander.

Ratio insularum enascentium.

Caput .LXXXVI.

NAscuntur et alio mõ terræ, ac repẽte in aliquo mari emergũt, uelut paria secũ faciẽte natura: quæq; hauserit hiatus, alio loco reddente.

Quæ & quibus temporibus enatæ sunt.

Caput .LXXXVII.

CLaræ iampridẽ insulæ, Delos et Rhodos memoriæ produntur enatæ. Postea minores ultra Melon, Anaphe: inter Lemnũ & Hellespontum Nea: inter Lebedum & Teon Alone: inter Cycladas olympiadis CXXXV. anno quarto, Thera et Therasia. Inter easdẽ post annos. CXXX. Hiera, eademq; Automate. Et ab ea duobus stadijs post annos. CX. in nostro æuo, M. Iunio Syllano, et L. Balbo coss. ad. VIII. Idus Iulij, Thia.

Quas terras interruperint maria.

Caput .LXXXVIII.

ANte nos & iuxta Italiam inter Aeolias insulas, item iuxta Cretam emersit è mari mille quingentũ pas. unà cũ calidis fontibus altera, olympiadis. CXLIII. anno tertio in Thusco sinu, flagrãs hæc uiolẽto cũ flatu. Proditur quoq; memoriæ magnam

gnam circa illam multitudinẽ pisciũ fluitantẽ, confestim expirasse quibus ex his cibus fuisset. Sic et Pithecusas in Cãpano sinu ferunt ortas. Mox in his mõtem Epopon, cum repente flamma ex eo emicuisset, campestri æquatum planicie. In eadem & oppidum haustum profundo, alioq; motu terræ Statinas emersisse. Et aliò prouolutis montibus, insulam extitisse Prochytam. Nanque & hoc modo insulas rerum natura fecit. Auellit Siciliam Italiæ, Cyprũ Syriæ, Euboeam Boeotiæ, Euboeæ Atlantem et Macriam, Belbicum Bithyniæ, Leucosiam Sirenum promontorio.

Quæ insulæ continenti adiunctæ.

Caput .LXXXIX.

RVrsus abstulit insulas mari, iunxitque terris: Antissam Lesbo, Zephyrium Halicarnasso, Ethusam Mindo, Domiston & Prienen Mileto, Arthemisiam Parthenio promontorio. Hybanda quondam insula Ioniæ. CC. nunc à mari abest stadijs. Syriten Ephesus in mediterranea habet, Derasidas et Sophoniam. Vicina ei Magnesia. Epidaurus & Oricon insulæ esse desierunt.

Quæ terræmotu mari pmutatæ. Ca. .XC.

IN totum abstulit terras, primum omniũ ubi Atlãticum mare est (si Platoni credimus) in medio spatio. Mox interno, quæ uidemus hodie, mersam Acarnaniam Ambracio sinu, Achaiam Corinthio, Europam Asiamque Propontide & Ponto. Ad hoc per-

rupit mare Leucada, Antirrhiũ, Hellespontũ, Bosphoros duos.

Quæ terræ ipsæ se sorbuerunt. Ca. .XCI.

ATque ut sinus & stagna prætercam, ipsa se condens terra deuorauit Cybotum altißimũ montẽ, cum oppido Curite, Sipylũ in Magnesia: & prius in eodem loco clarißimam urbem quæ Tantalis uocabatur. Galanis & Gamales urbiũ in Phœnice agros, & cum ipsis Phegiũ Aethiopiæ iugũ excelsißimum: tanquã non infida grassarentur & littora.

Quæ urbes haustæ sint à mari.

Caput. .XCII.

PYrrham & Antissam circa Mæotin pontus abstulit, Elicen & Buram sinus Corinthius, quarum in alto uestigia apparent. Ex insula Cea amplius triginta milia passuum abrupta subito, cum plurimis mortalium rapuit. Et in Sicilia dimidiam Tyndarida urbem, ac quicquid ab Italia deest. Similiter in Bœotia & Eleusina.

Burim Seneca legit li. 6. na. quæst. Buram tamẽ Stra. li. tertio.

De miraculis terrarum. Caput .XCIII.

MOtus enimuero terræ sileantur, et quicquid est, ubi saltem busta urbium extant: simul ut terræ miracula potius dicamus, quàm scelera naturæ. Et Hercule non cælestia enarratu difficiliora fuerint. Metallorum opulentia tam uaria, tam diues, tam fœcunda, tot seculis suboriens: cum tãtum quotidie orbe toto populentur ignes, ruinæ, naufragia, bel-

giã, bella, fraudes, tantum uero luxuria & tot mortales conterant: gemmarũ pictura tam multiplex, lapidum tam discolores maculæ, interque eos candor alicuius, præter lucem omnia excludens: medicatorum fontium uis: ignium tot locis emicantium, perpetua tot seculis incendia: spiritus letales alibi, aut scrobibus emißi, aut ipso loci situ mortiferi: alibi uolucribus tantum, ut Soracte uicino urbi tractu: alibi præter hominem cæteris animãtibus: non nunquam & homini, ut in Sinuessano agro & Puteolano sunt, quæ spiracula uocant, alij Charoneas scrobes, mortiferum spiritum exhalantes. Item in Hirpinis ansancti, ac mephitis, eundẽ locum: quẽ qui intrauere, moriuntur. Simili modo Hierapoli in Asia, matris magnæ tantum sacerdoti innoxium. Alibi fatidici specus, quorum exhalatione temulenti futura præcinunt, ut Delphis, nobilißimo oraculo. Quibus in rebus quid poßit aliud causæ afferre mortalium quispiam, quàm diffusæ per omne naturæ subinde aliter atque aliter numen erumpens?

De terris semper trementibus
Caput .XCIIII.

QVædam uero terræ ad ingressus tremunt, sicut in Gabinensi agro, non procul urbe Roma iugera fermè ducenta, equitantium cursu.

De insulis semper fluctuantibus
Caput .XCV.

SImiliter in Reatino quædam insulæ semper fluctuant, sicut in agro Cæcubo, et eodẽ Reatino; Mutinensi, Statoniensi: in Vadimonis lacu, et ad Cutilias aquas opaca sylua, quæ nunquam die ac noctu eodem loco uisitur: In Lydia quæ uocantur Calaminæ, non uentis solum, sed etiam contis quo libeat impulsæ; multorum ciuium Mithridatico bello salus: Sunt et in Nymphæo paruæ, saltuares dictæ, quoniam in symphoniæ cantu ad ictus modulãtium pedum mouẽtur. In Tarquiniensi lacu magno Italiæ, duo nemora circumferuntur, nunc triquetram figurã edente, nunc rotundam complexu uentis impellentibus; quadratam nunquam.

De aquis Cutilijs meminit et Celsus lib. 4. cap. 5. Et Vitruuius li. 8.

Quibus in terris non pluat: & aceruata terrarũ miracula, & cæterorum elementorum.

Caput .XCVI.

CElebre fanũ habet Veneris Paphos, in cuius quandã areã non impluit. Itẽ in Nea oppido Troadis circa simulacrũ Mineruæ. In eodẽ relicta sacrificia nõ putrescunt. Iuxta Harpasa oppidũ Asiæ, cautes stat horrẽda, uno digito mobilis: eadẽ si toto corpore impellatur, resistens. In Taurorũ peninsula in ciuitate Parasino terra est, qua sanantur oĩa uulnera. At circa Asson Troadis lapis nascitur, quo cõsumũtur oĩa corpora: Sarcophagus uocatur. Duo sunt montes iuxta flumẽ Indũ, alteri natura est ut ferrũ omne teneat, alteri ut respuat. Itaque si sint claui in calceamẽ-

e-tlocamẽto, uestigia auelli in altero nõ posse, in altero sisti. Locris et Crotone pestilentiã nunquã fuisse, nec ullo terræmotu laboratũ, annotatũ est. In Lycia uero semp à terræmotu. XL. dies serenos esse. In agro Ardano frumentũ satu nõ nascitur. Ad aras Murtias in Veiẽte, et apud Tusculanũ, et in sylua Ciminia loca sunt, in quibus in terrã depacta nõ extrahũtur. In Crustumino natũ fœnum ibi noxium, extrà salubre est. Et de aquarum natura complura dicta sunt.

Qua ratione æstus maris accedant & recedant. Caput .XCVII.

SEd æstus maris accedere & reciprocare, maxime mirum est. Pluribus quidem modis accidit, uerum causa in sole lunáque. Bis inter duos exortus lunæ affluunt, bisq; remeãt, uicenis quaternisq; semper horis. Et primum attollente se cum ea mundo intumescentes, mox à meridiano cæli fastigio uergente in occasum residẽtes: rursusq; ab occasu subter cæli ima, & meridiano contraria accedente, inundantes: hinc donec iterum exoriatur, se sorbentes. Nec unquam eodem tempore quo pridie refluit, ut ancillante sidere, trahentéque secum auido haustu maria, & aßidue aliunde quàm pridie exoriente: paribus tamen interuallis reciproci, senisq; semper horis, non cuiusque diei aut noctis aut loci, sed æquinoctialibus: ideóque inæquales uulgarium horarum spatio utcunq; plures in eas aut diei aut noctis illarum mensuræ

De maris fluxu et refluxu, et huius causa Strabo late prosequtur lib. .I. suæ geographiæ ipsum uidelicet mare animãtibus simile cõiectãs. Sicut enĩ animãtes inquit, spiritum aßidue admittunt & remittunt, sic mare semp in se & ex se recurrẽs quadã agitatione mouetur.

ſuræ cadunt, & æquinoctio tantum pares ubiq;. Ingens argumentum plenumq; lucis ac uicis etiam diurnæ, hebetes eſſe, qui negent ſubtermeare ſidera, ac rurſus eadem reſurgere, ſimilemq; terris, imò uero uniuerſæ naturæ exinde faciem, in iiſdem ortus occaſusq; operibus: non aliter ſub terra manifeſto ſideris curſu alióue effectu, quã cum præter oculos noſtros feratur. Multiplex etiamnum lunaris differentia, primumq; ſeptenis diebus. Quippe modici noua ad diuiduam æſtus, pleniore ab ea exundant, plenáque maxime feruẽt. Inde miteſcunt. Pares ad ſeptimam primis. Iterumq; alio latere diuiduã augentur. In coitu ſolis pares. Planè eádem aquilonia, & à terris longius recedente mitiores, quàm cum in auſtros digreſſa, propiore niſu uim ſuam exercet. Per octonos quoque annos ad principia motus & paria incremẽta centeſimo lunæ reuocãtur ambitu, augẽte ea cuncta ſolis annuis cauſis, duobus æquinoctijs maxime tumentes, & autumnali amplius quàm uerno. Inanes uero bruma, & magis ſolſtitio. Nec tamen in ipſis quod dixi temporum articulis, ſed paucis poſt diebus, ſicuti neque in plena aut nouiſſima, ſed poſtea: nec ſtatim ut lunam mũdus oſtendat, occultétue, aut media plaga declinet, uerum uere duabus horis æquinoctialibus ſerius, tardiore ſemper ad terras omnium quæ geruntur in cælo effectu cadente, quàm uiſu, ſicuti fulguris & tonitrui & fulminum. Omnes enim

enim æstus in oceano maiora integunt spatia inundantq́;, quàm in reliquo mari: siue quia totum in uniuersitate animosius est quàm in parte, siue quia magnitudo aperta sideris uim laxe grassantis efficacius sentit, eandem angustijs arcentibus. Qua de causa nec lacus nec amnes similiter mouentur. Octogenis cubitis supra Britanniam intumescere æstus, Pythias Maßiliensis autor est. Interiora autem maria clauduntur ut portu. Quibusdam tamen in locis spatiosior laxitas ditioni patet: utpote cum plura exempla sint, in tranquillo mari, nulloq́; uelorum impulsu, tertio die ex Italia peruectorũ Vticam, æstu feruente. Circa littora autẽ magis quàm in alto deprehenduntur hi motus: quoniam & in corpore extrema pulsum uenarum, id est spiritus, magis sentiunt.

Vbi æstus extra rationẽ. Ca. .XCVIII.

IN plerisq; tamen æstuarijs, propter dispares sidẽrũ in quoq; tractu exortus, diuersi existũt æstus, tempore non ratione discordes, sicut in Syrtibus. Et quorundã tamen priuata natura est, uelut Tauromitani * Euripi, sæpius et in Euboëa septies die ac nocte reciprocantes. Aestus idem triduo in mense consistit, septima, octaua, nonáque luna. Gadibus, qui est delubro Herculis proximus, fons inclusus ad putei modum, aliâs simul cum oceano augetur, minuitúrque, aliâs uero utrunque contrarijs temporibus. Eodem in loco alter, oceani motibus consentit. In ripa

*De Euripi in Euboëa æstu idẽ Stra. li. 9. his meminit uerbis: de ipso Euripi refluxu tantũ solũmõ dicere satis est, q̃ die quolibet ac nocte septies cur sum transmutat.

ripa Bætis oppidũ est, cuius putei crescente æstu minuuntur, augescũt decedẽte, medijs temporũ immobiles: Eadem natura in Hispali oppido uni puteo, cæteris uulgaris. Et Pontus semper extrà meat in Propontidẽ, introrsus in Pontum nunquam refluo mari.

Miracula maris. Caput .XCVIII.

OMnia plenilunio maria purgantur, quædam & stato tempore. Circa Messanam & Mylas fimo similia expuuntur in littus purgamẽta, unde fabula solis boues ibi stabulari. His adde, ut nihil quod equidem nouerim prætercam: Aristoteles nullum animal nisi æstu recedente expirare affirmat. Obseruatum id multum in Gallico occano, et duntaxat in homine compertum.

Quæ potestas lunæ, & terrena, & marina. Caput .XCIX.

QVo uera coniectatio existit haud frustra, spiritũ sidus lunæ existimari: Et hoc esse qđ terras saturet, accedensq; corpora impleat, abscedẽsq; inaniat. Ideo cũ incremento eius augeri conchylia, & maxime spiritũ sentire quibus sanguis nõ sit. Sed & sanguine hominem etiam cum lumine eius augeri ac minui. Frondes quoq; ac pabula (ut suo loco dicetur) sentire, in omnia eádem penetrante ui.

Quæ solis, & quare salsum mare. Ca. .C.

ITaq; solis ardore siccatur liquor: & hoc esse masculũ sidus accepimus, torrẽs cũcta sorbẽsq;.

Sic mari

Sic mari late patenti saporem incoqui salis, aut quia exhausto inde dulci tenuiq;, quod facillime trahat uis ignea, omne asperius crassiusq; linquatur. Ideo summam æquorum aquam dulciorẽ profunda. Hanc esse ueriorẽ causam asperi saporis, q̃ ꝙ mare terræ sudor sit æternus, aut quia plurimum ex arido misce atur illi uapore, aut quia terræ natura medicatas aquas inficiat. Est in exemplis, Dionysio Siciliæ tyranno cum pulsus est ea potentia, accidiße prodigium, ut uno die in portu dulcesceret mare.

Item de natura lunæ. Caput. .CI.

E Contrario ferunt lunæ fœmineũ ac molle sidus atq; nocturnũ soluere humorẽ, & trahere non auferre. Id manifestũ est, ꝙ ferarũ occisa corpora in tabẽ uisu suo resoluat, somnoq; sopitis torporem contractũ in caput reuocet: glaciem refundat, cunctaq; humifico spiritu laxet. Ita pensari naturæ uices, semperq; sufficere, alijs siderũ elemẽta cogentibus, alijs uero fundentibus. Sed in dulcibus aquis lunæ alimentum esse, sicut in marinis solis.

Vbi altißimum mare. Caput .CII.

A Ltissimũ mare. XV stad. Fabianus tradit. Alij in Ponto ex aduerso Coraxorũ gentis, uocant Bathea ponti, tricẽtis ferè à continẽti stadijs ĩmensam altitudinẽ maris tradũt uadis nunq̃ reptis.

Bathea hoc est profunditatẽ. βάθος nanq; græcis profunditas dicitur.

Miracula aquarum, fontium, & fluminum. Caput .CIII.

Mirabilius

Vide Victru. li.8.de archi. ca.3.uarioru inibi fontiu, fluminum, lacuum, naturas enarrãtem.

Mirabilius id faciunt aquæ dulces, iuxta mare ut fistulis emicãtes. Nam nec aquarum natura a miraculis cessat. Dulces mari inuehũtur, leuiores haud dubie. Ideo et marinæ, quarum natura grauior, magis inuecta sustinent. Quædam uero & dulces inter se supermeant alias. Vt in Fucino lacu inuectus amnis, in Lario Abdua, in Verbano Ticinus, in Benaco Mintius, in Seuinno Ollius, in Lemano Rhodanus. Hi trans alpes superiores in Italiam multorum miliũ transitu, hospitales suas tantum, nec largiores q̃ intulere aquas euehentes. Proditum hoc & in Oronte amne Syriæ, multisq; aliis. Quidam uero odio maris ipsa subeunt uada, sicut Arethusa fons Syracusanus, in quo reddũtur iacta in Alpheũ: qui per Olympiã fluẽs, Peloponnesiaco littori infunditur. Subeũt terras, rursusq; reddũtur, Lycus in Asia, Erasinus in Argolica, Tigris in Mesopotamia. Et quæ in Aesculapij fonte Athenis immersa sunt, in Phalerico redduntur. Et in Atinate campo fluuius mersus, post.XX.M. passuũ exit. Et in Aquileiẽsi Timauus. Nihil in Asphaltite Iudææ lacu, qui bitumen gignit, mergi potest: nec in Armeniæ maioris Arethusa, is quidem nitrosus pisces alit. In Salentino iuxta oppidum Manduriam lacus ad margines plenus, neq; exhaustis aquis minuitur, neq; infusis augetur. In Ciconum flumine, & in Piceno lacu Velino lignũ deiectum, lapideo cortice obducitur.

De Arethusa Armeniæ maioris fonte nitroso, uide infra lib.6.ca.27.

obducitur: et in Surio Colchidis flumine, adeo ut lapidem plerunq; durans adhuc integat cortex. Similiter in flumine Silari ultra Surrentum, non uirgulta modo immersa, uerũ & folia lapidescũt, aliâs salubris potus eius aquæ. In exitu paludis Reatinæ, saxum crescit. Et in rubro mari oleæ, uirentesq; frutices enascuntur. Sed et fontiũ plurimorũ natura, mira est feruore. Idq; etiam in iugis alpium, ipsoq; in mari, & inter Italiã & Aenariã: ut in Baiano sinu: et in Lyri fluuio, multisq; alijs. Nam dulcis haustus in mari plurimis locis, ut ad Chelidonias insulas & Aradũ, et in Gaditano oceano. Patauinorũ aqs calidis herbæ uirentes innascũtur, Pisanorũ ranæ: ad Vetulonios in Hetruria nõ procul à mari, pisces. In Casinate fluuius appellatur Scatebra frigidus abundantior æstate. In eo ut in Arcadiæ Stymphali, enascũtur aquatiles musculi. In Dodone Iouis fons cum sit gelidus, & immersas faces extinguat, si extinctæ admoueãtur accendit. Idem meridie semper deficit, qua de causa Anapauomenon uocant. Mox increscens ad mediũ noctis exhuberat. Ab eo rursus sensim deficit. In Illyrijs supra fontem frigidum expansæ uestes accenduntur. Iouis Ammonis fons interdiu frigidus, noctibus feruet. In Troglodytis fons solis appellatur dulcis, et circa meridiem maxime frigidus: mox paulatim tepescẽs, ad noctis media feruore & amaritudine infestatur. Padi fons medijs diebus æstiuis

bus æstiuis uelut interquiescens semper aret. In Tenedo insula fons, semper à tertia noctis hora in sextã ab æstiuo solstitio exundat. Et in Delo insula Inopus fons eodem quo Nilus modo, ac pariter cũ eo decrescit augeturq;. Contra Timauũ amnem insula parua in mari est cũ fontibus calidis, q pariter cũ æstu maris crescunt minuunturq;. In agro Pitinate trans Apenninũ fluuius Nouanus oĩbus solstitijs torrens, bruma siccatur. In Falisco Clitumni amnis aqua potata, candidos boues facit. In Bœotia amnis Melas oues nigras. Cephissus ex eodẽ lacu profluẽs, albas, rursus nigras penitus, ruffasq; iuxta Iliũ Xanthus, unde & nomen amni. In Ponto fluuius Astaces irrigat campos, in quibus pastæ oues nigro lacte æque gentes alunt. In Reatino fons Neminia appellatus, alio atq; alio loco exoritur, annonæ mutationẽ significans. Brundusij in portu fons, incorruptas præstat aquas nauigantibus. Lyncestis aqua, quæ uocatur Acidula, uini modo temulẽtos facit. Ita in Paphlagonia, & in agro Caleno. In Andro insula tẽplo Liberi patris fontem nonis Ianuarijs semper uini sapore fluere Mutianus ter coss. credit, Diosteenosia uocatur. Iuxta Nonacrim Arcadiæ Styx, nec odore differens nec colore, epota ilico necat. Item in Beroso Taurorũ colle tres fontes, sine remedio, sine dolore mortiferi. In Carrinensi Hispaniæ agro duo fontes iuxtà fluunt, alter oĩa respuens, alter absorbens. In

Inopi fontis si ue amnis meminit Stra. li. 10. & p Delon insulã cũ labi dicit.

eadem

eadē gente alius, aurei coloris oēs ostendit pisces, nihil extra illā aquā cæteris differētes. In Comensi iuxta Larium lacū, fons largus, horis singulis semper intumescit ac residet. In Cydonia insula ante Lesbon fons calidus, uere tantū fluit. Lacus Sinnaus in Asia circūnascēte absynthio inficitur. Colophone in Apollinis Clarij specu lacuna est, cuius potu mira reddūtur oracula, bibentiū breuiore uita. Amnes retro fluere & nostra uidit ætas, Neronis principis annis supremis, sicut in rebus eius retulimus. Iam oēs fontes æstate q̄ hyeme gelidiores esse; quē fallit? Sicut illa permira naturæ opera, æs & plumbū in massa mergi, dilatata fluitare. Eiusdemq; ponderis alia sidere, alia ĩuehi. Onera in aqua facilius moueri. Thyrreū lapidem q̄uis grandem innatare, eundemq; cōminutum mergi. Recentia cadauera ad uadū labi, intumescētia attolli. Inania uasa haud facilius q̄ plena extrahi. Pluuias salinis aquas utiliores esse q̄ reliquas: Nec fieri salē nisi admixtis dulcibus. Marinas tardius gelare, & celerius accendi. Hyeme mare calidius esse, autūno salsius. Omnē oleo tranquillari. Et ob id urinantes ore spargere, quoniam mitiget naturam asperam, lucemq; deportet. Niues in alto mari non cadere. Cum omnis aqua deorsum feratur, exilire fontes. Atque etiam in Aetnæ radicibus, flagrantis in tantum, ut quinquagena & centena milia passuum harenas flammarum globus eructet.

Vide infrà li. 31. ca. 7.

Ignium & aquarum iuncta miracula, & de maltha. Caput CIIII.

IAmq; et igniũ, q̃d est naturæ quartũ elemẽtum, reddamus aliqua miracula. Sed primũ ex aqs. In Comagene urbe Samosata stagnũ est, emittens limũ (maltham uocant) flagrãtem, cũ quid attingit solidi adhæret. Præterea tactus sequitur fugiẽtes. Sic defendere muros oppugnante Lucullo, flagrabatq; miles armis suis. Aquis etiam accẽditur. Terra tantum restingui docuere experimenta.

De naphtha. Caput .CV.

SImilis est naturæ naphtha, ita appellatur circa Babyloniã, & in Austagenis Parthiæ proflués, bituminis liquidi modo. Huic magna cognatio igniũ, transiliuntq; protinus in eã undecunq; uisam. Ita ferunt à Medea pellicem crematam, postq̃ sacrificatura ad aras accesserat, corona igne rapta.

De semper ardentibus locis. Caput .CVI.

VErum in montium miraculis, ardet Aetna noctibus semper, tantoq; æuo ignium materia sufficit. Niualis hybernis temporibus, egestũq; cinerem pruinis operiens. Nec in illo tantum natura sæuit, exustionem terris denuncians: Flagrat in Phaselide mons Chimæra, & quidẽ immortali diebus ac noctibus flamma. Ignẽ eius accendi aqua, extingui uero terra aut *fimo, Gnidius Ctesias tradit. Eadẽ

* Fimo fortassis legendum. Quanq̃ sunt hodie & ex doctissimis q foeno legãt.

dit. Eadem in Lycia Hephæstij mõtes, tæda flammãte tacti flagrant adeo, ut lapides quoq; riuorum & harenæ in ipsis aquis ardeãt: aliturq; ignis ille pluuijs. Baculo si quis ex ijs accenso traxerit sulcos, riuos igniũ sequi narrant. Flagrat in Bactris Cophanti noctibus uertex. Flagrat in Medis & Cestia gente cõfinio Persidis: Susis quidem ad turrim albam, è .XV. caminis maximo eorum. Et interdiu campus Babyloniæ flagrat, quadã ueluti piscina iugeri magnitudine. Itẽ Aethiopũ iuxta Hesperiũ montẽ, stellarum modo campi nocte nitent. Similiter in Megalopolitanorũ agro, tametsi internus sit ille iucundus, frondemq; densi supra se nemoris non adurens, & iuxta gelidum fontem semper ardens. Nymphæi crater dira Apolloniatis suis portẽdit, ut Theopompus tradidit. Augetur imbribus, egeritq; bitumen, temperandũ fonte illo ingustabili, aliâs oĩ bitumine dilutius. Sed quis hæc miretur? In medio mari Hiera insula ardet. Aeolia insula iuxta Italiã cum ipso mari arsit per aliquot dies sociali bello, & donec legatio senatus piauit. Maximo tamen ardet incendio Theon ochema dictum, Aethiopum iugum, torrentesq; solis ardoribus flammas egerit. Tot locis, tot incendijs rerum natura terras cremat.

Ignium per se miracula. Ca. .CVII.

PRæterea cum sit huius unius elementi ratio foecunda, seque ip e pariat, & minimis crescat

scintillis,

*scintillis, quid fore putandum est in tot rogis terræ? Quæ est illa natura, quæ uoracitatẽ auidissimam in toto mundo sine damno sui pascit? Addantur ijs sidera innumera, ingensq; sol. Addantur humani ignes, & lapidũ quoq; insiti naturæ, attrita inter se ligna, iam nubium & origines fulminum. Excedit profecto omnia miracula, ullum diem fuisse quo non cuncta conflagrarent: cum specula quoq; concaua aduersa solis radijs facilius etiam accendantur, q̃ ullus alius ignis. Quid q̃ innumerabiles partus sed naturales scatẽt? In Nymphæo exit è petra flamma quæ aqua accenditur. Exit et ad aquas Scãtias. Hæc quidem inualida cum transit, nec lõge in alia durans materia. Viret & æterno hunc fontem igneũ contexens fraxinus. Exit in Mutinensi agro statis Vulcano diebus. Reperitur apud autores subiectis Aricia aruis, si carbo deciderit, ardere terram. In agro Sabino & Sidicino unctũ flagrare lapidẽ. In Salentino oppido Ignatia, imposito ligno in saxum quoddã ibi sacrũ, protinus flammã existere. In Laciniæ Iunonis ara sub diuo sita, cinerẽ immobilem esse perflãtibus undiq; procellis. Quin & repentinos ignes existere & in aquis: & in corporibus etiam humanis emicuisse: Trasimenũ lacũ arsisse totum. Seruio Tullo dormienti in pueritia ex capite flammã emicuisse: L. Martiũ in Hispania interemptis Scipionibus concionãtem, & milites ad ultionem exhorantẽ arsisse*

simili

ſimili modo, Valerius Antias narrat. Plura mox et diſtinctius. Nunc enim quadam mixtura rerũ omnium exhibentur miracula. Verum egreſſa mens interpretationem naturæ, feſtinat legentium animos per totum orbem ueluti manu ducere.

Terræ uniuerſæ menſura, longitudo, & latitudo. Caput .CVIII.

PArs noſtra terrarũ, de qua memoro, ambiẽte (ut dictũ eſt) oceano, uelut innatans, lõgiſſime ab ortu ad occaſum patet: hoc eſt, ab India ad Herculis colũnas Gadibus ſacratas, octuagies quinquies cẽtena ſeptuagintaocto. M. paſſ. ut Artemidoro placet autori. Vt uero Iſidoro, nonagies octies centena & decẽ & octo milia. Artemidorus adijcit amplius, à Gadibus circuitu ſacri promõtorij ad promõtoriũ Artabrũ, quò lõgiſſime frõs procurrit Hiſpaniæ octingẽta milia *, nonagintaunũ. Id mẽſuræ, duplici currit uia. A Gange amne oſtioq; eius, quò ſe in eoũ oceanũ effundit per Indiam Parthyenẽq; ad Myriandrũ urbẽ Syriæ, in Iſſico ſinu poſitã, quinquagies bis quindecim milia paſſ. Inde proxima nauigatiõe Cyprũ inſulã, Patarã Lyciæ, Rhodũ, Aſtypalæam, in Carpathio mari inſulas, Laconicæ Tænarũ, Lilybæũ Siciliæ, Calarim Sardiniæ, tricies quater quinquaginta milia. Deinde Gades quatuordecies centena & quinquaginta milia paſſ. Quæ menſura uniuerſa ab eo mari efficit octogies quinquies ſeptuagintaocto

* Apud Martianũ Capell. legitur Nongẽta nonaginta unum milia.

gintaocto milia passuũ. Alia uia quæ certior, itinere terreno maxime patet, à Gange ad Euphratẽ amnẽ quinquagies cẽtena milia passuũ et. XXI. Inde Cap padociæ in Mazaca. CC. milia. XLIIII. Inde per Phrygiã, Cariam, Ephesum. CCCC. milia passuum. XCVIII. Ab Epheso per Aegeum pelagus Delum ducẽta milia: Isthmũ ducẽta duodecim milia. Deinde terra et Laconico mari et Corinthiaco sinu Patras Peloponnesi ducenta duo milia quingenti: Leucadẽ. DCCCVI. milia quingẽti. Corcyrã totidem. Acroceraunia centum trigintaduo milia quingenti. Brundusium octingẽta sex milia quingenti. Romã. CCC. milia. LX. Ad Alpes usque Calcincomacum uicum. DXVIII. milia. Per Galliam ad Pyrenæos montes Illiberim, quingẽta quinquagintasex milia. Ad oceanum et Hispaniæ orã trecẽta trigintaduo milia. Traiectu Gadis septẽmilia quingẽti. Quæ mẽsura (Artemidoro attestãte) efficit, octuagiessexies cẽtena octogintaquinq;. Latitudo aũt terræ à meridiano situ ad septentrionẽ, dimidio ferè minor colligitur, quinquagies quater centena sexagintaduo milia. Quo palàm fit, quantũ & hinc uapor abstulerit, & illinc rigor. Neq; enim deesse arbitror terris, aut non esse globi formam. Sed inhabitabilia utrinque incõperta esse. Hæc mensura currit à littore Aethiopici oceani, qua modo habitatur ad Meroẽ. DL. milia. Inde Alexandriam duodecies centena milia quinquaginta. Rhodum quin-

*dum quingenta octogintatria. Gnidum octogintaquatuor milia q̄ngenti. Con uigintiquinq; milia. Samum centū milia. Chium.* LXXXIIII. *milia. Mitylenen* .LXV. *milia.* Tenedon. XXVIII. *milia. Sigæū promontoriū.* XII. *milia.* D. *Os Ponti.* CCCXII. M. D. *Carābin promontoriū.* CCCL. *Os Mæotidis.* CCC XII. M. D. *Ostium* Tanais. CCLXV. M. *qui cursus compendijs maris breuior fieri potest.* LXXXIX. M. *Ab ostio Tanais nihil modicū diligētißimi autores fecere. Artemidorus ulteriora incōperta existimauit, cum circa* Tanaim *Sarmatarū gētes degere fateretur ad septentriones uersus.* Isidorus *adiecit* XII. M. L. *usq; ad* Thulen, *quæ cōiectura diuinationis est. Ego non minore q̄ proxime dicto spatio, Sarmatarū fines nosci intelligo. Et alioquin quantū esse debet, q̄ innumerabiles gentes subinde sedem mutātes capiat? Vnde ulteriorem mēsuram inhabitabilis plagæ, multo esse maiorē arbitror. Nam & in Germania immēsas insulas non pridem cōpertas, cognitum habeo. De lōgitudine ac latitudine hæc sunt, quæ digna memoratu putem. Vniuersum autem hunc circuitum,* Eratosthenes *in omnium quidem literarum subtilitate, & in hac utique præter cæteros solers, quem à cūctis probari uideo, ducentorū quinquaginta duorū miliū stadiūm prodidit. Quæ mensura Romana computatione efficit trecentiesquindecies centena milia passuum. Improbū ausum: uerū ita subtili*

*ſuræ cadunt, & æquinoctio tantum pares ubiq;. Ingens argumentum plenumq; lucis ac uicis etiam diurnæ, hebetes eſſe, qui negent ſubtermeare ſidera, ac rurſus eadem reſurgere, ſimilemq; terris, imò uero uniuerſæ naturæ exinde faciem, in iiſdem ortus occaſusq; operibus: non aliter ſub terra manifeſto ſideris curſu alióue effectu, quā cum præter oculos noſtros feratur. Multiplex etiamnum lunaris differentia, primumq; ſeptenis diebus. Quippe modici noua ad diuiduam æſtus, pleniore ab ea exundant, plenáque maxime ferue͂t. Inde miteſcunt. Pares ad ſeptimam primis. Iterumq; alio latere diuiduā augentur. In coitu ſolis pares. Planè eadem aquilonia, & à terris longius recedente mitiores, quàm cum in auſtros digreſſa, propiore niſu uim ſuam exercet. Per octonos quoque annos ad principia motus & paria increme͂ta centeſimo lunæ reuocātur ambitu, auge͂te ea cunctа ſolis annuis cauſis, duobus æquinoctijs maxime tumentes, & autumnali amplius quàm uerno. Inanes uero bruma, & magis ſolſtitio. Nec tamen in ipſis quod dixi temporum articulis, ſed paucis poſt diebus, ſicuti neque in plena aut nouiſſima, ſed poſtea: nec ſtatim ut lunam mūdus oſtendat, occultétue, aut media plaga declinet, uerum uere duabus horis æquinoctialibus ſerius, tardiore ſemper ad terras omnium quæ geruntur in cælo effectu cadente, quàm uiſu, ſicuti fulguris & tonitrui & fulminum. Omnes*

*enim*

enim æſtus in oceano maiora integunt ſpatia inundantq́;, quàm in reliquo mari: ſiue quia totum in uniuerſitate animoſius eſt quàm in parte, ſiue quia magnitudo aperta ſideris uim laxe graſſantis efficacius ſentit, eandem anguſtijs arcentibus. Qua de cauſa nec lacus nec amnes ſimiliter mouentur. Octogenis cubitis ſupra Britanniam intumeſcere æſtus, Pythias Maßilienſis autor eſt. Interiora autem maria clauduntur ut portu. Quibuſdam tamen in locis ſpatioſior laxitas ditioni patet: utpote cum plura exempla ſint, in tranquillo mari, nulloq́; uelorum impulſu, tertio die ex Italia peruectorū Vticam, æſtu feruente. Circa littora autē magis quàm in alto deprehenduntur hi motus: quoniam & in corpore extrema pulſum uenarum, id eſt ſpiritus, magis ſentiunt.

Vbi æſtus extra rationē. Ca. .XCVIIII.

IN pleriſq; tamen æſtuarijs, propter diſpares ſiderū in quoq; tractu exortus, diuerſi exiſtūt æſtus, tempore non ratione diſcordes, ſicut in Syrtibus. Et quorundā tamen priuata natura eſt, uelut Tauromitani * Euripi, ſæpius et in Euboëa ſepties die ac nocte reciprocantes. Aeſtus idem triduo in menſe conſiſtit, ſeptima, octaua, nonáque luna. Gadibus, qui eſt delubro Herculis proximus, fons incluſus ad putei modum, aliâs ſimul cum oceano augetur, minuiturque, aliâs uero utrunque contrarijs temporibus. Eodem in loco alter, oceani motibus conſentit. In

*De Euripi in Euboëa æſtu idē Stra. li. 9. his meminit uerbis: de ipſo Euripi refluxu tantū ſolū mō dicere ſatis eſt, q, die quolibet ac nocte ſepties curſum tranſmutat.

ripa Bætis oppidũ est, cuius putei crescente æstu minuuntur, augescũt decedẽte, medijs temporũ immobiles: Eadem natura in Hispali oppido uni puteo, cæteris uulgaris. Et Pontus semper extrà meat in Propontidẽ, introrsus in Pontum nunquam refluo mari.

Miracula maris. Caput .XCVIII.

OMnia plenilunio maria purgantur, quædam & stato tempore. Circa Messanam & Mylas fimo similia expuuntur in littus purgamẽta, unde fabula solis boues ibi stabulari. His adde, ut nihil quod equidem nouerim prætercam: Aristoteles nullum animal nisi æstu recedente expirare affirmat. Obseruatum id multum in Gallico oceano, et duntaxat in homine compertum.

Quæ potestas lunæ, & terrena, & marina. Caput .XCIX.

QVo uera coniectatio existit haud frustra, spiritũ sidus lunæ existimari: Et hoc esse qđ terras saturet, accedensq; corpora impleat, abscedẽsq; inaniat. Ideo cũ incremento eius augeri conchylia, & maxime spiritũ sentire quibus sanguis nõ sit. Sed & sanguine hominem etiam cum lumine eius augeri ac minui. Frondes quoq; ac pabula (ut suo loco dicetur) sentire, in omnia eádem penetrante ui.

Quæ solis, & quare salsum mare. Ca. .C.

ITaq; solis ardore siccatur liquor: & hoc esse masculũ sidus accepimus, torrẽs cũcta sorbẽsq;.

Sic mari

Sic mari late patenti saporem incoqui salis, aut quia exhausto inde dulci tenuiq́;, quod facillime trahat uis ignea, omne asperius crassiusq́; linquatur. Ideo summam æquorum aquam dulciorē profunda. Hanc esse ueriorē causam asperi saporis, q̄ ꝙ mare terræ sudor sit æternus, aut quia plurimum ex arido misceatur illi uapore, aut quia terræ natura medicatas aquas inficiat. Est in exemplis, Dionysio Siciliæ tyranno cum pulsus est ea potentia, accidiße prodigium, ut uno die in portu dulcesceret mare.

Item de natura lunæ. Caput. .CI.

E Contrario ferunt lunæ fœmineū ac molle sidus atq; nocturnū soluere humorē, & trahere non auferre. Id manifestū est, ꝙ ferarū occisa corpora in tabē uisu suo resoluat, somnoq́; sopitis torporem contractū in caput reuocet: glaciem refundat, cunctaq́; humifico spiritu laxet. Ita pensari naturæ uices, semperq́; sufficere, alijs siderū elemēta cogentibus, alijs uero fundentibus. Sed in dulcibus aquis lunæ alimentum esse, sicut in marinis solis.

Vbi altißimum mare. Caput .CII.

ALtissimū mare. XV stad. Fabianus tradit. Alij in Ponto ex aduerso Coraxorū gentis, uocant Bathea ponti, tricētis ferè à continēti stadijs īmensam altitudinē maris tradūt uadis nunq̄ reptis.

Bathea hoc est profunditatē. βάθος nanq; græcis profunditas dicitur.

Miracula aquarum, fontium, & fluminum. Caput .CIII.

Mirabilius

Vide Victru. li.8. de archi. ca.3. uarioru inibi fontiu, fluminum, lacuum, naturas enarrãtem.

MIrabilius id faciunt aquæ dulces, iuxta mare ut fistulis emicãtes. Nam nec aquarum natura a miraculis cessat. Dulces mari inuehũtur, leuiores haud dubie. Ideo et marinæ, quarum natura grauior, magis inuecta sustinent. Quædam uero & dulces inter se supermeant alias. Vt in Fucino lacu inuectus amnis, in Lario Abdua, in Verbano Ticinus, in Benaco Mintius, in Seuinno Ollius, in Lemano Rhodanus. Hi trans alpes superiores in Italiam multorum miliũ transitu, hospitales suas tantum, nec largiores q̃ intulere aquas euehentes. Proditum hoc & in Oronte amne Syriæ, multisq; aliis. Quidam uero odio maris ipsa subeunt uada, sicut Arethusa fons Syracusanus, in quo redduntur iacta in Alpheũ: qui per Olympiã fluẽs, Peloponnesiaco littori infunditur. Subeũt terras, rursusq; reddũtur, Lycus in Asia, Erasinus in Argolica, Tigris in Mesopotamia. Et quæ in Aesculapij fonte Athenis immersa sunt, in Phalerico redduntur. Et in Atinate campo fluuius mersus, post. XX. M. passuũ exit. Et in Aquileiẽsi Timauus. Nihil in Asphaltite Iudææ lacu, qui bitumen gignit, mergi potest: nec in Armeniæ maioris Arethusa, is quidem nitrosus pisces alit. In Salentino iuxta oppidum Manduriam lacus ad margines plenus, neq; exhaustis aquis minuitur, neq; infusis augetur. In Ciconum flumine, & in Piceno lacu Velino lignũ deiectum, lapideo cortice obducitur.

De Arethusa Armeniæ maioris fonte nitroso, uide infra lib.6. ca. 27.

obducitur: et in Surio Colchidis flumine, adeo ut lapidem plerunq; durans adhuc integat cortex. Similiter in flumine Silari ultra Surrentum, non uirgulta modo immersa, uerū & folia lapidescūt, aliâs salubris potus eius aquæ. In exitu paludis Reatinæ, saxum crescit. Et in rubro mari oleæ, uirentesq; frutices enascuntur. Sed et fontiū plurimorū natura, mira est feruore. Idq; etiam in iugis alpium, ipsoq; in mari, & inter Italiā & Aenariā: ut in Baiano sinu: et in Lyri fluuio, multisq; alijs. Nam dulcis haustus in mari plurimis locis, ut ad Chelidonias insulas & Aradū, et in Gaditano oceano. Patauinorū aqs calidis herbæ uirentes innascūtur, Pisanorū ranæ: ad Vetulonios in Hetruria nō procul à mari, pisces. In Casinate fluuius appellatur Scatebra frigidus abundantior æstate. In eo ut in Arcadiæ Stymphali, enascūtur aquatiles musculi. In Dodone Iouis fons cum sit gelidus, & immersas faces extinguat, si extinctæ admoueātur accendit. Idem meridie semper deficit, qua de causa Anapauomenon uocant. Mox increscens ad mediū noctis exhuberat. Ab eo rursus sensim deficit. In Illyrijs supra fontem frigidum expansæ uestes accenduntur. Iouis Ammonis fons interdiu frigidus, noctibus feruet. In Troglodytis fons solis appellatur dulcis, et circa meridiem maxime frigidus: mox paulatim tepescēs, ad noctis media feruore & amaritudine infestatur. Padi fons medijs diebus æstiuis

bus æstiuis uelut interquiescens semper aret. In Tenedo insula fons, semper à tertia noctis hora in sextã ab æstiuo solstitio exundat. Et in Delo insula Inopus fons eodem quo Nilus modo, ac pariter cũ eo decrescit augeturq́;. Contra Timauũ amnem insula parua in mari est cũ fontibus calidis, q pariter cũ æstu maris crescunt minuunturq́;. In agro Pitinate trans Apenninũ fluuius Nouanus oĩbus solstitijs torrens, bruma siccatur. In Falisco Clitumni amnis aqua potata, candidos boues facit. In Bœotia amnis Melas oues nigras. Cephissus ex eodẽ lacu profluẽs, albas, rursus nigras penitus, ruffasq́; iuxta Iliũ Xanthus, unde & nomen amni. In Ponto fluuius Astaces irrigat campos, in quibus pastæ oues nigro lacte æque gentes alunt. In Reatino fons Neminia appellatus, alio atq; alio loco exoritur, annonæ mutationẽ significans. Brundusij in portu fons, incorruptas præstat aquas nauigantibus. Lyncestis aqua, quæ uocatur Acidula, uini modo temulẽtos facit. Ita in Paphlagonia, & in agro Caleno. In Andro insula tẽplo Liberi patris fontem nonis Ianuarijs semper uini sapore fluere Mutianus ter coss. credit, Diostecnosia uocatur. Iuxta Nonacrim Arcadiæ Styx, nec odore differens nec colore, epota ilico necat. Item in Beroso Taurorũ colle tres fontes, sine remedio, sine dolore mortiferi. In Carrinensi Hispaniæ agro duo fontes iuxtà fluunt, alter oĩa respuens, alter absorbens. In eadem

Inopi fontis siue amnis meminit Stra. li. 10. & p Delon insulã cũ labi dicit.

eadē gente alius, aurei coloris oēs ostendit pisces, nihil extra illā aquā cæteris differētes. In Comensi iuxta Larium lacū, fons largus, horis singulis semper intumescit ac residet. In Cydonia insula ante Lesbon fons calidus, uere tantū fluit. Lacus Sinnaus in Asia circūnascēte absynthio inficitur. Colophone in Apollinis Clarij specu lacuna est, cuius potu mira reddūtur oracula, bibentiū breuiore uita. Amnes retro fluere & nostra uidit ætas, Neronis principis annis supremis, sicut in rebus eius retulimus. Iam oēs fontes æstate q̃ hyeme gelidiores esse, quē fallit? Sicut illa permira naturæ opera, æs & plumbū in massa mergi, dilatata fluitare. Eiusdemq; ponderis alia sidere, alia ïuehi. Onera in aqua facilius moueri. Thyrreū lapidem q̃uis grandem innatare, eundemq; cōminunutum mergi. Recentia cadauera ad uadū labi, intumescētia attolli. Inania uasa haud facilius q̃ plena extrahi. Pluuias salinis aquas utiliores esse q̃ reliquas: Nec fieri salē nisi admixtis dulcibus. Marinas tardius gelare, & celerius accendi. Hyeme mare calidius esse, autūno salsius. Omnē oleo tranquillari. Et ob id urinantes ore spargere, quoniam mitiget naturam asperam, lucemq; deportet. Niues in alto mari non cadere. Cum omnis aqua deorsum feratur, exilire fontes. Atque etiam in Aetnæ radicibus, flagrantis in tantum, ut quinquagena & centena milia passuum harenas flammarum globus eructet.

Vide infrà li: 31. ca. 7.

Igniuni

*Ignium & aquarum iuncta miracula, & de maltha.* Caput CIIII.

IAmq; et igniũ, qđ est naturæ quartũ elemẽtum, reddamus aliqua miracula. Sed primũ ex aqs. In Comagene urbe Samosata stagnũ est, emittens limũ (maltham uocant) flagrãtem, cũ quid attingit solidi adhæret. Præterea tactus sequitur fugiẽtes. Sic defendere muros oppugnante Lucullo, flagrabatq; miles armis suis. Aquis etiam accẽditur. Terra tantum restingui docuere experimenta.

De *naphtha.* Caput .CV.

SImilis est naturæ naphtha, ita appellatur circa Babyloniã, & in Austagenis Parthiæ proffluẽs, bituminis liquidi modo. Huic magna cognatio igniũ, transiliuntq; protinus in eã undecunq; uisam. Ita ferunt à Medea pellicem crematam, postq̃ sacrificatura ad aras accesserat, corona igne rapta.

De semper ardentibus locis.

Caput .CVI.

VErum in montium miraculis, ardet Aetna noctibus semper, tantoq; æuo ignium materia sufficit. Niualis hybernis temporibus, egestũq; cinerem pruinis operiens. Nec in illo tantum natura seuit, exustionem terris denuncians: Flagrat in Phaselide mons Chimæra, & quidẽ immortali diebus ac noctibus flamma. Ignẽ eius accendi aqua, extingui uero terra aut * fimo, Gnidius Ctesias tradit. Eadẽ

* Fimo fortassis legendum. Quanq̃ sunt hodie & ex doctissimis q fœno legãt.

dit. Eadem in Lycia Hephæstij mõtes, tæda flammã te tacti flagrant adeo, ut lapides quoq; riuorum & harenæ in ipsis aquis ardeãt: aliturq; ignis ille pluuijs. Baculo si quis ex ijs accenso traxerit sulcos, riuos igniũ sequi narrant. Flagrat in Bactris Cophanti noctibus uertex. Flagrat in Medis & Cestia gente cõfinio Persidis: Susis quidem ad turrim albam, è XV. caminis maximo eorum. Et interdiu campus Babyloniæ flagrat, quadã ueluti piscina iugeri magnitudine. Itẽ Aethiopũ iuxta Hesperiũ montẽ, stellarum modo campi nocte nitent. Similiter in Megalopolitanorũ agro, tametsi internus sit ille iucundus, frondemq; densi supra se nemoris non adurens, & iuxta gelidum fontem semper ardens. Nymphæi crater dira Apolloniatis suis portẽdit, ut Theopompus tradidit. Augetur imbribus, egeritq; bitumen, temperandũ fonte illo ingustabili, aliâs oĩ bitumine dilutius. Sed quis hæc miretur? In medio mari Hiera insula ardet. Aeolia insula iuxta Italiã cum ipso mari arsit per aliquot dies sociali bello, & donec legatio senatus piauit. Maximo tamen ardet incendio Theon ochema dictum, Aethiopum iugum, torrentesq; solis ardoribus flammas egerit. Tot locis, tot incendijs rerum natura terras cremat.

Ignium per se miracula. Ca. CVII.

PRæterea cum sit huius unius elementi ratio fœcunda, séque ip e pariat, & minimis crescat scintillis,

*ſcintillis, quid fore putandum eſt in tot rogis terræ? Quæ eſt illa natura, quæ uoracitatẽ auidiſſimam in toto mundo ſine damno ſui paſcit? Addantur iјs ſidera innumera, ingensq́; ſol. Addantur humani ignes, & lapidũ quoq; inſiti naturæ, attrita inter ſe ligna, iam nubium & origines fulminum. Excedit profecto omnia miracula, ullum diem fuiſſe quo non cuncta conflagrarent: cum ſpecula quoq; concaua aduerſa ſolis radiјs facilius etiam accedantur, q̃ ullus alius ignis. Quid q̃ innumerabiles partus ſed naturales ſcatẽt? In Nymphæo exit è petra flamma quæ aqua accenditur. Exit et ad aquas Scãtias. Hæc quidem inualida cum tranſit, nec lõge in alia durans materia. Viret & æterno hunc fontem igneũ contexens fraxinus. Exit in Mutinenſi agro ſtatis Vulcano diebus. Reperitur apud autores ſubiectis Ariciæ aruis, ſi carbo deciderit, ardere terram. In agro Sabino & Sidicino unctũ flagrare lapidẽ. In Salentino oppido Ignatia, impoſito ligno in ſaxum quoddã ibi ſacrũ, protinus flammã exiſtere. In Laciniæ Iunonis ara ſub diuo ſita, cinerẽ immobilem eſſe perflãtibus undiq; procellis. Quin & repentinos ignes exiſtere & in aquis: & in corporibus etiam humanis emicuiſſe: Traſimenũ lacũ arſiſſe totum. Seruio Tullo dormienti in pueritia ex capite flammã emicuiſſe: L. Martiũ in Hiſpania interemptis Scipionibus concionãtem, & milites ad ultionem exhorantẽ arſiſſe*

*ſimili*

ſimili modo, Valerius Antias narrat. Plura mox et diſtinctius. Nunc enim quadam mixtura rerũ omnium exhibentur miracula. Verum egreſſa mens interpretationem naturæ, feſtinat legentium animos per totum orbem ueluti manu ducere.

Terræ uniuerſæ menſura, longitudo, & latitudo. Caput .CVIII.

PArs noſtra terrarũ, de qua memoro, ambiẽte (ut dictũ eſt) oceano, uelut innatans, lõgiſſime ab ortu ad occaſum patet: hoc eſt, ab India ad Herculis colũnas Gadibus ſacratas, octuagies quinquies cẽtena ſeptuagintaocto. M. paſſ. ut Artemidoro placet autori. Vt uero Iſidoro, nonagies octies centena & decẽ & octo milia. Artemidorus adijcit amplius, à Gadibus circuitu ſacri promõtorij ad promõtoriũ Artabrũ, quò lõgiſſime frõs procurrit Hiſpaniæ octingẽta milia *, nonagintaunũ. Id mẽſuræ, duplici currit uia. A Gange amne oſtioq; eius, quò ſe in eoũ oceanũ effundit per Indiam Parthyenẽq; ad Myriandrũ urbẽ Syriæ, in Iſſico ſinu poſitã, quinquagies bis quindecim milia paſſ. Inde proxima nauigatiõe Cyprũ inſulã, Patarã Lyciæ, Rhodũ, Aſtypalæam, in Carpathio mari inſulas, Laconicæ Tænarũ, Lilybæũ Siciliæ, Calarim Sardiniæ, tricies quater quinquaginta milia. Deinde Gades quatuordecies centena & quinquaginta milia paſſ. Quæ menſura uniuerſa ab eo mari efficit octogies quinquies ſeptuagintaocto

* Apud Martianũ Capell. legitur Nongẽta nonaginta unum milia.

dum quingenta octogintatria. Gnidum octogintaquatuor milia qngenti. Con uigintiquinq; milia. Samum centū milia. Chium. LXXXIIII. milia. Mitylenen. LXV. milia. Tenedon. XXVIII. milia. Sigæū promontoriū. XII. milia. D. Os Ponti. CCCXII. M. D. Carābin promontoriū. CCCL. Os Mæotidis. CCCXII. M. D. Ostium Tanais. CCLXV. M. qui cursus compendijs maris breuior fieri potest. LXXXIX. M. Ab ostio Tanais nihil modicū diligētissimi autores fecere. Artemidorus ulteriora incōperta existimauit, cum circa Tanaim Sarmatarū gētes degere fateretur ad septentriones uersas. Isidorus adiecit XII. M. L. usq; ad Thulen, quæ cōiectura diuinationis est. Ego non minore q̄ proxime dicto spatio, Sarmatarū fines nosci intelligo. Et alioquin quantū esse debet, q̄ innumerabiles gentes subinde sedem mutātes capiat? Vnde ulteriorem mēsuram inhabitabilis plagæ, multo esse maiorē arbitror. Nam & in Germania immēsas insulas non pridem cōpertas, cognitum habeo. De lōgitudine ac latitudine hæc sunt, quæ digna memoratu putem. Vniuersum autem hunc circuitum, Eratosthenes in omnium quidem literarum subtilitate, & in hac utique præter cæteros solers, quem à cūctis probari uideo, ducentorū quinquaginta duorū miliū stadiūm prodidit. Quæ mensura Romana computatione efficit trecenties quindecies centena milia passuum. Improbū ausum: uerū ita subtili

argumentatione comprehensnm, ut pudeat non credere. Hipparchus & in coarguendo eo, & in reliqua omni diligentia mirus, adijcit stadiorum paulò minus uigintiquinque milia.

Harmonica mundi ratio. Ca. .CIX.

ALia Dionysiodoro fides: neque enim subtraham exemplum uanitatis græcæ maximum. Cydnius hic fuit, geometrica scientia nobilis. Senecta diem obijt in patria. Funus duxere ei propinquæ, ad quas pertinebat hæreditas. Eæ cum secutis diebus iusta peragerent, inuenisse dicũtur in sepulchro epistolam, Dionysiodori nomine ad superos scriptam: Peruenisse eum à sepulchro ad infimam terram, esseq; eò stadiorum quadragintaduo milia. Nec defuere geometræ, qui interpretarentur significare epistolam à medio terrarum orbe missam, quò deorsum ab summo longißimum esset spatium, & idem pilæ medium. Ex quo consecuta computatio est, ut circuitu esse ducẽta quinquagintaquinq; milia stadia prònunciarent. Harmonica ratio, quæ cogit rerum naturam sibi ipsam congruere, addit huic mensuræ stadia septem milia, terramque nonagesimamsextammillesimam totius mundi partem facit.

# C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TERTIVS.

## PROOEMIVM.



ACTENVS DE *situ et miraculis terræ, aquarumq́; ac siderũ, et ratione uniuersitatis atq; mensura. Nunc de partibus: quanq̃ infinitũ id quoque existimatur, nec temere sine aliqua reprehensione tractatum. Haud ullo in genere uenia iustior est, si modo minime mirũ est, hoĩem genitum non omnia humana nouisse. Quapropter autorẽ neminem unũ sequar, sed ut quenq; uerißimũ in quaq; parte arbitrabor. Quoniam cõe ferme omnibus fuit, ut eos q̃que diligentißime situs disceret, in quibus ipse prodebat, ideo nec culpabo aut coarguam quenq̃. Locorũ nuda nomina, & quanta dabitur breuitate ponentur, claritate causisque dilatis in suas partes. Nunc enim sermo de toto est. Quare sic accipi uelim, ut sicut uidua fama sua nomina, qualia fuere primordio ante ullas res gestas, nuncupentur, & sit quædam in his nomenclatura quidẽ, sed mundi rerumq́; naturæ.*

*Terrarum orbis uniuersus in tres diuiditur partes, Europã, Asiam, Africã. Origo ab occasu solis et Gaditano freto, qua irrũpens oceanus Atlanticus, in maria interiora diffunditur. Huic intrãti dextra Africa est, læua Europa, inter has Asia est. Termini amnes Tanais & Nilus. Quindecim miliũ passuum in longitudinem, quas diximus, fauces oceani patẽt, quinq; milia in latitudinẽ, à uico Mellaria Hispaniæ ad promontorium Africæ album, autore Turannio Graccula iuxtà genito. T. Liuius ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, ubi minimũ. VII. miliũ passuũ: ubi uero plurimum . X. miliũ. Tam modico ore, tam immensa æquorum uastitas panditur. Nec profunda altitudo miraculũ minuit. Frequẽtes quippe teniæ candicantis uadi, carinas territant. Qua de causa limẽ interni maris, multi eum locũ appellauere. Proxima aũt faucibus utrinq; impositi mõtes, coercẽt claustra, Abila Africæ, Europæ Calpe, laborũ Herculis metæ. Quam ob causam indigenæ colũnas eius dei uocant, credũtque perfossas exclusa antea admisisse maria, & rerum naturæ mutasse faciem.*

De Europa. Capput .I.

*Tres esse primas siue principales habitabilis terræ par-tes, Europam,*

*PRimum ergo de Europa, altrice uictoris omnium gentiũ populi, longeq; terrarũ pulcherrima, quã pleriq; merito non tertiam portionẽ fecere, uerũ æquam, in duas partes ab amne Tanai ad Gaditanum fretum uniuerso orbe diuiso. Oceanus hoc*

(quod

(quod dictū est)spatio Atlanticū mare infundens,et
auido meatu terras(quæcunq; uenientem expauere)
demergens,resistentes quoq; flexuoso littorū anfra-
ctu lambit, Europam uel maxime recessibus crebris
excauans,sed in quatuor præcipue sinus. Quorū pri
mus à Calpe Hispaniæ extimo(ut dictū est)mõte,Lo
cros et Brutiū usq; promontoriū immēso ambitu fle
ctitur. In eo prima Hispania terrarū est,ulterior ap
pellata. Eadē Bætica. Mox à fine Virgitano citeri-
or,eademq; Tarraconēsis ad Pyrenæa iuga. Vlteri
or in duas per longitudinē prouincias diuiditur. Siq
dem Bæticæ latere septentrionali protenditur Lusi
tania,amne Ana discreta :Ortus hic Laminitano a-
gro citerioris Hispaniæ,et modo se in stagna fundēs,
modo in angustias resorbēs,aut in totū cuniculis cō-
dens, & sæpius nasci gaudens,in Atlāticum oceanū
effunditur. Tarraconēsis aut hinc affixa Pyrenæo,
totoq; eius latere decurrens, & simul ad Gallicum
oceanum,Ibero mari transuersa se pandens, Solorio
monte et Oretanis iugis Carpetanisq; & Asturum,
à Bætica atq; Lusitania distinguitur. Bætica à flumi
ne eam mediā secante cognominata,cunctas prouin-
ciarum diuiti cultu,& quodā fertili ac peculiari ni-
tore præcedit. Iuridici conuētus et quatuor,Gadita-
nus,Cordubensis, Astigitanus, Hispalensis. Oppida
omnia numero. CLXXV. In ijs coloniæ. VIII. Mu
nicipia. VIII. Latio antiqtus donata. XXIX. liber

Africā,et Asi
am, inter oēs
conuenit geo-
graphos, nisi
qđ(ut Plinius
et hūc secutus
Solinus refe-
rūt)quidā tra
dunt Indiā ter
tiā esse terra-
rū partē,et ue
luti orbē alte-
rū. Ex his tri-
bus prima hic
à Plinio descri
bēda proponi-
tur Europa,in
itio uidelicet
ab Hispania
sumpto,utpo-
te quæ ipsius
Europæ conti
nens pars exti
ma est ad occa
sum, ut Asia
ad ortum In-
dia.

tate.VI.Fœdere.II.Stipendiaria.CXX.Ex his digna memoratu, aut latiali sermone dictu facilia: à flumine Ana littore oceani oppidũ Onoba, Lusturia cognominatũ. Interfluentes Luxia & Vrium, Mariani montes. Bætis fluuius. Littus Corēse inflexo sinu. Cuius ex aduerso Gades, inter insulas dicendæ. Promontoriũ Iunonis. Portus Besippo. Oppida Belon, Mellaria. Fretum ex Atlantico mari. Carteia, Tartessos à Græcis dicta. Mons Calpe. Deinde littore interno oppidũ Berbesula cum fluuio. Item Salduba oppidũ, Suel, Malaca cum fluuio fœderatorum. Dein Menoba cũ fluuio. Sextifirmiũ, cognomine Iulium. Sexi & Abdera. Murgis Bæticæ finis. Oram eam uniuersam originis Pœnorum existimauit M. Agrippa. Ab Ana aũt Atlantico oceano obuersa Bastulorum Turdulorumq; est. In uniuersam Hispaniã M. Varro peruenisse Iberos et Persas, & Phœnicas, Celtasq; & Pœnos tradit. Lusum enim Liberi patris ac Lysam cum eo bacchantem, nomen dedisse Lusitaniæ, & Pana præfectũ eius. Vniuersa aũt quæ de Hercule ac Pyrene uel Saturno tradũtur, fabulosa in primis, ut arbitror. Bætis in Tarraconensi prouincia, nõ ut aliq dixere Mentesa oppido, sed Tygēsi exoriēs saltu, iuxta quē Tader fluuius, q Carthaginēsem agrũ rigat: ille ocyor refugit Scipionis rogũ, uersusq; in occasum, oceanũ Atlãticum prouinciam adoptans petit, modicus primo, sed multorũ fluminũ capax,

capax, quibus ipse famã aquasq; aufert, Bæticæ primum ab Ossigetania infusus, amœno blandus aluco, crebris dextra læuaq; accolitur oppidis. Celeberrima inter hũc et oceani orã in mediterraneo Segeda, quæ Augurina cognominatur, Iulia quæ Fidentia, Virgao quæ Alba, Ebura quæ Cerealis, Eliberi qđ Liberini, Libida quæ Clausa, Stici quod Iuliẽses, Vesci quod Fauentia, Singilia, Hegua, Auia, Ebdanum, Agla minor, Hebura, Castra uinaria, Episibrium, Ipho noua, Illurco, & Osca, Escua, Sucubo, Nuditanum, Tuati uetus, Obuia Bastetaniæ uergẽtis ad mare. Conuentus uero Cordubẽsis circa flumẽ ipsum Oßigi, quod cognominatur Laconicũ, Illiturgi quod Forumiulium, Ipastургi quod Triumphale, Sitia, et .XIIII. miliũ passuũ remotũ in mediterraneo Obulco, quod Botificense appellatur. Mox Ripepora fœderatorũ, Sacili, Martialiũ, Onoba. Et dextra Corduba, colonia patritia cognominata. Inde primũ nauigabili Bæti. Oppida Carbulo, Decuma, fluuius Singulis, eodẽ Bætis latere incedens. Oppida Hispalensis conuentus, Celtiaca, Vacamana, Acria, Ilipa cognomine magna, Italica. Et à læua Hispalis colonia, cognomĩe Romulẽsis. Ex aduerso oppidũ Osset, quod cognominatur Iulia, Constantia. Virgentium, quod Iulij genitor. Hippo, Caurasiarum fluuius Menoba, & ipse à dextro latere infusus. Ac inter æstuaria Bætis oppidũ, Nebrissa cognomine: Veneria et

Colobo-

Colobona, colonia Asta quæ Regia dicitur. Et ĩ mediterraneo Asida quæ Cæsariana. Singulis fluuius in Bætin, quo dictum est ordine, irrumpens, Astigitanam coloniam alluit, cognomine Augustam firmam, ab ea nauigabilis. Huius conuentus sunt reliquæ coloniæ, immunes Tucci, quæ cognominãtur Augusta gemella, Ituci quæ uirtus Iulia, Atubi quæ claritas Iulia, Vrso quæ Genua urbanorum: inter quæ fuit Mũda cũ Pompeij filio capta. Oppida libera, Astigi uetus, Ostippo. Stipendiaria Callet, Calucula, Castra gemina, Ilipula minor, Merucra, Sucrona, Obucula, Oningis. Ab ora uenti prope Monobam amnem & ipsum nauigabilem, haud procul accolunt Alontigiceli, Alostigi. Quæ autem regio à Bæti ad fluuium Anam tendit, extra prædicta Beturia appellatur, in duas diuisa partes, totidemq; gentes: Celticos qui Lusitaniam attingunt, Hispalensis conuentus: Turdulos qui Lusitaniam & Tarraconensem accolunt: iura Cordubam petunt. Celticos à Celtiberis ex Lusitania aduenisse manifestum est, sacris lingua oppidorum uocabulis, quæ cognominibus in Betica distinguuntur: Seria, quæ dicitur fama Iulia: Vertobrige, concordia Iulia: Segede, restituta Iulia, contributa Iulia. Vcultuniacum, quæ & Turiga nunc est: Laconimurgi, constantia Iulia: Teresibus fortunales, & Callensibus Emanici. Præter hæc in Celtica Acimbro, Arunda,

Aurunci,

*Aurunci, Turobrica, Lastygi, Alpesa, Sisapone, Serippo. Altera Beturia quam diximus Turdulorum, et conuentus Cordubensis habent oppida non ignobilia, Arsam, Mellariam, Mirobicam, regiones Osintiadis, Sisaponem. Gaditani conuentus ciuium Romanorum, Regina Latinorum, Regia, Carisa cognomine Aurelia, Vria cognomine castrum Iulium. Item Cæsaris Salutariensis. Stipendiaria Basaro, Belippo, Barbesula, Lacippo, Besippo, Callet, Cappagum, Oleatro, Icocio, Brana, Sarguntia, Andorisæ. Porrò longitudinem uniuersam eius prodidit M. Agrippa. CCCCLXV. M. passuum, latitudinem. CCLVII. M. sed cum termini Carthaginem usque procederent, quæ causa magnos errores computatione mensuræ sæpius parit. Et dum alibi mutato prouinciarum modo, alibi itinerum auctis aut diminutis passibus, incubuere maria tam longo æuo, alibi processere littora, torsere se & fluminum aut correxere flexus. Præterea aliunde aliis exordium mensuræ est, & alia meatus: ita fit ut nulli duo concinant.*

*Bæticæ longitudo & latitudo.* Cap. .II.

B*Æticæ lõgitudo nunc à Castulonis oppidi fine Gadeis.* CCCCLXXV. M. *et à Murgi maritima ora.* XXII. M. *pa. amplior. Latitudo à Carteiana ora.* CCXXIIII. M. *pas. Agrippam quidem in tanta uiri diligẽtia, præterq; in hoc opere cura,*

cum orbẽ

cũ orbẽ terrarũ urbi ſpectandũ proponeret cæce, erraſſe quis credat, et cũ eo diuũ Auguſtũ? Is nanq; complexam eum porticũ ex deſtinatione & comentarijs, M. Agrippæ à ſorore eius inchoatã peregit.

Hiſpania citerior. Caput .III.

Citerioris Hiſpaniæ ſicut complurium prouinciarũ aliquantũ uetus forma mutata eſt, utpote cũ Pompeius magnus trophæis ſuis, quæ ſtatuebat in pyrenæo. DCCCXLVI. oppida ab alpibus ad fines Hiſpaniæ ulterioris in ditionẽ à ſe redacta teſtatus ſit. Nunc uniuerſa prouincia diuiditur in cõuentus ſeptẽ: Carthaginẽſem, Tarraconẽſem, Cæſarauguſtanũ, Clunienſem, Aſturũ, Lucenſem, Bracatũ. Accedũt inſulæ, quarũ mentione ſepoſita præter ciuitates contributas alijs, prouincia ipſa. CCXCIII. continet oppida. In ijs colonias. XII. Oppida ciuiũ Romanorum. XIII. Latinorum ueterum, XVIII. Fœderatorũ unũ. Stipẽdiaria. CXXXII. Primi in ora Baſtuli, poſt eos quo dicetur ordine intus recedentes Meteſani, Oretani, & ad Tagũ Carpentani, iuxta eos Vaccei, Vectones, & Celtiberi, Atrebaci. Oppida oræ proxima Vrci. Adſcriptũq; Beticæ Barea, regio Mauitania, mox Deitania. Dein Cõteſtania, Carthago noua, Colonia: cuius à promontorio quod Saturni uocatur, Cæſariã Mauritaniæ urbẽ. CLXXXVII. M. paſ. traiectus. Reliqua ĩn ora flumẽ Tader, Colonia immunis, Ilici, unde Ili

citanus

*citanus sinus, in eã cõtribuuntur: Icositania, mox latinorũ Lucentiũ, Dianiũ stipẽdiariũ, Sucro fluuius; et quondã oppidũ. Contestaniæ finis regio Edetana, amœno prætendente se stagno ad Celtiberos recedens. Valentia colonia. III. M. pass. à mari remota. Flumen Durias, tantundẽ à mari, Saguntũ ciuiũ Romanorum oppidũ, fide nobile: flumen Idubeda, regio Ilergoanũ. Iberus amnis nauigabili commercio diues, ortus in Cantabris haud procul oppido Iulio brica. CCCCL. M. pas. fluens, nauiũ per. CCLX. M. à Varia oppido capax, quã propter uniuersam Hispaniam Græci appelauere Iberiã. Regio Cossetania, flumen Subi, colonia Tarraco Scipionũ opus, sicut Carthago Pœnorum. Regio Ilergetũ, oppidũ Subur, flumẽ Rubricatum, à quo Laletani & Indigetes. Post eos quo dicetur ordine intus recedẽtes radice Pyrenæi, Ausetani, Itani, Lacetani. Perq; Pyrenæũ Ceretani, dein Vascones. In ora autẽ colonia Barcinẽ, cognomine Fauentia. Oppida ciuiũ Romanorũ, Betulo, Illuro. Flumen Larnũ blande, flumen Alba, Emporiæ, geminũ hoc, ueterũ incolarum & Græcorũ, qui Phocensiũ fuere soboles. Flumen Tichis. Ab eo Pyrenæa Venus in latere promontorij altero. XL. M. Nunc per singulos cõuentus redden tur insignia præter supradicta. Tarraconẽ disceptãt populi. XLIIII. quorũ celeberrimi ciuiũ Romanorum Dertusani, Bigargitani. Latinorum Ausetani,*

Cerretani

Cerretani qui Iuliani cognominantur, & qui Augustani, Aedetani, Gerudenses, Gessorienses, Teari qui Iulienses. Stipēdiariorum Aquicaldenses, Onenses, Betulonenses. Cæsaraugustana colonia immunis amni Ibero affusa(ubi oppidum antea uocabatur Salduba, regiōis Editaniæ)recipit populos. LII. Ex his ciuiū Romanorū Bellitanos, Celsenses. Ex colonia Calaguritanos, qui Nascici cognominantur. Ilerdenses Surdaonū gentis, iuxta quos Sycoris fluuius, Oscenses regionis Bassetaniæ, Turiassonenses. Latinorū ueterū Cascantenses, Ergauicenses, Gracchuritanos, Leonicēses, Ossigerdenses. Fœderatos Tarragenses. Stipēdiarios Arcobrienses, Andologenses, Arcocelitanos, Bursaonēses, Calaguritanos, qui Fibularenses cognominantur: Complutenses, Carcenses, Cinnēses, Cortenses, Dammanitanos, Larnenses, Ilursenses, Spalenses, Ilumberitanos, Lacetanos, Lubienses, Pompelonenses, Segisenses. Carthaginē conueniunt populi. LXII. exceptis insularū incolis. Ex colonia Acitania Gemellenses, & Libisoca cognomine Foraugustana; quibus duabus ius Italiæ datū. Ex colonia Salariense oppidani Latij ueteris Castuonenses, qui Cæsari uenales appellantur. Setabitani qui Augustani, Valarienses. Stipendiariorū aūt hi celeberrimi, Labanenses, Bastiani, Consaburenses, Dianēses, Segestani, Ilorcitani, Laminitani, Mensani, qui & Oritani, Mentesani qui & Bastuli, Oretani,

tani,qui & Germani cognominantur,caputq; Celtiberiæ,Segobrigenses,Carpētani, et Toletani Tago flumini impositi.Dein Vicienses,Virgilienses. In cōuentū Cluniēsem Varduli ducūt populos.XIIII. ex quibus Labanēses tantū noīare libeat, Turmodigi quatuor,in quibus Segisamonenses,Segisamaiulienses.In eundē conuentum Carietes & Vennenses quinq; ciuitatibus uadunt,quarū sunt Velienses.Eodem Peledcones Celtiberorū quatuor populis,quorum Numantini fuere clari: sicut in Vacceorum XVIII.ciuitatibus Intercatinenses,Pallantini,Lacobricenses,Caucenses. Nam in Cantabris quatuor populis Iuliobrica sola memoratur:In Autrigonum decem ciuitatibus Tritium,et Virouesca. Areuacis nomē dedit fluuius Areua.Horū sex oppida, Saguntia & Vxama,quæ noīa crebro alijs in locis usurpantur,præterea Sagouia & noua Augusta,Termes,ipsaq; Clunia Celtiberiæ finis. Ad oceanū reliqua uergunt,Vardulią; ex prædictis et Cantabri. Iungūtur his Asturū.XII.populi,diuisi in Augustanos Asturica urbe magnifica.In ijs sunt Gyri,Pesici, Lancienses,Zoëlæ.Numerus omnis multitudinis ad CCLX.M liberorū capitū. Lucēsis cōuentus populorū est.XVI.præter Ceucos et Lebunos, ignominiosæ ac barbaræ appellatiōis.Sed liberorū capitū fermè.CLXVI.Silī mō Bracarū.XXIIII. ciuitates, .CCLXXV.capitū;ex qbus præter ipsos Bracaros

Vibali,

Vibali, Celerini, Galleci, Aequesilici, Querquerni citra fastidiũ nominẽtur. Longitudo citerioris Hispaniæ est ad finẽ Castulonis à Pyrenæo, sexcenta septẽ. M. pass. & ora paulo amplius. Latitudo à Tarracone ad littus Olarsonis. CCCVII. E radicibus Pyrenæi, ubi cuneatur angustijs inter duo maria paulatim, deinde se pandens, qua cõtingit ulteriorẽ Hispaniam, tantundẽ et amplius latitudinẽ adijcit. Metallis plumbi, ferri, æris, argenti, auri, tota fermè Hispania scatet. Citerior & specularibus lapidibus: Bætica & minio. Sunt & marmorum lapidicinæ. Vniuersæ Hispaniæ Vespasianus imperator Augustus iactatus procellis, reip. latij ius tribuit. Pyrenæi montes Hispanias Galliasq; disterminant, promontorijs in duo diuersa maria proiectis.

Martia. Capel. sexcẽta septuaginta milia.

Narbonensis prouincia. Caput .IIII.

NArbonensis prouincia appellatur pars Galliarum quæ interno mari alluitur, Bracata ante dicta, amne Varo ab Italia discreta, alpiumq; saluberrimis Romano imperio iugis. A reliqua uero Gallia latere septentrionali, montibus Gebenna et Iura: agrorũ cultu, uirorũ morumq; dignatione, amplitudine opum nulli prouinciarũ postferenda, breuiterq; Italia uerius q̃ prouincia. In orâ regio Sardonũ, intusq; Consuaranorũ. Flumina Telin & Obrin. Oppida, Illiberis, magnæ quondam urbis tenue uestigium, Ruscino Latinorum, flumen Atax, è

*Pyrenæo Rubrensem permeans lacum:Narbo Martius,decumanorū colonia.*XII.M.*passuū à mari distans.Flumina,Araris,Liria.Oppida de cætero rara,præiacentibus stagnis,Agatha quondā Maßiliēsium,& regio Volcarum,Tectosagū:atq; ubi Rhoda Rhodiorū fuit, unde dictus multo Galliarū fertilißimus Rhodanus fluuius,ex alpibus se rapiens per Lemanū lacum,segnemq; deferens Ararim,nec minus seipso torrentē Isaram,& Druentiam. Libyca appellantur duo eius ora modica.Ex his alterū Hispaniense,alterū Metapinū,tertium idemq; amplissimum Massalioticū. Sunt autores,& Heracleā oppidum in ostio Rhodani fuisse, ultra fossam ex Rhodano centum paßibus,Marij opere & nomine,insigne stagnum:Astromela oppidum,maritima Auaticorum,superq; campi lapidei, Herculis præliorum memoria:Regio Anataliorum,et intus Desuuiatiū, Cauarumq;.Rursus à mari Tricoriū, & intus Tricollorum,Vocontiorum,& Segouellannorum,mox Allobrogum,ac in ora Maßilia Græcorum Phocēsium fœderata. Promontorium nomine Citharista, portus,regio Clamatullicorum. Dein Suelteri,supraq; Verucini.In ora autē hac Athenopolis Maßiliensium:Forum Iulij Octauianorū colonia,quæ Pacensis appellatur, & Claßica: amnis in ea argentevs. Regio Oxybiorum, Ligaunorumq;,super quos Suebri,Quariates, Adunicates. At in ora oppidum*

*Hæc prælia in cāpis lapideis ab Hercule cō missa Pō.Mela in describtione Galliæ latius proseqtur Soli. tamen et Mar.Capella ea non in Gallia Narbonēsi sed Liguria cō*

*missa esse scribunt: Vnde & lapidarios cāpos ob id dictos.*

*Latinum Antipolis. Regio Deciatium: amnis Cema, ex alpium monte Cemeno profusus. In mediterraneo colonia Arelate sextanorum, Blitteræ septumanorum, Arausio secundanorum. In agro Cauarum Valentia, Vienna Allobrogū. Oppida latina, Aquæ sextiæ Salyorum, Auenio Cauarum, Aptaiulia Vulgientium, Alebeceriorum, Apollinarium, Alba Heluorū, Augusta Tricastinorū, Anatilia, Aeria, Bormannico, Macina, Cabellio, Carcasum, Volcarū, Tectosagum, Cessero, Carpētoracte, Meminorum, Cenicenses, Cambolectri, qui Atlātici cognominātur. Forum foconij, Glanum Liuij, Leuteuani, qui et Foroneroniēses, Nemausum Arecomicorum, Piscenæ, Ruteni, Sanagenses, Tolosani. Tectosagij Aqtaniæ contermini, Tascodunitari, Cononienses, Vmbranici: Vocontiorū ciuitatis fœderatæ duo capita, Vasco æt lucus Augusti. Oppida uero ignobilia. XIX. sicut. XXIIII. Nemausiensibus attributa. Adiecit formulæ Galba imperator ex inalpinis Auanticos, atque Ebroduntios, quorum oppidum Dinia. Longitudinem prouinciæ Narbonensis. CCCLXX M. passuum Agrippa tradit, latitudinē. CCXLVIII.*

## *Italia, Tiberis, Roma, Campania.*

### *Caput .V.*

*ITalia dehinc, primiq; eius Ligures, mox Hetruria, Vmbria, Latium, ubi Tiberina ostia, & Roma terrarū caput. XVI. M. pas. interuallo à mari. Volscorum*

scorũ postea littus et Cãpaniæ, Picentiũ inde, ac Lucanũ Brutiũq;:quo lõgißime in meridiẽ, ab alpium pene lunatis iugis, in maria excurrit Italia. Ab eo Græciæ ora, mox Salẽtini, Pediculi, Apuli, Peligni, Ferẽtani, Marrucini, Vestini, Sabini, Picẽtes, Galli, Vmbri, Hetrusci, Veneti, Carni, Iapides, Istri, Liburni. Nec ignoro ingrati ac segnis animi existimari posse merito, si breuiter atq; in trãscursu, in hunc modũ dicatur terra, oĩm terrarũ aluna eadẽ & parens, numine deũ electa, quæ cælũ ipsum clarius faceret, sparsa congregaret imperia, ritusque molliret: & tot populorum discordes ferasq; linguas, sermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuiter que una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Et quid agam? Tanta nobilitas omnium locorum, quos quis attigerit, tanta rerum singularum populorumq; claritas tenet. Vrbs Roma, uel sola in ea, & digna etiam sesta ceruice facies, quo tandem narrari debet opere? Et qualiter Campaniæ ora per se, felixq; illa ac beata amœnitas? ut palã sit, uno in loco gaudẽtis opus esse naturæ. Iam uero tota ea uitalis ac perennis salubritatis cæli tempies est, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxij saltus, tam opaca nemora, tam munifica syluarũ genera, tot mõtium afflatus, tanta frugum & uitium, olearumq; fertilitas, tam nobilia pecori uellera, tot opima tauris colla, tot la

*Italiæ laus longe lateq; hic à Plinio enarratur.*

eus,tot amniũ fontiumq; hubertas,totam eam pfun dens,tot maria,portus,gremiũq; terrarũ commercio patens undique: & tanq̃ ad iuuandos mortales, ipsa auida in mare procurrẽs. Neq; ingenia ritusq; ac uiros, & lingua manuq; superatas commemoro gentes. Ipsi de ea iudicauere Græci,genus in gloriã suam effusißimũ, quotam partem ex ea appellando Græciã magnam. Nimirũ id quod in mentione cæli fecimus, hac quoq; in parte faciendum est,ut quasdam notas ac pauca sidera attingamus. Legẽtes tantum quæso meminerint, ad singula toto orbe edisserenda festinari. Est ergo folio maxime querno aßimilata, multo proceritate amplior q̃ latitudine,in læuo se flectẽs cacumine, et Amazonicæ figura desinens parmæ,ubi à medio excursu * Cyrtos uocatur, per sinus lunatos duo cornua emittẽs,Leucopetram dextra,Laciniũ sinistra. Patet longitudine ab alpino fine prætoriæ Augustæ per urbẽ Capuam, æquo cursu meante Rhegiũ oppidum in humero eius sitũ, à quo ueluti ceruicis iucipit flexus,decies centena et uiginti.M.passuu: multoq; amplior mensura fieret Laciniũ usque,ni talis obliqtas in latus digredi uideretur. Latitudo eius uaria est.CCCCX.milium inter duo maria,inferũ et superum, amnesq; Varum atque Arsiam: mediæ atq; fermè circa urbẽ Romã ab ostio Aterni amnis in Adriaticũ mare influentis, ad Tiberina ostia.CXXXVI:et paulo minus à Ca

* Cocinthos Hermo. Bar.

stro nouo

stro nouo Adriatici maris Alsium ad Thuscū æquor, haud ullo in loco.CC.in latitudinem excedēs. Vniuersæ aūt ambitus à Varo ad Arsiam.XXX.miliū passuum.LVIII.efficit. Abest à circundatis terris Istria ac Liburnia quibusdā locis.C.M.passuū.Ab Epiro & Illyrico.L.Ab Africa minus.CC.ut autor affirmat Varro. Ab Sardinia.CXX.miliū. A Sicilia .M.D. A Corsica minus. LXX.Ab Issa.L. Incedit per maria cæli regione ad meridiē quidem. Sed siquis diligenti subtilitate id exigat, inter sextā horam primamq; brumalē. Nunc ambitum eius urbesq; enumerabimus.Qua in re præfari necessarium est,autorē nos diuum Augustū secuturos, descriptionemq; ab eo facta Italiæ totius in regiones.XI. Sed ordine eo qui in littorū tractu fiet, urbium quidem uicinitates oratione utique præpropera seruari non posse: itaq; interiori in parte digestionē in literas eiusdem nos secuturos,coloniarū mentione signata,quas ille in eo prodidit numero. Nec situs origitinesq; psequi facile est, in Caunis Liguribus(ut cæteri omittantur) agro tricies dato. Igitur ab amne Varo Nicea oppidum à Maßiliēsibus conditū.Fluuius Padus,alpes, populiq; inalpini multis nominibus,sed maxime capillati oppido Vendiatiorū,ciuitas Cemeneliō, Portus Herculis Monœci, Ligustica ora.Ligurū celeberrimi ultra alpes Sallyi,Deceates,Oxybij,Ceutrones,Caturgies ,et Caturigibus

tate.VI.Fœdere.II.Stipendiaria.CXX.Ex his digna memoratu,aut latiali sermone dictu facilia: à flumine Ana littore oceani oppidũ Onoba,Lusturia cognominatũ.Interfluentes Luxia & Vrium,Mariani montes.Bætis fluuius.Littus Corẽse inflexo sinu. Cuius ex aduerso Gades,inter insulas dicendæ. Promontoriũ Iunonis.Portus Besippo. Oppida Belon,Mellaria. Fretum ex Atlantico mari.Carteia, Tartessos à Græcis dicta.Mons Calpe.Deinde littore interno oppidũ Berbesula cum fluuio. Item Salduba oppidũ, Suel,Malaca cum fluuio fœderatorum. Dein Menoba cũ fluuio.Sextifirmiũ, cognomine Iulium.Sexi & Abdera.Murgis Bæticæ finis. Oram eam uniuersam originis Pœnorum existimauit M. Agrippa.Ab Ana aũt Atlantico oceano obuersa Bastulorum Turdulorumq; est.In uniuersam Hispaniã M.Varro peruenisse Iberos et Persas, & Phœnicas,Celtasq; & Pœnos tradit. Lusum enim Liberi patris ac Lysam cum eo bacchantem,nomen dedisse Lusitaniæ,& Pana præfectũ eius.Vniuersa aũt quæ de Hercule ac Pyrene uel Saturno tradũtur,fabulosa in primis,ut arbitror.Bætis in Tarraconensi prouincia,nõ ut aliq dixere Mentesa oppido, sed Tygẽsi exoriẽs saltu,iuxta quẽ Tader fluuius,q Carthaginẽsem agrũ rigat:ille ocyor refugit Scipionis rogũ, uersusq; in occasum,oceanũ Atlãticum prouinciam adoptans petit,modicus primo,sed multorũ fluminũ capax,

*capax, quibus ipse famã aquasq; aufert, Bæticæ primum ab Ossigetania infusus, amœno blandus alueo, crebris dextra læuaq; accolitur oppidis. Celeberrima inter hũc et oceani orã in mediterraneo Segeda, quæ Augurina cognominatur, Iulia quæ Fidentia, Virgao quæ Alba, Ebura quæ Cerealis, Eliberi q̃d Liberini, Libida quæ Clausa, Stici quod Iuliẽses, Vesci quod Fauentia, Singilia, Hegua, Auia, Ebdanum, Agla minor, Hebura, Castra uinaria, Episibrium, Ipho noua, Illurco, & Osca, Escua, Sucubo, Nuditanum, Tuati uetus, Obuia Bastetaniæ uergẽtis ad mare. Conuentus uero Cordubẽsis circa flumẽ ipsum Oßigi, quod cognominatur Laconicũ, Illiturgi quod Forumiulium, Ipasturgi quod Triumphale, Sitia, et .XIIII. miliũ passuũ remotũ in mediterraneo Obulco, quod Botificense appellatur. Mox Ripepora fœderatorũ, Sacili, Martialiũ, Onoba. Et dextra Corduba, colonia patritia cognominata. Inde primũ nauigabili Bæti. Oppida Carbulo, Decuma, fluuius Singulis, eodẽ Bætis latere incedens. Oppida Hispalensis conuentus, Celtiaca, Vacamana, Acria, Ilipa cognomine magna, Italica. Et à læua Hispalis colonia, cognomĩe Romulẽsis. Ex aduerso oppidũ Osset, quod cognominatur Iulia, Constantia. Virgentium, quod Iulij genitor. Hippo, Caurasiarum fluuius Menoba, & ipse à dextro latere infusus. Ac inter æstuaria Bætis oppidũ, Nebrissa cognomine: Veneria et*

Colobo-

*Colobona, colonia Asta quæ Regia dicitur. Et ĩ mediterraneo Asida quæ Cæsariana. Singulis fluuius in Bætin, quo dictum est ordine, irrumpens, Astigitanam coloniam alluit, cognomine Augustam firmam, ab ea nauigabilis. Huius conuentus sunt reliquæ coloniæ, immunes Tucci, quæ cognominãtur Augusta gemella, Ituci quæ uirtus Iulia, Atubi quæ claritas Iulia, Vrso quæ Genua urbanorum: inter quæ fuit Mũda cũ Pompeij filio capta. Oppida libera, Astigi uetus, Ostippo. Stipendiaria Callet, Calucula, Castra gemina, Ilipula minor, Merucra, Sucrona, Obucula, Oningis. Ab ora uenti prope Monobam amnem & ipsum nauigabilem, haud procul accolunt Alontigiceli, Alostigi. Quæ autem regio à Bæti ad fluuium Anam tendit, extra prædicta Beturia appellatur, in duas diuisa partes, totidemq; gentes: Celticos qui Lusitaniam attingunt, Hispalensis conuentus: Turdulos qui Lusitaniam & Tarraconensem accolunt: iura Cordubam petunt. Celticos à Celtiberis ex Lusitania aduenisse manifestum est, sacris lingua oppidorum uocabulis, quæ cognominibus in Bætica distinguuntur: Seria, quæ dicitur fama Iulia: Vertobrige, concordia Iulia: Segede, restituta Iulia, contributa Iulia. Vcultuniacum, quæ & Turiga nunc est: Laconimurgi, constantia Iulia: Teresibus fortunales, & Callensibus Emanici. Præter hæc in Celtica Acimbro, Arunda,*

*Arunci,*

Aurunci, Turobrica, Lastygi, Alpesa, Sisapone, Serippo. Altera Beturia quam diximus Turdulorum, et conuentus Cordubensis habent oppida non ignobilia, Arsam, Mellariam, Mirobicam, regiones Osintiadis, Sisaponem. Gaditani conuentus ciuium Romanorum, Regina Latinorum, Regia, Carisa cognomine Aurelia, Vria cognomine castrum Iulium. Item Cæsaris Salutariensis. Stipendiaria Basiro, Belippo, Barbesula, Lacippo, Besippo, Callet, Cappagum, Oleatro, Icocio, Brana, Sarguntia, Andorisc. Porrò longitudinem uniuersam eius prodidit M. Agrippa. CCCCLXV. M. passuum, latitudinem. CCLVII. M. sed cum termini Carthaginem usque procederent, quæ causa magnos errores computatione mensuræ sæpius parit. Et dum alibi mutato prouinciarum modo, alibi itinerum auctis aut diminutis passibus, incubuere maria tam longo æuo, alibi processere littora, torsere se & fluminum aut correxere flexus. Præterea aliunde aliis exordium mensuræ est, & alia meatus: ita fit ut nulli duo concinant.

Bæticæ longitudo & latitudo. Cap. .II.

BAeticæ lõgitudo nunc à Castulonis oppidi fine Gadeis. CCCCLXXV. M. et à Murgi maritima ora. XXII. M. pa. amplior. Latitudo à Carteiana ora. CCXXIIII. M. pas. Agrippam quidem in tanta uiri diligẽtia, præterq; in hoc opere cura, cum orbẽ

cũ orbẽ terrarũ urbi spectandũ proponeret caece, errasse quis credat, et cũ eo diuũ Augustũ? Is nanq; complexam eum porticũ ex destinatione & comentarijs, M. Agrippae a sorore eius inchoatã peregit.

Hispania citerior. Caput .III.

Citerioris Hispaniae sicut complurium prouinciarũ aliquantũ uetus forma mutata est, utpote cũ Pompeius magnus trophaeis suis, quae statuebat in pyrenaeo. DCCCXLVI. oppida ab alpibus ad fines Hispaniae ulterioris in ditionẽ à se redacta testatus sit. Nunc uniuersa prouincia diuiditur in cõuentus septẽ: Carthaginẽsem, Tarraconẽsem, Caesaraugustanũ, Cluniensem, Asturũ, Lucensem, Bracatũ. Accedũt insulae, quarũ mentione seposita praeter ciuitates contributas alijs, prouincia ipsa. CCXCIII. continet oppida. In ijs colonias. XII. Oppida ciuiũ Romanorum. XIII. Latinorum ueterum, XVIII. Foederatorũ unũ. Stipẽdiaria. CXXXII. Primi in ora Bastuli, post eos quo dicetur ordine intus recedentes Metesani, Oretani, & ad Tagũ Carpentani, iuxta eos Vaccei, Vectones, & Celtiberi, Atrebaci. Oppida orae proxima Vrci. Adscriptũq; Baeticae Barea, regio Mauitania, mox Deitania. Dein Cõtestania, Carthago noua, Colonia: cuius à promontorio quod Saturni uocatur, Caesariã Mauritaniae urbẽ. CLXXXVII. M. pas. traiectus. Reliqua in ora flumẽ Tader, Colonia immunis, Ilici, unde Ili

citanus

eitanus sinus, in eã cõtribuuntur: Icositania, mox latinorũ Lucentiũ, Dianiũ stipẽdiariũ, Sucro fluuius, et quondã oppidũ. Contestaniæ finis regio Edetana, amœno prætendente se stagno ad Celtiberos recedens. Valentia colonia. III. M. pass. à mari remota. Flumen Durias, tantundẽ à mari, Saguntũ ciuiũ Romanorum oppidũ, fide nobile: flumen Idubeda, regio Ilergoanũ. Iberus amnis nauigabili commercio diues, ortus in Cantabris haud procul oppido Iuliobrica. CCCCL. M. pas. fluens, nauiũ per. CCLX. M. à Varia oppido capax, quã propter uniuersam Hispaniam Græci appelauere Iberiã. Regio Cossetania, flumen Subi, colonia Tarraco Scipionũ opus, sicut Carthago Pœnorum. Regio Ilergetũ, oppidũ Subur, flumẽ Rubricatum, à quo Laletani & Indigetes. Post eos quo dicetur ordine intus recedẽtes radice Pyrenæi, Ausetani, Itani, Lacetani. Perq; Pyrenæũ Ceretani, dein Vascones. In ora autẽ colonia Barcinẽ, cognomine Fauentia. Oppida ciuiũ Romanorũ, Betulo, Illuro. Flumen Larnũ blande, flumen Alba, Emporiæ, geminũ hoc, ueterũ incolarum & Græcorũ, qui Phocensiũ fuere soboles. Flumen Tichis. Ab eo Pyrenæa Venus in latere promontorij altero. XL. M. Nunc per singulos cõuentus redden tur insignia præter supradicta. Tarracone disceptãt populi. XLIIII. quorũ celeberrimi ciuiũ Romanorum Dertusani, Bigargitani: Latinorum Ausetani, Cerretani

*Cerretani qui Iuliani cognominantur, & qui Augustani, Aedetani, Gerudenses, Gessorienses, Teari qui Iulienses. Stipēdiariorum Aquicaldenses, Onenses, Betulonenses. Cæsaraugustana colonia immunis amni Ibero affusa (ubi oppidum antea uocabatur Salduba, regiõis Editaniæ) recipit populos. LII. Ex his ciuiū Romanorū Bellitanos, Celsenses. Ex colonia Calaguritanos, qui Nascici cognominantur. Ilerdenses Surdaonū gentis, iuxta quos Sycoris fluuius, Oscenses regionis Bassetaniæ, Turiassonenses. Latinorū ueterū Cascantenses, Ergauicenses, Gracchuritanos, Leonicēses, Ossigerdenses. Fœderatos Tarragenses. Stipēdiarios Arcobrienses, Andologenses, Arcocelitanos, Bursaonēses, Calaguritanos, qui Fibularenses cognominantur: Complutenses, Carcenses, Cinnēses, Cortenses, Dammanitanos, Larnenses, Ilursenses, Spalenses, Ilumberitanos, Lacetanos, Lubienses, Pompelonenses, Segisenses. Carthaginē conueniunt populi. LXII. exceptis insularū incolis. Ex colonia Acitania Gemellenses, & Libisoca cognomine Foraugustana, quibus duabus ius Italiæ datū. Ex colonia Salariense oppidani Latij ueteris Castuonenses, qui Cæsari uenales appellantur. Setabitani qui Augustani, Valarienses. Stipendiariorū aūt hi celeberrimi, Labanenses, Bastiani, Consaburenses, Dianēses, Segestani, Ilorcitani, Laminitani, Mensani, qui & Oritani, Mentesani qui & Bastuli, Oretani,*

tani, qui & Germani cognominantur, caputq; Celtiberiæ, Segobrigenses, Carpẽtani, et Toletani Tago flumini impositi. Dein Vicienses, Virgiiuenses. In cõuentũ Cluniẽsem Varduli ducũt populos. XIIII. ex quibus Labanẽses tantũ noĩare libeat, Turmodigi quatuor, in quibus Segisamonenses, Segisamaiulienses. In eundẽ conuentum Carietes & Vennenses quinq; ciuitatibus uadunt, quarũ sunt Velienses. Eodem Peledeones Celtiberorũ quatuor populis, quorum Numantini fuere clari: sicut in Vacceorum XVIII. ciuitatibus Intercatinenses, Pallantini, Lacobricenses, Caucenses. Nam in Cantabris quatuor populis Iuliobrica sola memoratur: In Autrigonum decem ciuitatibus Tritium, et Virouesca. Areuacis nomẽ dedit fluuius Areua. Horũ sex oppida, Saguntia & Vxama, quæ noĩa crebro alijs in locis usurpantur, præterea Sagouia & noua Augusta, Termes, ipsaq; Clunia Celtiberiæ finis. Ad oceanũ reliqua uergunt, Vardulíq; ex prædictis et Cantabri. Iungũtur his Asturũ. XII. populi, diuisi in Augustanos Asturica urbe magnifica. In ijs sunt Gyri, Pesici, Lancienses, Zoëlæ. Numerus omnis multitudinis ad CCLX. M liberorũ capitũ. Lucẽsis cõuentus populorũ est. XVI. præter Ceucos et Lebunos, ignominiosæ ac barbaræ appellatiõis. Sed liberorũ capitũ ferme. CLXVI. Sĩli mõ Bracarũ. XXIIII. ciuitates, . CCLXXV. capitũ: ex qbus præter ipsos Bracaros

Vibalt,

Vibali, Celerini, Galleci, Aequesilici, Querquerni citra fastidiũ nominẽtur. Longitudo citerioris Hispaniæ est ad finẽ Castulonis à Pyrenæo, sexcenta septẽ. M. pass. & ora paulo amplius. Latitudo à Tarracone ad littus Olarsonis. CCCVII. E radicibus Pyrenæi, ubi cuneatur angustijs inter duo maria paulatim, deinde se pandens, qua cõtingit ulteriorẽ Hispaniam, tantundẽ et amplius latitudinẽ adijcit. Metallis plumbi, ferri, æris, argenti, auri, tota fermè Hispania scatet. Citerior & specularibus lapidibus: Bætica & minio. Sunt & marmorum lapidicinæ. Vniuersæ Hispaniæ Vespasianus imperator Augustus iactatus procellis, reip. latij ius tribuit. Pyrenæi montes Hispanias Galliasq; disterminant, promontorijs in duo diuersa maria proiectis.

Martia. Capel. sexcẽta septuaginta milia.

Narbonensis prouincia. Caput .IIII.

NArbonensis prouincia appellatur pars Galliarum quæ interno mari alluitur, Bracata ante dicta, amne Varo ab Italia discreta, alpiumq; saluberrimis Romano imperio iugis. A reliqua uero Gallia latere septentrionali, montibus Gebenna et Iura: agrorũ cultu, uirorũ morumq; dignatione, amplitudine opum nulli prouinciarũ postferenda, breuiterq; Italia uerius q̃ prouincia. In orá regio Sardonũ, intusq; Consuaranorũ. Flumina Telin & Obrin. Oppida, Illiberis, magnæ quondam urbis tẽnue uestigium, Ruscino Latinorum, flumen Atax è Pyrenæo

Pyrenæo Rubrensem permeans lacum: Narbo Martius, decumanorũ colonia. XII. M. passuũ à mari distans. Flumina, Araris, Liria. Oppida de cætero rara, præiacentibus stagnis, Agatha quondã Maßiliẽsium, & regio Volcarum, Tectosagũ: atq; ubi Rhoda Rhodiorũ fuit, unde dictus multo Galliarũ fertilißimus Rhodanus fluuius, ex alpibus se rapiens per Lemanũ lacum, segnemq; deferens Ararim, nec minus seipso torrentẽ Isaram, & Druentiam. Libyca appellantur duo eius ora modica. Ex his alterũ Hispaniense, alterũ Metapinũ, tertium idemq; amplissimum Massalioticũ. Sunt autores, & Heracleã oppidum in ostio Rhodani fuisse, ultra fossam ex Rhodano centum paßibus, Marij opere & nomine, insigne stagnum: Astromela oppidum, maritima Auaticorum, superq; campi lapidei, Herculis præliorum memoria: Regio Anataliorum, et intus Desuuiatiũ, Cauarumq;. Rursus à mari Tricoriũ, & intus Tricollorum, Vocontiorum, & Segouellannorum, mox Allobrogum, ac in ora Maßilia Græcorum Phocẽsium fœderata. Promontorium nomine Citharista, portus, regio Clamatullicorum. Dein Suelteri, supraq; Verucini. In ora autẽ hac Athenopolis Maßiliensium: Forum Iulij Octauianorũ colonia, quæ Pacensis appellatur, & Classica: amnis in ea argente us. Regio Oxybiorum, Ligaunorumq;, super quos Suebri, Quariates, Adunicates. At in ora oppidum Latinum

Hæc prælia in cãpis lapideis ab Hercule cõmißa Põ. Mela in descriptione Galliæ latius proseqtur Soli. tamen et Mar. Capella ea non in Gallia Narbonẽsi sed Liguria cõ

*mißa esse scribunt: Vnde & lapidarios cãpos ob id dictos.*

*Latinum Antipolis. Regio Deciatium: amnis Cema, ex alpium monte Cemeno profusus. In mediterraneo colonia Arelate sextanorum, Blitteræ septumanorum, Arausio secundanorum. In agro Cauarum Valentia, Vienna Allobrogũ. Oppida latina, Aquæ sextiæ Salyorum, Auenio Cauarum, Aptaiulia Vulgientium, Alebeceriorum, Apollinarium, Alba Heluorũ, Augusta Tricastinorũ, Anatilia, Aeria, Bormannico, Macina, Cabellio, Carcasum, Volcarũ, Tectosagum, Cessero, Carpẽtoracte, Meminorum, Cenicenses, Cambolectri, qui Atlãtici cognominãtur. Forum foconij, Glanum Liuij, Leuteuani, qui et Foroneroniẽses, Nemausum Arecomicorum, Piscenæ, Ruteni, Sanagenses, Tolosani. Tectosagij Aqtaniæ contermini, Tascodunitari, Cononienses, Vmbranici: Vocontiorũ ciuitatis fœderatæ duo capita, Vasco æt lucus Augusti. Oppida uero ignobilia. XIX. sicut. XXIIII. Nemausiensibus attributa. Adiecit formulæ Galba imperator ex inalpinis Auanticos, atque Ebroduntios, quorum oppidum Dinia. Longitudinem prouinciæ Narbonensis. CCCLXX M. passuum Agrippa tradit, latitudinẽ. CCXLVIII.*

*Italia, Tiberis, Roma, Campania.*

*Caput .V.*

*ITalia dehinc, primiq; eius Ligures, mox Hetruria, Vmbria, Latium, ubi Tiberina ostia, & Roma terrarũ caput. XVI. M. pas. interuallo à mari. Volscorum*

ſcorũ poſtea littus et Cãpaniæ, Picentiũ inde, ac Lucanũ Brutiũq;: quo lõgiſsime in meridiẽ, ab alpium pene lunatis iugis, in maria excurrit Italia. Ab eo Græciæ ora, mox Salẽtini, Pediculi, Apuli, Peligni, Ferẽtani, Marrucini, Veſtini, Sabini, Picẽtes, Galli, Vmbri, Hetruſci, Veneti, Carni, Iapides, Iſtri, Liburni. Nec ignoro ingrati ac ſegnis animi exiſtimari poſſe merito, ſi breuiter atq; in trãſcurſu, in hunc modũ dicatur terra, oĩm terrarũ alũna eadẽ & parens, numine deũ electa, quæ cælũ ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, ritusque molliret: & tot populorum diſcordes ferasq; linguas, ſermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuiter que una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Et quid agam? Tanta nobilitas omnium locorum, quos quis attigerit, tanta rerum ſingularum populorumq; claritas tenet. Vrbs Roma, uel ſola in ea, & digna etiam ſe ſta ceruice facies, quo tandem narrari debet opere? Et qualiter Campaniæ ora per ſe, felixq; illa ac beata amœnitas? ut palã ſit, uno in loco gaudẽtis opus eſſe naturæ. Iam uero tota ea uitalis ac perennis ſalubritatis cæli tempies eſt, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxij ſaltus, tam opaca nemora, tam munifica ſyluarũ genera, tot mõtium afflatus, tanta frugum & uitium, olearumq; fertilitas, tam nobilia pecori uellera, tot opima tauris colla, tot la

Italiæ laus longe lateq; hic à Plinio enarratur.

cus, tot amniũ fontiumq; hubertas, totam eam pfundens, tot maria, portus, gremiũq; terrarũ commercio patens undique: & tanq̃ ad iuuandos mortales, ipsa auida in mare procurrẽs. Neq; ingenia ritusq; ac uiros, & lingua manuq; superatas commemoro gentes. Ipsi de ea iudicauere Græci, genus in gloriã suam effusissimũ, quotam partem ex ea appellando Græciã magnam. Nimirũ id quod in mentione cæli fecimus, hac quoq; in parte faciendum est, ut quasdam notas ac pauca sidera attingamus. Legẽtes tantum quæso meminerint, ad singula toto orbe edisserenda festinari. Est ergo folio maxime querno assimilata, multo proceritate amplior q̃ latitudine, in læuo se flectẽs cacumine, et Amazonicæ figura desinens parmæ, ubi à medio excursu * Cytos uocatur, per sinus lunatos duo cornua emittẽs, Leucopetram dextra, Laciniũ sinistra. Patet longitudine ab alpino fine prætoriæ Augustæ per urbẽ Capuam, æquo cursu meante Rhegiũ oppidum in humero eius sitũ, à quo ueluti ceruicis incipit flexus, decies centena et uiginti. M. passuũ: multoq; amplior mensura fieret Laciniũ usque, ni talis obliqtas in latus digredi uideretur. Latitudo eius uaria est. CCCCX. milium inter duo maria, inferũ et superum, amnesq; Varum atque Arsiam: mediæ atq; fermè circa urbẽ Romã ab ostio Aterni amnis in Adriaticũ mare influentis, ad Tiberina ostia. CXXXVI: et paulo minus à Castro nouo

* Cocinthos Hermo. Bar.

*ſtro nouo Adriatici maris Alſium ad Thuſcũ æquor, haud ullo in loco.CC.in latitudinem excedẽs. Vniuerſæ aũt ambitus à Varo ad Arſiam.XXX.miliũ paſſuum.LVIII.efficit. Abeſt à circundatis terris Iſtria ac Liburnia quibuſdã locis.C.M.paſſuũ.Ab Epiro & Illyrico.L.Ab Africa minus.CC.ut autor affirmat Varro. Ab Sardinia.CXX.miliũ. A Sicilia .M.D. A Corſica minus. LXX.Ab Iſſa.L. Incedit per maria cæli regione ad meridiẽ quidem. Sed ſiquis diligenti ſubtilitate id exigat, inter ſextã horam primamq; brumalẽ. Nunc ambitum eius urbesq; enumerabimus.Qua in re præfari neceſſarium eſt,autorẽ nos diuum Auguſtũ ſecuturos, deſcriptionemq; ab eo factã Italiæ totius in regiones.XI. Sed ordine eo qui in littorũ tractu fiet, urbium quidem uicinitates oratione utique præpropera ſeruari non poſſe: itaq; interiori in parte digeſtionẽ in literas eiuſdem nos ſecuturos,coloniarũ mentione ſignata,quas ille in eo prodidit numero. Nec ſitus originesq; pſequi facile eſt, in Caunis Liguribus(ut cæteri omittantur) agro tricies dato. Igitur ab amne Varo Nicea oppidum à Maßiliẽſibus conditũ.Fluuius Padus,alpes, populiq; inalpini multis nominibus,ſed maxime capillati oppido Vendiatiorũ,ciuitas Cemeneliõ, Portus Herculis Monœci, Liguſtica ora.Ligurũ celeberrimi ultra alpes Sallyi,Deceates,Oxybij,Ceutrones,Caturgies,et Caturigibus*

*tate.VI.Fœdere.II.Stipendiaria.CXX.Ex his digna memoratu, aut latiali sermone dictu facilia: à flumine Ana littore oceani oppidū Onoba, Lusturia cognominatū. Interfluentes Luxia & Vrium, Mariani montes. Bætis fluuius. Littus Corēse inflexo sinu. Cuius ex aduerso Gades, inter insulas dicendæ. Promontoriū Iunonis. Portus Besippo. Oppida Belon, Mellaria. Fretum ex Atlantico mari. Carteia, Tartessos à Græcis dicta. Mons Calpe. Deinde littore interno oppidū Berbesula cum fluuio. Item Salduba oppidū, Suel, Malaca cum fluuio fœderatorum. Dein Menoba cū fluuio. Sextifirmiū, cognomine Iulium. Sexi & Abdera. Murgis Bæticæ finis. Oram eam uniuersam originis Pœnorum existimauit M. Agrippa. Ab Ana aūt Atlantico oceano obuersa Bastulorum Turdulorumq; est. In uniuersam Hispaniā M. Varro peruenisse Iberos et Persas, & Phœnicas, Celtasq; & Pœnos tradit. Lusum enim Liberi patris ac Lysam cum eo bacchantem, nomen dedisse Lusitaniæ, & Pana præfectū eius. Vniuersa aūt quæ de Hercule ac Pyrene uel Saturno tradūtur, fabulosa in primis, ut arbitror. Bætis in Tarraconensi prouincia, nō ut aliq dixere Mentesa oppido, sed Tygēsi exoriēs saltū, iuxta quē Tader fluuiūs, q̄ Carthaginēsem agrū rigat: ille ocyor refugit Scipionis rogū, uersusq; in occasum, oceanū Atlāticum prouinciam adoptans petit, modicus primo, sed multorū fluminū*

capax,

capax, quibus ipse famã aquasq; aufert, Bæticæ primum ab Ossigetania infusus, amœno blandus aluco, crebris dextra læuaq; accolitur oppidis. Celeberrima inter hũc et oceani orã in mediterraneo Segeda, quæ Augurina cognominatur, Iulia quæ Fidentia, Virgao quæ Alba, Ebura quæ Cerealis, Eliberi qđ Liberini, Libida quæ Clausa, Stici quod Iuliẽses, Vesci quod Fauentia, Singilia, Hegua, Auia, Ebdanum, Agla minor, Hebura, Castra uinaria, Episibrium, Ipho noua, Illurco, & Osca, Escua, Sucubo, Nuditanum, Tuati uetus, Obuia Bastetaniæ uergẽtis ad mare. Conuentus uero Cordubẽsis circa flumẽ ipsum Oßigi, quod cognominatur Laconicũ, Illiturgi quod Forumiulium, Ipasturgi quod Triumphale, Sitia, et ·XIIII· miliũ passuũ remotũ in mediterraneo Obulco, quod Botificense appellatur. Mox Ripepora fœderatorũ, Sacili, Martialiũ, Onoba. Et dextra Corduba, colonia patritia cognominata. Inde primũ nauigabili Bæti. Oppida Carbulo, Decuma, fluuius Singulis, eodẽ Bætis latere incedens. Oppida Hispalensis conuentus, Celtiaca, Vacamana, Acria, Ilipa cognomine magna, Italica. Et à læua Hispalis colonia, cognomĩe Romulẽsis. Ex aduerso oppidũ Osset, quod cognominatur Iulia, Constantia. Virgentium, quod Iulij genitor. Hippo, Caurasiarum fluuius Menoba, & ipse à dextro latere infusus. Ac inter æstuaria Bætis oppidũ, Nebrissa cognomine: Veneria et

Colobo-

*Colobona, colonia Asta quæ Regia dicitur. Et ĩ mediterraneo Asida quæ Cæsariana. Singulis fluuius in Bætin, quo dictum est ordine, irrumpens, Astigitanam coloniam alluit, cognomine Augustam firmam, ab ea nauigabilis. Huius conuentus sunt reliquæ coloniæ, immunes Tucci, quæ cognominãtur Augusta gemella, Ituci quæ uirtus Iulia, Atubi quæ claritas Iulia, Vrso quæ Genua urbanorum: inter quæ fuit Mũda cũ Pompeij filio capta. Oppida libera, Astigi uetus, Ostippo. Stipendiaria Callet, Calucula, Castra gemina, Ilipula minor, Merucra, Sucrona, Obucula, Oningis. Ab ora uenti prope Monobam amnem & ipsum nauigabilem, haud procul accolunt Alontigiceli, Alostigi. Quæ autem regio à Bæti ad fluuium Anam tendit, extra prædicta Beturia appellatur, in duas diuisa partes, totidemq; gentes: Celticos qui Lusitaniam attingunt, Hispalensis conuentus: Turdulos qui Lusitaniam & Tarraconensem accolunt: iura Cordubam petunt. Celticos à Celtiberis ex Lusitania aduenisse manifestum est, sacris lingua oppidorum uocabulis, quæ cognominibus in Betica distinguuntur: Seria, quæ dicitur fama Iulia: Vertobrige, concordia Iulia: Segede, restituta Iulia, contributa Iulia. Vcultuniacum, quæ & Turiga nunc est: Laconimurgi, constantia Iulia: Teresibus fortunales, & Callensibus Emanici. Præter hæc in Celtica Acimbro, Arunda,*

*Aurunci,*

*Aurunci, Turobrica, Lastygi, Alpesa, Sisapone, Serippo. Altera Beturia quam diximus Turdulorum, et conuenuus Cordubensis habent oppida non ignobilia, Arsam, Mellariam, Mirobicam, regiones Osintiadis, Sisaponem. Gaditani conuentus ciuium Romanorum, Regina Latinorum, Regia, Carisa cognomine Aurelia, Vria cognomine castrum Iulium. Item Cæsaris Salutariensis. Stipendiaria Basiro, Belippo, Barbesula, Lacippo, Besippo, Callet, Cappagum, Oleatro, Icocio, Brana, Sarguntia, Andorisc. Porrò longitudinem uniuersam eius prodidit M. Agrippa. CCCCLXV. M. passuum, latitudinem. CCLVII. M. sed cum termini Carthaginem usque procederent, quæ causa magnos errores computatione mensuræ sæpius parit. Et dum alibi mutato prouinciarum modo, alibi itinerum auctis aut diminutis passibus, incubuere maria tam longo æuo, alibi processere littora, torsere se & fluminum aut correxere flexus. Præterea aliunde aliis exordium mensuræ est, & alia meatus: ita fit ut nulli duo concinant.*

*Bæticæ longitudo & latitudo.* Cap. .II.

B*Aeticæ lõgitudo nunc à Castulonis oppidi fine Gadeis. CCCCLXXV. M. et à Murgi maritima ora. XXII. M. pa. amplior. Latitudo à Carteiana ora. CCXXIIII. M. pas. Agrippam quidem in tanta uiri diligẽtia, prætereq; in hoc opere cura, cum orbẽ*

cũ orbẽ terrarũ urbi ſpectandũ proponeret cæce, erraſſe quis credat, et cũ eo diuũ Auguſtũ? Is nanq; complexam eum porticũ ex deſtinatione & comentarỹs, M. Agrippæ à ſorore eius inchoatã peregit.

Hiſpania citerior. Caput .III.

CIterioris Hiſpaniæ ſicut complurium prouinciarũ aliquantũ uetus forma mutata eſt, utpote cũ Pompeius magnus trophæis ſuis, quæ ſtatuebat in pyrenæo. DCCCXLVI. oppida ab alpibus ad fines Hiſpaniæ ulterioris in ditionẽ à ſe redacta teſtatus ſit. Nunc uniuerſa prouincia diuiditur in cõuentus ſeptẽ: Carthaginẽſem, Tarraconẽſem, Cæſarauguſtanũ, Clunienſem, Aſturũ, Lucenſem, Bracatũ. Accedũt inſulæ, quarũ mentione ſepoſita præter ciuitates contributas alijs, prouincia ipſa. CCXCIII. continet oppida. In ijs colonias. XII. Oppida ciuiũ Romanorum. XIII. Latinorum ueterum, XVIII. Fœderatorũ unũ. Stipẽdiaria. CXXXII. Primi in ora Baſtuli, poſt eos quo dicetur ordine intus recedentes Meteſani, Oretani, & ad Tagũ Carpentani, iuxta eos Vaccei, Vectones, & Celtiberi, Atrebaci. Oppida oræ proxima Vrci. Adſcriptũq; Beticæ Barea, regio Mauitania, mox Deitania. Dein Cõteſtania, Carthago noua, Colonia: cuius à promontorio quod Saturni uocatur, Cæſariã Mauritaniæ urbẽ. CLXXXVII. M. paſ. traiectus. Reliqua ĩ ora flumẽ Tader, Colonia immunis, Ilici, unde Ili

citanus

eitanus sinus, in eã cõtribuuntur: Icositania, mox latinorũ Lucentiũ, Dianiũ stipẽdiariũ, Sucro fluuius; et quondã oppidũ. Contestaniæ finis regio Edetana, amœno prætendente se stagno ad Celtiberos recedens. Valentia colonia. III. M. pass. à mari remota. Flumen Durias, tantundẽ à mari, Saguntũ ciuiũ Romanorum oppidũ, fide nobile: flumen Idubeda, regio Ilergoanũ. Iberus amnis nauigabili commercio diues, ortus in Cantabris haud procul oppido Iuliobrica. CCCCL. M. pas. fluens, nauiũ per. CCLX. M. à Varia oppido capax, quã propter uniuersam Hispaniam Græci appelauere Iberiã. Regio Cossetania, flumen Subi, colonia Tarraco Scipionũ opus; sicut Carthago Pœnorum. Regio Ilergetũ, oppidũ Subur, flumẽ Rubricatum, à quo Laletani & Indigetes. Post eos quo dicetur ordine intus recedẽtes radice Pyrenæi, Ausetani, Itani, Lacetani. Perq; Pyrenæũ Ceretani, dein Vascones. In ora autẽ colonia Barcine, cognomine Fauentia. Oppida ciuiũ Romanorũ, Betulo, Illuro. Flumen Larnũ blande, flumen Alba, Emporiæ, geminũ hoc, ueterũ incolarum & Græcorũ, qui Phocensiũ fuere soboles. Flumen Tichis. Ab eo Pyrenæa Venus in latere promontorij altero. XL. M. Nunc per singulos cõuentus reddentur insignia præter supradicta. Tarracone disceptãt populi. XLIIII. quorũ celeberrimi ciuiũ Romanorum Dertusani, Bigargitani: Latinorum Ausetani;

Cerretani

*tani, qui & Germani cognominantur, caputq; Celtiberiæ, Segobrigenses, Carpētani, et Toletani Tago flumini impositi. Dein Vicienses, Virgilienses. In cōuentū Cluniēsem Varduli ducūt populos. XIIII. ex quibus Labanēses tantū noīare libeat, Turmodigi quatuor, in quibus Segisamonenses, Segisamaiulienses. In eundē conuentum Carietes & Vennenses quinq; ciuitatibus uadunt, quarū sunt Velienses. Eodem Peledeones Celtiberorū quatuor populis, quorum Numantini fuere clari: sicut in Vacceorum XVIII. ciuitatibus Intercatinenses, Pallantini, Lacobricenses, Caucenses. Nam in Cantabris quatuor populis Iuliobrica sola memoratur: In Autrigonum decem ciuitatibus Tritium, et Virouesca. Areuacis nomē dedit fluuius Areua. Horū sex oppida, Saguntia & Vxama, quæ noīa crebro alijs in locis usurpantur, præterea Sagouia & noua Augusta, Termes, ipsaq; Clunia Celtiberiæ finis. Ad oceanū reliqua uergunt, Vardulią; ex prædictis et Cantabri. Iungūtur his Asturū. XII. populi, diuisi in Augustanos Asturica urbe magnifica. In ijs sunt Gyri, Pesici, Lancienses, Zoëlæ. Numerus omnis multitudinis ad CCLX. M liberorū capitū. Lucēsis cōuentus populorū est. XVI. præter Ceucos et Lebunos, ignominiosæ ac barbaræ appellatiōis. Sed liberorū capitū ferme. CLXVI. Sili mō Bracarū. XXIIII. ciuitates, . CCLXXV. capitū: ex qbus præter ipsos Bracaros*

Vibali,

Vibali, Celerini, Galleci, Acquesilici, Querquerni citra fastidiũ nominẽtur. Longitudo citerioris Hispaniæ est ad finẽ Castulonis à Pyrenæo, sexcenta septẽ. M. pass. & ora paulo amplius. Latitudo à Tarracone ad littus Olarsonis. CCCVII. E radicibus Pyrenæi, ubi cuneatur angustijs inter duo maria paulatim, deinde se pandens, qua cõtingit ulteriorẽ Hispaniam, tantundẽ et amplius latitudinẽ adijcit. Metallis plumbi, ferri, æris, argenti, auri, tota fermè Hispania scatet. Citerior & specularibus lapidibus: Bætica & minio. Sunt & marmorum lapidicinæ. Vniuersæ Hispaniæ Vespasianus imperator Augustus iactatus procellis, reip. latij ius tribuit. Pyrenæi montes Hispanias Galliasq; disterminant, promontorijs in duo diuersa maria proiectis.

Martia. Capel. sexcẽta septuaginta milia.

## Narbonensis prouincia. Caput .IIII.

NArbonensis prouincia appellatur pars Galliarum quæ interno mari alluitur, Bracata ante dicta, amne Varo ab Italia discreta, alpiumq; saluberrimis Romano imperio iugis. A reliqua uero Gallia latere septentrionali, montibus Gebenna et Iura: agrorũ cultu, uirorũ morumq; dignatione, amplitudine opum nulli prouinciarũ postferenda, breuiterq; Italia uerius q̃ prouincia. In orã regio Sardonũ, intusq; Consuaranorũ. Flumina Telin & Obrin. Oppida, Illiberis, magnæ quondam urbis tenue uestigium, Ruscino Latinorum, flumen Atax e

Pyrenæo

*Pyrenæo Rubrensem permeans lacum: Narbo Martius, decumanorũ colonia. XII. M. passuũ à mari distans. Flumina, Araris, Liria. Oppida de cætero rara, præiacentibus stagnis, Agatha quondã Massiliensium, & regio Volcarum, Tectosagũ: atq; ubi Rhoda Rhodiorũ fuit, unde dictus multo Galliarũ fertilissimus Rhodanus fluuius, ex alpibus se rapiens per Lemanũ lacum, segnemq; deferens Ararim, nec minus seipso torrentẽ Isaram, & Druentiam. Libyca appellantur duo eius ora modica. Ex his alterũ Hispaniense, alterũ Metapinũ, tertium idemq; amplissimum Massalioticũ. Sunt autores, & Heracleã oppidum in ostio Rhodani fuisse, ultra fossam ex Rhodano centum passibus, Marij opere & nomine insigne stagnum: Astromela oppidum, maritima Auaticorum, superq; campi lapidei, Herculis præliorum memoria: Regio Anataliorum, et intus Desuuiatiũ, Cauarumq;. Rursus à mari Tricoriũ, & intus Tricollorum, Vocontiorum, & Segouellannorum, mox Allobrogum, ac in ora Massilia Græcorum Phocẽsium fœderata. Promontorium nomine Citharista, portus, regio Clamatullicorum. Dein Suelteri, supraq; Verucini. In ora autẽ hac Athenopolis Massiliensium: Forum Iulij Octauianorũ colonia, quæ Pacensis appellatur, & Classica: amnis in ea argenteus. Regio Oxybiorum, Ligaunorumq;, super quos Suebri, Quariates, Adunicates. At in ora oppidum*

*Hæc prælia in ab Hercule cõmissa Põ. Mela in descriptione Galliæ latius prosequtur Soli. tamen et Mar. Capella ea non in Gallia Narbonẽsi sed Liguria cõ*

mißa esse scribunt: Vnde & lapidarios cāpos ob id dictos.

Latinum Antipolis. Regio Deciatium: amnis Cema, ex alpium monte Cemeno profusus. In mediterraneo colonia Arelate sextanorum, Blitteræ septumanorum, Arausio secundanorum. In agro Cauarum Valentia, Vienna Allobrogū. Oppida latina, Aquæ sextiæ Salyorum, Auenio Cauarum, Aptaiulia Vulgientium, Alebeceriorum, Apollinarium, Alba Heluorū, Augusta Tricastinorū, Anatilia, Aeria, Bormannico, Macina, Cabellio, Carcasum, Volcarū, Tectosagum, Cessero, Carpētoracte, Meminorum, Cenicenses, Cambolectri, qui Atlātici cognominātur. Forum foconij, Glanum Liuij, Leuteuani, qui et Froneroniēses, Nemausum Arecomicorum, Piscenæ, Ruteni, Sanagenses, Tolosani. Tectosagij Aqtaniæ contermini, Tascodunitari, Cononienses, Vmbranici: Vocontiorū ciuitatis fœderatæ duo capita, Vasco æt lucus Augusti. Oppida uero ignobilia. XIX. sicut. XXIIII. Nemausiensibus attributa. Adiecit formulæ Galba imperator ex inalpinis Auanticos, atque Ebroduntios, quorum oppidum Dinia. Longitudinem prouinciæ Narbonensis. CCCLXX M. passuum Agrippa tradit, latitudinē. CCXLVIII.

Italia, Tiberis, Roma, Campania.

Caput .V.

ITalia dehinc, primiq; eius Ligures, mox Hetruria, Vmbria, Latium, ubi Tiberina ostia, & Roma terrarū caput. XVI. M. pas. interuallo à mari. Vol

scorum

ſcorũ poſtea littus et Cãpaniæ, Picentiũ inde, ac Lucanũ Brutiũq;: quo lõgiſſime in meridiẽ, ab alpium pene lunatis iugis, in maria excurrit Italia. Ab eo Græciæ ora, mox Salẽtini, Pediculi, Apuli, Peligni, Ferẽtani, Marrucini, Veſtini, Sabini, Picẽtes, Galli, Vmbri, Hetruſci, Veneti, Carni, Iapides, Iſtri, Liburni. Nec ignoro ingrati ac ſegnis animi exiſtimari poſſe merito, ſi breuiter atq; in trãſcurſu, in hunc modũ dicatur terra, oĩm terrarũ alũna eadẽ & parens, numine deũ electa, quæ cælũ ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, ritusque molliret: & tot populorum diſcordes ferasq; linguas, ſermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuiter que una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Et quid agam? Tanta nobilitas omnium locorum, quos quis attigerit, tanta rerum ſingularum populorumq; claritas tenet. Vrbs Roma, uel ſola in ea, & digna etiam ſe ſta ceruice facies, quo tandem narrari debet opere? Et qualiter Campaniæ ora per ſe, felixq; illa ac beata amœnitas? ut palã ſit, uno in loco gaudẽtis opus eſſe naturæ. Iam uero tota ea uitalis ac perennis ſalubritatis cæli tempies eſt, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxij ſaltus, tam opaca nemora, tam munifica ſyluarũ genera, tot mõtium afflatus, tanta frugum & uitium, olearumq; fertilitas, tam nobilia pecori uellera, tot opima tauris colla, tot la

Italiæ laus longe lateq; hic à Plinio enarratur.

ſtro nouo Adriatici maris Alſium ad Thuſcũ æquor, haud ullo in loco.CC.in latitudinem excedẽs. Vniuerſæ aũt ambitus à Varo ad Arſiam.XXX.miliũ paſſuum.LVIII.efficit. Abeſt à circundatis terris Iſtria ac Liburnia quibuſdã locis.C.M.paſſuũ.Ab Epiro & Illyrico.L.Ab Africa minus.CC.ut autor affirmat Varro. Ab Sardinia.CXX.miliũ. A Sicilia .M.D. A Corſica minus. LXX.Ab Iſſa.L. Incedit per maria cæli regione ad meridiẽ quidem. Sed ſiquis diligenti ſubtilitate id exigat, inter ſextã horam primamq; brumalẽ. Nunc ambitum eius urbesq; enumerabimus.Qua in re præfari neceſſarium eſt,autorẽ nos diuum Auguſtũ ſecuturos, deſcriptionemq; ab eo facta Italiæ totius in regiones.XI. Sed ordine eo qui in littorũ tractu fiet, urbium quidem uicinitates oratione utique præpropera ſeruari non poſſe: itaq; interiori in parte digeſtionẽ in literas eiuſdem nos ſecuturos,coloniarũ mentione ſignata,quas ille in eo prodidit numero. Nec ſitus origineſq; pſequi facile eſt, in Caunis Liguribus(ut cæteri omittantur) agro tricies dato. Igitur ab amne Varo Nicea oppidum à Maßiliẽſibus conditũ.Fluuius Padus,alpes, populiq; inalpini multis nominibus,ſed maxime capillati oppido Vendiatiorũ,ciuitas Cemenelio, Portus Herculis Monœci, Liguſtica ora.Ligurũ celeberrimi ultra alpes Sallyi,Deceates,Oxybij,Ceutrones,Caturgies,et Caturigibus

orti Vageni, Statyelli, Vibelli, Magelli, Euburiates, Casmonates, Veliates, & quorũ oppida in ora proxĩa dicemus. Flumẽ Rutuba, oppidũ Albiũ, Intemeliũ, flumẽ Merula, oppidũ Albingaunũ, portus uadũ Sabatium, flumen Porcifera, oppidum Genua, fluuius Feritor, portus Delphini, Tigulia, intus Segesta Tiguliorum, flumen Macra, Liguriæ finis. A tergo autem supradictorum omnium Apenninus mons Italiæ amplissimus, perpetuis iugis ab alpibus tendens ad Siculum fretum. Ab altero eius latere ad Padum amnem Italiæ ditissimum, omnia nobilibus oppidis nitent. Libarna, Dertona colonia, Trira, Barderatæ, Industria, Polentia, Carrea quod potentia cognominatur. Forofului quod Valentinum. Augusta Vaciẽnorum, Alba pompeia, Asta, aquæ Statyellorum. Hæc regio ex descriptione Augusti nona est. Patet ora Liguriæ inter amnes Varum & Macrã CCXI. M. pass. Adnectitur septimæ in qua Hetruria est ab amne Macra, & ipsa mutatis sæpe nominibus. Vmbros inde exegere antiqtus Pelasgi. Hos Lydi, à quorũ rege Tyrrheni, mox à sacrifico ritu lingua Græcorum Thusci sunt cognoĩati. Primũ Hetruriæ oppidũ Luna portu nobile. Colonia Luca à mari recedens, propiorq; ipsa inter amnes * Auserẽ et Arnũ orta à Pelope Pisisq;, siue à Tenucanis Græca gente. Vada Volaterranea, fluuius Cecinna, Populoniũ Hetruscorũ quondã: hoc tantum in littore.

Nona Italiæ regio.

* Aesarẽ Strabo.

Hinc

Hinc amnes Prille, mox Vmbro nauigiorũ capax, & ab eo tractus Vmbriæ portusq; Telamõ, Coßa, Volcientiũ à populo Ro. deducta, Grauiscæ, Castrũ nouũ, Pyrgi, Cæretanus amnis, et ipsum Cære intus M. paß. quatuor, Agylla à Pelasgis conditoribus dictũ: Alsiũ, Phregene. Tiberis amnis à Macra. CC LXXXIIII. M. paß. Intus coloniæ Falisca Argis orta (ut autor est Cato) quæ cognominatur Hetruscorũ lucus. Coloniæ Rusellana, Senensis, Cirtona. De cætero Aretini ueteres, Aretini fidẽtiores, Aretini Iulienses, Amitinenses, Aquenses cognoĩe Taurini, Blerani, Cortonenses, Capinates, Clusini noui, Clusini ueteres, Fluẽtini præfluenti Arno appositi, Fesulæ, Ferentinũ, Fescennia, Hortanũ, Herbanũ, Nepeta. Nouem pagi præfecturæ Claudiæ, Foroclodij, Pistoriũ, Perusia, Suanenses, Saturnini qui ante Aurinini uocabantur, Sudertani, Statones, Tarquinienses, Thuscanięses, Vetulonięses, Veientani, Vesentini, Volaterrani cognoĩe Hetrusci, Volsciniẽses in eadẽ parte. Oppidorũ ueterũ noĩa retinent agri Crustuminus, Caletranus. Tiberis antea Tibris appellatus, et prius Albula, è media ferè longitudine Apennini finibus Arctinorũ profluit, tenuis primo, nec nisi piscinis corriuatus, emissusq; nauigabilis, sicuti Tinia et Glanis influentes in eũ, nouenorũ ita conceptu dierũ, si non adiuuẽt imbres: sed Tiberis propter aspera & confragosa, ne sic quidẽ præ-

Hos Angelus Poli. in epi. ad Petrum Med. Florẽtinos eẽ contendit.

*terq̃ trabibus uerius q̃ ratibus longe meabilis fertur, per.* CL. M. *pass. nõ procul* Tiferno *Perusia & Otriculo, Hetruriam ab Vmbris ac Sabinis, mox citra.* XIII. M. *pass. urbis* Veientẽ *agrum à* Crustumino, *dein* Fidenate, *Latinũq; à* Vaticano *dirimẽs. Sed intra Tiniam & Glanim duobus et.* XL. *fluuiis auctus, præcipuis aũt* Nare *et* Aniene, *qui & ipse nauigabilis, Latium includit à tergo, nec minus tamen aquis ac tot fontibus in urbẽ perductis. Et ideo quãlibet magnarũ nauiũ ex* Italo *mari capax, rerũ in toto orbe nascentiũ mercator placidissimus. Pluribus propè solus q̃ cæteri in oĩbus terris amnes, accolitur aspiciturq; uillis. Nulliq; fluuiorũ minus licet inclusis utrinq; lateribus, nec tamẽ ipse pugnat: quanq̃ creber ac subitis incrementis, & nusquã magis aquis q̃ in ipsa urbe stagnantibus. Quinimò uates intelligitur potius ac monitor, auctu semp religiosus uerius q̃ sæuus. Latium antiquũ à* Tiberi Circeios *seruatũ est.* M. *pas.* L. *lõgitudine. Tam tenues primordio imperij fuere radices. Colonis sæpe mutatis tenuere alij alijs tẽporibus,* Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutyli. *Et ultra* Circeios Volsci, Osci, Ausones, *unde nomen modo Latij processit ad* Lirin *amnẽ. In principio est* Ostia *colonia à Romano rege deducta. Oppidum* Laurentũ, *lucus* Iouis *indigetis, amnis* Numicius, Ardea *à* Danaẽ Persei *matre condita. Dein quondã* Aphrodisiũ,

*Antium colonia. Astura flumen & insula. Fluuius Nymphæus, Clostra Romana. Circeij quondã insula immenso quidẽ mari circundata (si creditur Homero) at nunc planicie. Mirũ est quod hac de re tradere hominũ notitiæ possumus. Theophrastus, qui primus externorũ aliqua de Romanis diligentius scripsit, (nam Theopompus ante quẽ nemo mentionem habuit, urbẽ duntaxat à Gallis captam dixit: Clitarchus ab eo proximus, legationẽ tantũ ad Alexandrũ missam) hic iam plusq̃ & fama, Circeiorũ insulæ et mensurã posuit stadia. LXXX. in eo uolumine quod scripsit Nicodoro Atheniensiũ magistratui, qui fuit urbis nostræ. CCCCLX. anno. Quicquid est ergo terrarũ præter. X. M. pass. propè ambitus, adnexũ insulæ. Post eum annũ accessit Italiæ aliud miraculum. A Circeis palus Pontina est, quẽ locũ. XXIII. urbium fuisse Mutianus ter cõsul prodidit: Dein flumen Vfens, supra quod Terracina, oppidũ lingua Volscorũ Anxur dictũ. Ibi fuere Amyclæ à serpentibus deletæ. Dein lacus Fundanus, Caieta portus. Oppidũ Formiæ, antiqua Læstrygonũ sedes. Vltra fuit oppidũ Pyræ, colonia Minturnæ, Liri amne diuisa Glanico appellato. Oppidũ Sinuessa extremum in adiecto Latio, quã quidã dixere Sinopẽ uocitatã. Hinc felix illa Campania est. Ab hoc sinu incipiunt uitiferi colles, & temulentia nobilis, succo per oẽs terras inclyto, atq; (ut ueteres dixere) summũ Liberi patris*

*Theoprastus primus externorum, aliqua de Romanis diligentius scripsit.*

ri patris cũ Cerere certamen. Hinc Setini et Cæcu
bi obtẽduntur agri. His iunguntur Falerni, Caleni.
Dein cõsurgunt Maßici, Gaurani, Surrẽtiniq; mon
tes. Ibi Laborini campi sternũtur, & in delicias ali
cæ politur meßis. Hæc littora fontibus calidis rigã
tur: prætereq; cætera in toto mari cõchylio & pisce
nobili annotantur. Nusquã generosior oleæ liquor.
Et hoc quoque certamen humanæ uoluptatis tenue-
re Osci, Græci, Vmbri, Thusci, Campani. In ora Sa
uo fluuius, Vulturnum oppidũ cum amne, Liternũ,
Cumæ Chalcidẽsium, Misenũ, portus Baiarum, Bau
li, lacus Lucrinus, & Auernus, iuxta quem Cimme
rium oppidũ quondam. Dein Puteoli colonia, Dicæ-
archia dicti: postq; Phlegræi cãpi, Acherusia palus
Cumis uicina. Littore autem hoc, Neapolis Chalci-
densium, et ipsa Parthenope à tumulo Sirenis appel
lata: Herculanium, Pompeij, haud procul aspectãte
monte Vesuuio. Alluẽte uero Sarno amne, ager Nu
cerinus est: et. IX. M. passuum à mari ipsa Nuceria:
Surrentũ cũ promontorio Mineruæ, Sirenũ quondã
sede, nauigatiõe à Circeis duodeoctoginta mil. paß.
patet. Regio ea à Tiberi prima Italiæ seruatur, ex
descriptiõe Augusti. Intus coloniæ: Capua *ab. XI.
Cãpo dicta: Aquinũ, Suessa, Venafrũ, Sora, Teanũ
Sidicinũ cognoĩe, Nola. Oppida Abellinũ, Aritia,
Alba lõga, Acerani, Allifani, Atinates, Aletrina-
tes, Ãnagnini, Atellani, Æfulãi, Arpinates, Auxini

*Ab undecia, subaudiendum est urbe, ut intelligatur ipsa Capua duodecima, uidelicet quæ reliquarũ, hoc ẽ, ĩter .XII. tanq̃ caput et esset & haberetur: unde et nomẽ illi ĩditũ esse Strabo asserit. Vel ut Plinius ait, à Cãpo urbe, dicta Capua, in hoc(ut Her

Anagnini ab Anagnia Civitate antiquissima
Hernicorum caput fertilissima civitas seu eius
habitatores ... pigri laborisq. inimici
qui ... [illegible]
ab ... [illegible]
... apud iudices

ates, Auxellani, Alfaterni. Et q̃ ex agro Latino, itẽ Hernico, itẽ Labicano cognoĩati: Bouillæ, Calatiæ, Casinũ, Calenũ, Capitulũ, Cernetũ, Cernetãi q Mariani cognoĩantur: Corani à Dardano Troiano orti: Cubulterini, Castrimoniẽses, Cingulani: Fabiẽses, in monte Albano Foropopuliẽses. Ex Falerno Frusinates, Ferentinates, Freginates, Frabaterni ueteres, Frabaterni noui, Ficolenses, Fregellani, Foroappi, Forẽtani, Gabini, Interãnates, Succasani q et Lirinates uocãtur, Ilionẽses, Lauinij, Norbani, Nomẽtani, Prænestini, urbe quondã Stephane dicta. Priuernates, Setini, Signini, Suessulani, Telini, Trebulani cognoĩe Balmenses, Trebani, Tusculani, Nerulani, Veliterni, Vlubrẽses, Vluarnates, supq́; Roma ipsa: cuius nomẽ alterũ dicere, arcanis ceremoniarũ nefas habetur: optiáq; et salutari fide abolitũ annunciauit Val. Soranus, luitq; mox pœnas. Non alienũ uidetur inserere hoc loco exemplũ religionis antiquæ, ob hoc maxime silentiũ institutæ. Nanq; diua Angerona, cui sacrificatur ad diem. XII. Kal. Ianuarij, ore obligato obsignatoq; simulacrũ habet. Vrbem tris portas habentem Romulus reliquit, aut (ut plurimis tradentibus credamus) quatuor. Mœnia eius collegere ambitu, imperatoribus censoribusq; Vespasianis anno cõditæ. DCCCXXVIII. pas. XIII. M.CC. Cõplexa mõtes. VII. Ipsa diuiditur in regiones. XIIII. Compita earum. CCLXV. pas. eiusdem

spatij

moldus sentit) Eustathium secutus: alij à cãporũ planicie Steph. à Capy Troiano, ἀπὸ κάπυος τοῦ τρωϊκοῦ.

De hoc ipso Soli. in prin. operis memo. Plini. item li. 28. ca. 2.

De hac urbis diuisiõe ĩ reg. 14. habes P. Victoris libel. non oĩno contemnendum.

*spatij mensura currente à miliario in capite Ro. fori statuto ad singulas portas, quæ sunt hodie numero .XXXVII. ita ut .XII. portæ semel numerentur, prætereãturq; ex ueteribus .VII. quæ esse desierũt. Efficit passuũ p directũ .XXX.M.DCC.LXV. Ad extrema uero tectorũ cum castris prætorijs ab eodẽ miliario p uicos omnium uiarum mensura colligit paulo amplius .LXX.M. pas. Quod si quis altitudinẽ tectorum addat, dignã profecto extimationem cõcipiat, fateaturq; nullius urbis magnitudinẽ in toto orbe potuisse ei comparari. Clauditur ab oriente aggere Tarqnij Supbi, inter prima opere mirabili. Nanq; cum muris æquauit, qua maxime patebat aditu plano. Cætero munita erat præcelsis muris, aut abruptis montibus, nisi qđ expatiantia tecta multas addidere urbes in prima regione. Præterea fuere in Latio clara oppida, Satricũ, Pometia, Scaptia, Pitulum, Politorium, Tellene, Tifata, Cænina, Ficulnea, Crustumerium. Ameriola, Medullia, Corniculum, Saturnia, ubi nũc Roma est.* Antipolis qđ nunc Ianiculum in parte Romæ. Antenna, Cameriũ, Collatia, Amiternum, Norbe, Sulmo, et cum his car nem in monte Albano soliti accipere ppli Albenses, Albani, Aesolani, Acienses, Abolani, Bubetani, Bolani, Cusuetani, Coriolani, Fidenates, Foretij, Hortenses, Latiniẽses, Longulani, Manates, Macrales, Mutucumẽses, Olliculani, Octulani, Pedani, Pollustini,*

*Aenei polis. Hermo. Bar.*

*Hæc ẽ illa carnis p pplm distributio, quæ & uisceratiõ dicebatur. De*

ſtini, Querquetulani, Sicani, Siſolenſes, Tolerienſes, Tutiẽſes, Vimitellarij, Veliẽſes, Venetulani, Vicellenſes. Ita antiquo Latio. LIII. populi interiere ſine ueſtigijs. In Campano autẽ agro Stabiæ oppidum fu it uſq; ad Cn. Põpeium & L. Carbonẽ coſſ. à pridie Kalen. Maij, quo die Sylla legatus bello ſociali id de leuit, qđ nunc in uillas abijt. Intercidit ibi & Taurania. Sunt et morientis Scalini reliq̃æ. Præterea au tor eſt Antias, oppidũ Latinorum Apiolas captũ à L. Tarquinio rege, ex cuius præda Capitolium is in fine inchoauerit. A Surrentino ad Silarum amnem .XXX. M. paſſ. ager Picẽtinus fuit, Thuſcorum tẽ plo Iunonis Argiuæ ab Iaſone cõdito inſignis. Intus oppidum Salerni, Picentia. A Silaro regio tertia & ager Lucanus Brutiusq; incipit, nec ibi rara incola rum mutatio. Tenuerũt eã Pelaſgi, Oenotrij, Itali, Morgetes, Siculi, Græciæ maxime populi, nouißime Lucani à Sãnitibus orti duce Lucio. Oppida Pæſtũ à Græcis Poſidonia appellatum, ſinus Pæſtanus, oppi dum Helia, quæ nunc Velia. Promontorium Palinu rum: à quo ſinu recedente traiectus ad columnã Rhe giam. C. M. paſſus. Proximum aũt huic flumen Mel phes. Oppidum Buxentũ græce Pyxus, Laüs amnis: fuit & oppidum eodem nõie.. Ab eo Brutium littus, oppidũ Blanda, flumen Batũ, portus Parthenius & Phocenſiũ ſinus, Vibonenſis locus, Clampetiæ, oppi dum Tempſa à Græcis Temeſe dictũ, & Crotonien

ſium

hæc & Liuius .4. dec. lib. 3. haud procul à princi.

Strabo li. 4. μέχρι τοῦ τ ἐγγύης στυ λίθου πος θμοῦ

sium Terina, sinusq; ingens Terinus. Oppidũ Consentia. Intus in peninsula fluuius Acheron, à quo oppidani Acherontini. Hippo quod nunc Vibonẽ Valentiam appellamus. Portus Herculis, Metaurus amnis. Tauraniũ oppidum, portus Orestis & Medma. Oppidum Scylleũ, Cratis fluuius, pater (ut dixere) Scyllæ. Dein columna Rhegia: Siculũ fretum: ac duo aduersa promontoria, ex Italia Cænys, ex Sicilia Pelorũ. XII. stadiorũ interuallo. Vnde Rhegiũ XII. M. D. pas. Inde Apennini sylua, promõtorium Leucopetra. XII. M. paß. Ab ea Locri, cognominati à promontorio Zephyrio, absunt à Silaro. CCCIII. M. pass. Et includitur Europæ sinus primus, in eoq; maria nuncupãt. Vnde irrupit Atlãticũ, ab alijs magnũ: qua intrat, Porthmos à Græcis: à nobis Gaditanũ fretũ, cum intrauit: Hispanũ quatenus Hispanias alluit: ab alijs Ibericum, aut Balearicum: mox Gallicũ ante Narbonensem prouinciã, hinc Ligusticũ. Ab eo ad Siciliam insulã, Thuscum: quod ex Græcis alij Notium, alij Tyrrhenum, è nostris plurimi inferũ uocãt. Vltra Siciliam quod est ad Salentinos, Ausonium Polybius appellat. Eratosthenes aũt inter ostiũ oceani & Sardiniam quicqd est, Sardoum. Inde ad Siciliam Tyrrhenũ. Ab hac Cretam usq; Siculũ. Ab ea Creticũ. Insulæ per hæc maria primæ omniũ Pityusæ à Græcis dictæ, à frutice pineo, nunc Ebusus uocatur utraq; ciuitate fœderata angu-

rata angusto freto interfluente, patent. XLII. M. pass. Absunt à Dianio septingẽtis stadijs, totidẽ Dianium per continentẽ à Carthagine noua. Tantundẽ à Pityusis in altũ Baleares duæ, & Sucronẽ uersus Colubraria. Baleares funda bellicosas, Græci gymnasias dixere. Maior. C. M. pass. longitudine: circuitu uero. CCCCLXXX. M. Oppida habet ciuiũ Romanorũ Palmã et Pollentiã, latina Ciniũ & Cunici, quod fœderatum Bochorũ fuit. Ab ea. XXX. M. pass. distat minor, longitudine. LX. M. circuitu CL. M. passuũ. Ciuitates habet Iamnonẽ & Magonẽ. A maiore. XII. M. paßuũ, in altũ abest Capraria, insidiosa naufragijs, & è regione Palmæ urbis Meraria ac Triquadra * pua Hãnibalis. Ebusi terra serpẽtes fugat, Colubrariæ parit. Ideo infesta oĩbus, nisi Ebusitanã terrã inferentibus: Græci Ophiusam dixere. Nec cuniculos Ebusus gignit, populãtes Baleariũ messes. Sunt aliæ. XX. fermè paruæ mari uadoso. Galliæ aũt hinc ora, in Rhodani ostio Metina, mox quæ Blascon uocatur, tres Stœchades à uicinis Maßiliensibus dictæ propter ordinẽ, quas item nominãt singulis uocabulis, Proten & Mesen, quæ & Pomponiana uocatur, tertia Hypæa. Ab his Sturium, Phœnice, Phila, Lero, & Lerina aduersum Antipolim, in qua Vergoani oppidi memoria. *Patria.

## De Corsica. Caput .VI.

IN Ligustico mari est Corsica, quam Græci Cyr-

non ppel

*non appellauere, sed Thuſco propior à ſeptẽtrione in meridiẽ proiecta, longa paſ. CL.M. lata maiore ex parte .L. Circuitu .CCCXXII.M. Abeſt à uadis Volaterranis .LXII.M. paſſuũ. Ciuitates habet .XXXIII, & colonias Marianã à Mario deductã, Aleriã à dictatore Sylla. Citra eſt Oglaſa: intra uero. LX. M. paſſ. à Corſica Planaria, à ſpecie dicta æqualis freto, ideoq; nauigijs fallax. Amplior Vrgo & Capraria, quã Græci Aeglon dixere. Itẽ Egilium & Dianiũ quã Artemiſiã, ambæ cõtra Coſanũ littus, et Barpona, Menaria, Colubraria, Venaria: Ilua cũ ferri metallis, circuitu .C. paſſ. à Populonia .X. milibus, à Græcis Aetalia dicta. Ab ea Planaſia .XXXIX. M. Ab his ultra Tiberina oſtia in Antiano Aſtura, mox Palmaria, Sinonia, aduerſũ Formias Pontiæ. In Puteolano aũt ſinu Pãdataria, Prochyta nõ ab Aeneæ nutrice, ſed quia profuſa ab Aenaria erat. Aenaria ipſa à ſtatione nauiũ Aeneæ, Homero Inarime dicta, græcis Pithecuſa, non à ſimiarũ multitudine (ut aliq exiſtimauere) ſed à figulinis doliariorũ. Inter Pauſilpium & Neapolim Megaris: mox à Surrento .VIII.M. paſſuum diſtantes, Tiberij principis arce nobiles Capreæ, circuitu .XL.M. paſſuum .CX. Leucothea. Extra quem conſpectum pelagus Africam attingẽs. Sardinia minus .IX.M. paſ. à Corſicæ extremis, etiamnum anguſtias eas arcentibus inſulis paruis, quæ Cuniculariæ appellantur, item*

Home. Ilia. 2. ὅτε ἀμφὶ τυφωέϊ γαῖαν ἱμάσσῃ εἰν ἀρίμοις, ὅθι φασὶ τυφωέος ἔμμεναι εὐνὰς. Hunc Homeri ſenſum Verg.

tur, itemq; Phytonis fossæ, à quibus fretũ ipsum Taphros nominatur.

.9. Ae. ita propemodum expressit: Tũ sonitu Prochyta al. tremit. etc̃.

De Sardinia. Caput .VII.

SArdinia ab oriẽte patens. CLXXXVIII. M. pas. Ab occidente. CLXX. M. A meridie. LXXIIII. M. à septẽtrione. CXXII. Circuitu. DLXII. M. Abest ab Africa Calaritano promõtorio ducẽta milia, à Gadibus quatuordecies centena. Habet et à Gorditano promõtorio duas ĩsulas quæ uocãtur Herculis, à Sulchensi Enosin, à Calaritano Ficariã. Quidam haud procul ab ea etiam Beleridas ponunt & Collodẽ, & quam uocãt Heras lutra. Celeberrimi in ea populorũ * Ilienses, Balarij, Corsi. Oppidorũ, XIIII. Sulchitani, Valentini, Neapolitani, Bocẽses, Calaritani ciuiũ Romanorũ, & Norenses. Colonia aũt una, quæ uocatur ad turrim Libysonis. Sardiniã ipsam Timæus Sandaliotin appellauit ab effigie soleæ, Myrsilus Ichnusam à similitudine uestigij. Contra Pæstanum sinũ Leucasia est, à Sirene ibi sepulta appellata. Contra Veliam, Pontia, et Isacia, utræq; uno noĩe Oenotrides, argumentũ possessæ ab Oenotrijs Italiæ: & contra Vibonem paruæ, quæ uocantur Ithacesiæ, Vlyssis specula.

* Iolenses.

De Sicilia. Caput .VIII.

VErum ante omnes claritate Sicilia, Sicania à Thucydide dicta, Trinacria à pluribus, aut Triquetra à triangula specie. Circuitu patens,

i ut autor

ut autor est Agrippa.D.CXVIII.M.pass. quondā Brutio agro cohærens, mox interfuso mari auulsa. XII.M.in longitudinē freto:in latitudinē autē.M. .D.iuxta columnam Rhegiam. Ab hoc dehiscendi argumēto, Rhegiū Græci nomē dedere oppido, in margine Italiæ sito. In eo freto est scopulus Scylla, item Charybdis, mare uorticosum, ambo clara sæuitia. Ipsius Triquetræ, ut diximus, promōtorium Pelorus uocatur, aduersus Scyllam uergens in Italiā, Pachynum in Græciā, CXLIIII.M.ab eo distante Pelopōneso: Lilybæū in Africā.CLXXX.M.interuallo à Mercurij promontorio: et à Calaritano Sardiniæ .CXX.M. Inter se aūt hæc promōtoria late distant his spatijs. Terreno itinere à Peloro Pachynū.CLXVI.M.pass. Inde Lilybæū.CC.M.Inde Pelorum CLXX.M.Coloniæ ibi urbes ac ciuitates.LXXII. A Peloro mare Ionium ora spectante, oppidū Messana ciuiū Ro.qui Mamertini uocātur. Promontoriū Drepanū, colonia Tauromininum, quæ antea Naxos, flumē Asines, mons Aetna nocturnis mirus incēdijs. Crater eius patet ambitu stad.XX. Fauilla Tauro minium & Catanā usq; peruenit feruens, fragor uero ad Maronē et gemellos colles. Scopuli tres Cyclopū, portus Vlyssis, colonia Catana. Flumina Symæthum, Terias. Intus Læstrygonii cāpi. Oppida, Leōtini, Megaris, amnis Pantagies. Colonia Syracusæ, cum fonte Arethusa. Quanq̄ et Temenitis, et Archidemisa, &

Rhegium græce ῥήγιον ἀπὸ τοῦ ῥηγνύειν, hoc est à rumpendo siue dehiscēdo. Nam qđ rumpitur, dein mox dehiscit.

Læstrygonij campi dicti à Læstrygōibus

Temisa, et Margaea, et Cyane, et* Milichie fontes in Syracusano potātur agro. Portus Nausiathmus, flumen Elorū, pmontoriū Pachynū: à qua fronte Siciliæ flumē Hirminiū, oppidū Camarina, fluuius Gelas, oppidū Agragas, qđ Agrigētum nostri dixere. Thermæ colonia, amnes Atys, et Hypsa, & Selinus. Oppidū Lilybæū, ab eo promontoriū, Drepana, mōs Eryx. Oppida Panhormū, Selinus, Himera, cum fluuio Cephalœdis, Aleūtium, Agathyrsum, Tyndaris colonia, oppidū Myle, & unde cœpimus Pelorus. Intus latinæ cōditionis Centuripini, Nepini, Segestani stipēdiarij, Assorini, Aetnēses, Agyrini, Acestci, Acrenses, Bidini, Citarij, et Cacirini. Drepanitani, Ergetini, Eccstiēses, Erycini, Entellini, Nætini, Edini, Enguini, Gelani, Galatini, Halesini, Henēses, Hyblenses, Herbitēses, Herbessenses, Heubulēses, Halicyenses, Hadranitani, Imacarēses, Ichanēses, Iætenses, Mutustratini, Magellini, Murgētini, Mutyētes, Menanini, Naxij, Noœni, Petrini, Paropini, Pinthiēses, Semellitani, Scherini, Selinūtij, Symæthij, Talariēses, Tißinēses, Triocalini, Triraciēses, Zanclæi Messeniorū. Horū in Siculo freto, sunt insulæ, in Africā uersæ, Gauros, Melita à Cameria. LXXXIIII M. p. Lilybæo. CXIII: Cosyra, Hieronesos, Cæne, Galatha, Lopadusa, Aethusa, quā alij Aegusam, Bucinna Aetnæ, & à Solūte. LXXV. M. Osteodes, contraq; Paropinos Vstica. Citra uero Siciliam ex ad-

q(ut Steph. de urbibus ex Thuc. scribit) primi cū Cyclopibus Siciliā inhabitauerunt: λαιςϱυγόνες, inquit, πρῶτοι μετὰ κυκλώπων ὤκησαν σικιλίαν.

* Miline.

uerso Metauri amnis. XII. milibus fermè passuū ab Italia. VII. Aeoliæ appellatæ. Eædem Lipareorum & Hephæstiades à Græcis, à nostris Vulcaniæ, Aeoliæ, quod Aeolus Iliacis temporibus ibi regnabat.

De Lipara Caput .IX.

Lipara cum ciuiū Ro. oppido, dicta à Liparo rege, cui successit Aeolus, antea Lōgonis uel Meligunis uocitata, abest. XII. M. pass. ab Italia ipsa, circuitu paulò minori. Inter hanc & Siciliam altera, antea Terasia appellata, nunc Hiera, quia sacra Vulcano est, colle in ea nocturnas ėmouēte flāmas. Tertia Strongyle, à Lipara. M. pass. ad exortū solis uergens, in qua regnauit Aeolus, quæ à Lipara liquidiore flamma tantum differt. Cuius fumo, quinam flaturi sint uenti, in triduū prædicere incolæ traduntur: unde Aeolo uentos paruisse existimatum. Quarta Didyme, minor quàm Lipara. Quinta Ericusa: Sexta Phœnicusa, pabulo proximarum relicta: Nouissima, eademq; minima, Euonymus. Hactenus de primo Europæ sinu.

Recte sic quidem. Nam Aeolus (ut autor est cum primis Dio. Sic. li. 6. Hippotæ filius, cū in Liparā uenisset, ac Liparū regē senio iā grauatū repisset, eius filia in matrimoniū sumpta, non Liparæ insulæ soli, sed et alijs oībus imperauit. Vnde & Aeoliæ postea dictæ sunt.

De Locris Italiæ fronte. Ca. .X.

A Locris Italiæ frons incipit, magna Græcia appellata, in tres sinus recedens Ausonij maris, quoniam Ausones tenuere primi, patet octoginta duo. M. pass. ut autor est Varro. Pleriq;. LXXII. M. fecere. In ea ora flumina innumera, sed memoratu digna Locanus, Sagra, & uestigia oppidi Cauloniſ,

lonis, Mystia, Consulinũ castrum, Cocinthum, quod esse longissimum Italiæ promontorium aliqui existimant. Dein sinus, & Scyllatium, Scylletiũ Athenien sibus cum conderent dictum: quem locum occurrẽs Terineus sinus peninsulam efficit, et in ea portus, q uocatur castra Annibalis, nusquam angustiore Italia .XX.M.pass. latitudo est. Itaque Dionysius maior intercisam eo loco adijcere Siciliæ uoluit. Amnes ibi nauigabiles, Cæcinos, Crotalus, Semirus, Arocha, Targines. Oppidum intus Petilia, mons Clibanus, promontorium Lacinium: cuius ante oram insula .X.M.pass. à terra Dioscoron, altera Calypsus, quam Ogygiam appellasse Homerus existimatur. Odyß.li.5.
Præterea tres Sirenussæ, Meloëssa. Ipsam à Caulone abesse .LXX. milibus pass. prodidit Agrippa.

Secundus Europæ sinus. Ca. .XI.

A Lacinio promõtorio secũdus Europæ sinus incipit, magno ambitu flexus, et Acroceraunio Epiri finitur promõtorio, à quo abest .LXXV. .M.pass. Oppidũ Croto, amnis Neæthus. Oppidum Thurium inter duos amnes Crathin & Sybarin, ubi fuit urbs eodem nomine. Similiter est inter Sirin et Acirin Heraclea, aliquando Siris uocitata. Flumina Acalandrum, Casuentũ. Oppidum Metapõtum, quo tertia Italiæ regio finitur. Mediterranei Brutiorũ Aprusteni tantũ. Lucanorũ autẽ hinc Atinates, Buxẽtini, Eburini, Grumẽtini, Potẽtini, Sõtini, Siri

ni, Tergilani, Vrsentini, Volsentani, qbus Numestrani iungũtur. Præterea interisse Thebas Lucanas Cato autor est. Et Pandosiã Lucanorũ urbẽ fuisse Theopompus, in qua Alex. Epirotes occubuit. Connectitur scđa regio, amplexa Hirpinos, Calabriã, Apuliã, Salẽtinos. CCL. M. sinu q Tarentinus appellatur, ab oppido Laconũ in recessu hoc intimo sito, cõtributa eò maritima colonia quæ ibi fuerat. Abest. CXXXVI. M. p. à Lacinio ꝑmontorio, aduersam ei Calabriã in peninsulã emittẽs. Græci Messapiã à duce appellauere. Et antè Peucetiã, à Peucetio Oenotrij fratre. In Salẽtino agro inter ꝑmontoria. C. M. p. intersunt. Latitudo peninsulæ à Tarẽto Brũdusium terreno itinere. XXXII. M. p. patet, multoq; breuius à portu Sasina. Oppida p continentẽ à Tarẽto, Varia, cui cognomẽ Apulæ, Messapia, Aletiũ. In ora uero Senonũ Gallipolis, q̃ nunc est Anxa. LXII. M. p. à Tarẽto. Inde. XXXIII. M. ꝑmontoriũ, qđ Acran Iapygiã uocãt, quò lõgißime in maria excurrit Italia. Ab eo Hasta oppidũ, & Hydruntũ. X. ac. IIII. M. p. ad discrimẽ Ionij et Adriatici maris, quà in Græciã breuißimus transitus. Ex aduerso Apollonia oppidũ, latitudine intercurrentis freti, centũ milia non amplius pas. Hoc interuallũ pedestri cõtinuare transitu põtibus iactis, primum Pyrrhus Epiri rex cogitauit: post eum M. Varro, cum claßibus Põpeij piratico bello præesset. Vtrunque aliæ impedĩere curæ

Regio Italiæ secunda.

*ere curæ. Ab Hydrũte Soletum desertum, dein Fratuertiũ, portus Tarẽtinus, statio militum Lupia, Balesium, Cæliũ, Brundusium. L. M. p. ab Hydrunte, in primis Italiæ portu nobile, ac uelut certiore transitu, sicuti lõgiore excipiẽte Illyrica urbe Dyrrachio CCXX. M. traiectu. Brũdusio cõterminus Pediculorũ ager. IX. adulescẽtes totidẽq; uirgĩes ab Illyrijs tredecim populos genuere. Pediculorũ oppida, Rhudia, Egnatia, Barion, antè Iapyx à Dædali filio, à quo et Iapygia, Amita, Pactius, Aufidus ex Hirpinis montibus Canusium præfluẽs. Hinc Apulia Dauniorũ cognoĩe, à duce Diomedis socero. In qua oppidũ Salapia, Annibalis meretricio amore inclytũ: Sypontum, Vria, amnis Cerbalus, Dauniorũ finis, portus Agasus. Promõtorium montis Gargani, à Salentino siue Iapygio. CXXXIIII. M. passuũ ambitu, Gargani portus: Garnæ, lacus Pantanus. Flumẽ portuosum Frento, Teanũ Apulorũ. Itẽq; Larinũ, Cliternia, Tifernus amnis. Inde regio Frentana. Ita Apulorũ genera tria: Teani à duce Gares: Lucani, q̃ subacti à Calchãte, tenuere loca quæ nũc tenẽt Etinates. Dauniorũ præter suprà dicta coloniæ, Luceria, Venusia: Oppida Canusiũ, Harpi aliquãdo Argos, Hippiũ Diomede cõdente, mox Hargirippa dictũ. Diomedes ibi deleuit gẽtes Monadorũ, Dardorũq; & urbes duas, quæ ĩ puerbij ludicrũ uertere, Apinã et Tricã. Cætera intus. In scd'a regione Hir-*

pinorũ colonia una Beneuentum, auſpicatius mutato noĩe, q̃ quondã appellata Maleuentũ, Auſculani, Aquiloni, Abellinates cognoĩe Protropi, Compſani, Caudini, Ligures q cognoĩantur Cornelani, & q Bebiani, Veſcellani, Deculani, Aletrini, Abellinates, cognoĩati Marſi. Atrani, Ecani, Alfellani, Aitinates, Arpani, Borcani, Collatini, Corinẽſes, et nobiles clade Ro. Cannnẽſes, Dirini, Forẽtani, Genuſini, Herdoriẽſes, Hyrini, Larinates cognoĩe Frentani, Etinates, ex Gargano Mateolãi, Nerecini, Matini, Tubuſtini, Syluini, Strapellini, Turmãtini, Vibarnates, Venuſini, Vlurtini. Calabrorũ mediterranei, Egetini, Apameſtini, Argẽtini, Butũtinẽſes, Deciãi, Brũbeſtini, Narbonẽſes, Sturnini, Tutini. Salentinorũ Aletini, Baſterbini, Neretini, Valẽtini, Veretini.

*Vibarnates ex Ptol. à Vibarne oppido Hirpinorum aut certe Apulorum.*

Regio Italiæ quarta. Ca. .XII.

SEqtur regio quarta gentiũ uel fortiſſimarũ Italiæ, in ora Frẽtanorũ à Tiferno flumen Triniũ portuoſum. Oppida, Hiſtonium, Buca, Ortona, Aternus amnis. Intus Anxani cognoĩe Frentani, Carentini, Supnates, & Infernates, Lanuẽſes, Murricinorũ Teatini, Pelignorũ Confinienſes, Supequani, Sulmonenſes. Marſorũ Anxantini, Atinates, Succẽtes, Lucẽtes, Maruuij, Albenſiũ Alba ad Fucinum lacum: Aeqculanorũ Cliternini, Carſeolani, Veſtinorũ Angulani, Pinnenſes, Peltuinates, quibus iunguntur Aufinates ciſmõtani: Samnitium, quos Sabellos, et Græci Sauntas

eĩ Saunitas dixere, colonia Bouianum uetus, & alterum cognomine undecumanorũ, Aufidenates, Esernini, Fagi, Fugali, Ficolẽses, Sepinates, Treuentinates: Sabinorũ Amiternini, Curenses. Forũ Decij, Forũ nouũ, Fidenates, Interamnates, Nursini, Nomentani, Reatini, Trebulani, qui cognominantur Mutustæi, & qui Suffenates, Tiburtes, Tarinates. In hoc situ ex Aeqcolis interiere Comini, Tadiates, Acedici, Alfaterni. Gellianus autor est, lacu Fucino haustũ Marsorũ oppidũ Alchippe, cõditum à Marsya duce Lydorum: itẽ Vrticinorum in Piceno deletum à Romanis, Valerianus. Sabini (ut quidã existimauere) à religione & deorum cultu Seuini appellati, Velinos accolunt lacus, roscidis collibus. Nar amnis exhaurit illos sulphureis aqs. Tiberin ex his petẽs replet, è monte Fiscello labẽs, iuxta Vacunæ nemora, et Reate in eosdem conditus. At ex alia parte Anio, in mõte Trebanorum ortus, lacus tris amœnitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberin. In agro Reatino Cutiliæ lacũ, in quo fluctuet insula, Italiæ umbilicum esse M. Varro tradit. Infra Sabinos Latiũ est, à latere Picenum, à tergo Vmbria, Apenninis iugis Sabinos utrinque uallantibus.

Quinta regio. Ca. XIII.

QVinta regio Piceni est, quondam huberrimæ multitudinis. CCCLX. M. Picentiũ in fidem Ro. Po. uenere. Orti sunt à Sabinis uoto uere sacro.

Tenuere

lia, Metaurus fluuius, colonia fanũ fortunæ, Pisaurũ cũ amne. Et intus Hispellũ, Tuder. De cætero Amerini, Attidiates, Asisinates, Arnates, Aesinates, Camertes, Casuētini, Casulãi, Doiates cognoĩe Salētini Fulginates, Foroflamminiẽses, Foroiuliẽses cognoĩe Concubiẽses, Forobremitiani, Forosempronięses, Ingi nini, Interãnates cognoĩe Nartes, Meuanates, Meuanionẽses, Mattilicates, Narniẽses, qđ oppidũ Nequinũ antea uocitatũ est: Nucerini cognoĩe Fauoniẽses, & Camelani, Otriculani, Ostrani, Pitulani cognoĩe Pisuertes, & alij Mergẽtini, Pæstini, Setinates, Farsinates, Spolẽtini, Suareani, Festinates, Suillates, Sadinates, Trebiates, Tuſsicani, Tibernates cognoĩe Tiburini, et alij Metaurẽses, Vesionicates, Vrbinates cognoĩe Metaurẽses, et alij Hortẽses, Vettionẽses, Vindinates, Viuẽtani. In hoc situ interiore Feligiates, et q Clusiolũ tenuere, suprà Interrãnani, et Saranates, cũ oppidis Acerris q̃ Vafriæ cognoĩabãtur, Turocelo, qđ Vetriolũ. Itẽ Sollinates, Suriates, Fallienates, Apiennates, interiere, & Arienates cũ Crinouolo, et Vscidicani, et Plangẽses, Pisinates, Cælestini. Ameriam suprascriptã, Cato ante Persei bellũ conditam annis. DCCCCLXIIII. ꝑdidit.

*Sarsinates.

Octaua regio. Caput .XV.

Octaua regio determinatur Arimino, Pado, Apẽnino. In ora fluuius Crustumiũ, Ariminum colonia, cũ amnibus Arimino & Aprusa. Fluuius hinc

*pius hinc Rubico, quõdam finis Italiæ. Ab eo Sapis, & Vitis, & Anemo, Rauenna Sabinorum oppidum, cũ amne Besede, ab Ancone.* CII. M. *pass. Nec procul à mari Vmbrorum Butrium. Intus colonia Bononia, Felsina uocitata, cum princeps Hetruriæ esset: Brixillum, Mutina, Parma, Placentia. Oppida, Cesena, Cliterna, Forũ Clodij, Liuij, Põpilij Truentinorum, Cornelij, Licini, Fauẽtini, Fidentini, Otesini, Padinates, Regiẽses a Lepido, Solonates, saltusq́; Galliani qui cognoĩantur Aquinates. Tanitani, Veliates cognoĩe Vecteri, Regiates, Vrbinates. In hoc tractu interierunt Boij, quorũ tribus.* CXII. *fuisse autor est Cato: Item Senones, qui ceperãt Romam.*

De Pado flumine. Caput .XVI.

PAdus è gremio Vesuli montis, celsißimũ in cacumen elati, finibus Ligurũ, Gabiennorũ, uisendo fonte profluens, condensq́; sese cuniculo, et in Forouibiensiũ agro iterũ exoriẽs, nulli amniũ claritate inferior: a Græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaẽthõtis illustratus. Augetur ad canis ortus liquatis niuibus, agris q̃ nauigijs torrentior, nil tamen ex rapto sibi uendicans. At ubi liquit agros, hubertate largior. CCC. M. pass. à fonte addens, meatu duodenonaginta, nec amnes tantum Apenninos Alpinosq́; nauigabiles capiens, sed lacus quoq; immensos in eũ sese exonerantes, oĩ numero. XXX. flumina in mare Adriaticũ defert. Celeberrima ex ijs, Apennini

latere ia-

latere iactũ Tanarũ,Trebiam,Placetinum, Tarũ; Niciã, Gabellũ ,Sculternã,Rhenũ. Alpiũ uero Sturã,Morgũ, Durias duas: Sessiten, Ticinũ,Iambrũ; Adduã,Olium,Mintiũ. Nec alius amniũ tam breui spatio maioris incrementi est. Vrgetur quippe aquarum mole, & in profundum agitur. Grauis terræ, quanq̃ deductus in flumina, & fossas inter Rauennã Altinumq; passuum. CXX.M. tamen quia largius uomit; septẽ maria dictus facere. Angusta fossa Rauennam trahitur, ubi Padusa uocatur, quondã Messanicius appellatus. Proximũ inde ostiũ magnitudinem portus habet, qui Vatreni dicitur. Quo Claudius Cæsar è Britannia triũphans, prægrandi illa domo uerius q̃ naue intrauit Adriam. Hoc antè Eridanum ostiũ dictũ est, ab alijs Spineticũ ab urbe Spina, quæ fuit iuxtà, præualens & Delphicis (creditũ est) thesauris, condita à Diomede. Auget ibi Padũ Vatrenus amnis, ex Forocorneliẽsi agro. Proximũ inde ostiũ Caprasiæ, dein Sagis, dein Volaræ, quod antè Olane uocabatur. Omnia ea, flumina fossasq;, primi à Sagi fecere Thusci, egesto amnis impetu per trãsuersum in Atrianorũ paludes, quæ septẽ maria appellantur, nobili portu oppidi Thuscorum Atriæ, à quo Atriaticũ mare appellatũ, quod nunc Adriaticum. Inde ostia plena, carbonaria ac fossiones Philistinæ, quod alij Tartarũ uocãt. Omnia ex Philistinæ fossæ abundatione nascentia, accedentibus Atesi

ex Triden

*Vigisono. ex Tridentinis alpibus, et *Togisono ex Patauinorũ agris. Pars eorũ & proximũ portum facit Brundulum, sicut Edronẽ Medoaci duo, ac fossa Clodia. His se Padus miscet, ac per hæc effunditur plerunq; (ut in Aegypto Nilus, quod uocant Delta, triquetrãq; figurã) in alpes, atq; orã maris facere ꝑditur stad. II.M. circuitu. Pudet à Græcis Italiæ rationem mutuari. Metrodorus tamen Sceptius dicit, quoniam circa fontem arbor multa sit picea, quæ Pades Gallice uocetur, Padum hoc nomen accepisse. Ligurũ quidẽ lingua amnem ipsum Bodincum uocari, quod significet fundo carentem. Cui argumento adest oppidum iuxtà Industria uetusto nomine Bondicomagum, ubi præcipua altitudo incipt.

De Italia transpandana. Regio nona.
Caput .XVII.

TRanspadana appellatur ab eo regio nona, tota in mediterraneo, cui maria cuncta fluctuoso alueo important. Oppida Vibiforum, Segusio. Coloniæ ab alpium radicibus, Augusta Taurinorum antiqua Ligurum stirpe, inde nauigabili Pado. Dein Salasorum Augusta prætoria, iuxta geminas alpium fauces, Graias atque Pœninas. His Pœnos Graijs Herculẽ transisse memorant. Oppidum Eporedia, Sibyllinis libris à Po. Ro. condi iussum. Eporedicas enim, Galli bonos equorum domitores uocant. Vercellæ Libicorũ ex Sallyis ortæ, Nouaria

ex Vertaco

ex Vertacomacoris Vocontiorum, hodieq; pago, non(ut Cato existimat) Ligurum: ex quibus Leui & Marici cõdidere Ticinum, non procul à Pado, sicut Boij trans alpes profecti Laudem Pompeiam, Insubres Mediolanũ. Orobiorum stirpis esse Comũ, atq; Bergomum, et Licini forũ, et aliquot circà populos, autor est Cato: sed originẽ gentis ignorare se fatetur, quam docet Cornelius Alexãder ortam à Graecia, interpretatione etiã nominis, uitam in montibus degẽtibus. In hoc situ interijt oppidũ Orobiorũ Barra, unde Bergomates Cato dixit ortos, etiamnũ prodentes se altius q̃ fortunatius sitos. Interiere & Caturiges Insubrum exules, & Spina supradicta. Item Melpũ opulentia praecipuũ: quod ab Insubribus & Boijs & Senonibus deletũ est eo die, quo Camillus Veios cepit, ut nepos Cornelius tradit.

Venetia: decima regio. Caput .XVIII.

Sequitur decima regio Italiae Adriatico mari apposita, Venetia, cuius fluuius Silis ex montibus Taurisanis. Oppidum Altinum, flumen Liquẽtia ex montibus Opiterginis, & portus eodem nomine, colonia Concordia, flumen & portus Romatinum, Tillauentum maius minusq;, Anassum quo Varamus defluit, Alsa, Natiso cum Turro profluente Aquileiam coloniam. XII. M. pas. à mari sitã. Carnorũ haec regio, iunctaq; regioni Iapidũ, amnis Timauus, castellũ nobile uino Pucinum: Tergestinus sinus,

*Ancona traiectus*.CXX.M. *pass.est.In mediterra neo regiõis decimæ,colonia* Cremona,*Brixia,Ceno mannorũ agro:V enetorũ aũt* Natri,*Atestæ: et oppida* Acelũ,*Patauiũ*,Opitergiũ, Beluniũ, *Vicẽtia*, *Mantua* Thuscorũ,trãs Padũ *sola reliqua.Venetos* Troiana *stirpe ortos autor est* Cato*:Cenomãnos iuxta Massiliã habitasse*. InVolscis,*Feltrini,et Tridẽtini,et Bernenses.Rhetica oppida,Rhetorũ et Euganeorũ* Verona,*Iuliẽses* Carnorũ.*Dein quos scrupulose dicere non attineat,Alutraẽses,Asseriates,Flamoniẽses, Vaniẽses,et alij cognoĩe* Culici:*Foroiuliẽses cognomine* Transpadani, *Fornetani,Venidates*, *Quarqueni, Taurisani,Togienses,Varuani.In hoc situ interiere p orã* Iramie,Pellaõ,*Pasitiũ:ex Venetis Atina et Cælina,Carnos,Segeste,et Ocra:Tauriscis* Noreia.*Et ab Aqleia ad duodecimũ lapidẽ,deletũ oppidũ etiã ĩuito senatu,à* M.*Claudio*. L.*Marcello,L.Piso autor est.In hac regiõe et*.X.*lacus inclyti sunt,amnesq; eorũ partus aut alũni:si mõ accepto reddunt,ut Abduam Larus,Ticinũ Verbanus, Mintium* Benacus,*Olliũ Sebinus,Lambrũ Eupilis, oẽs incolas* Padi.*Alpes in longitudinem*.X.M.*pass. patere à supero mari ad inferum,Cælius tradit:Timagenes*.XXII.M.*pas.deductis in latitudinẽ:Cornelius* Nepos.C.M:T.*Liuius tria*.M.*stadiorũ:uterque diuersis in locis*.Nam *et centum milia excedunt aliquando, ubi Germaniam ab Italia submouẽt,nec*

*Vicetia.

.LXX.M. explēt:reliqua sui parte graciles, ueluti naturæ prouidentia. Latitudo Italiæ, subter radices carū à Varo, p uada Sabatia, Taurinos, Comū, Brixiam, Veronā, Vicentiā, Opitergiū, Aquileiā, Tergeste, Polam, Arsiam. D.CCXLII.M. pas. colligit.

De alpibus, et gētibus alpinis. Ca. .XX.

INcolæ alpiū multi populi, sed illustres à Pola ad Tergestis regionē Secusses, Subocrini, Atali, Menocaleni, iuxtaq; Carnos quondam Taurisci appellati, nunc Norici. His cōtermini Rheti et Vindelici, omnes in multas ciuitates diuisi. Rhetos Thuscorum prolem arbitrātur, à Gallis pulsos duce Rheto. Verso deinde Italiam pectore, alpium latini iuris Euganeæ gentes, quarū oppida .XXXIIII. enumerat Cato. Ex ijs Triūpilini uenalis cum agris suis populis: Dein Camuni, compluresq; similes, finitimis attributi municipijs. Lepontios, & Salasos, Tauriscæ gētis idem Cato arbitratur. Cæteri ferè Lepontios relictos ex comitatu Herculis, interpretatiōe Græci nominis credunt, præustis intra sinus alpium niue membris: eiusdē & Graios fuisse, positos in transitu. Graiarum alpium incolas, præstantesq; genere Euganeos, inde tracto nomine. Caput eorum Stonos, Rhetorum Vennones, Sarunetesq; ortus Rheni amnis accolunt. Lepontiorū qui Viberi uocantur, fontē Rhodani, eodem alpium tractu. Sunt præterea Latio donati incolæ, ut Octodurēses, & finitimi Ceutrones, Cottianæ

Cottianæ ciuitates. Caturiges, et ex Caturigibus orti Vageni, Ligures, & qui Montani uocantur. Capillatorumq; plura genera, ad confinium Ligustici maris. Non alienum uidetur, hoc loco subijcere inscriptionem è trophæo alpium, quæ talis est: Imperatori Cæsari Di. Fil. Augu. Pontifici Maximo, Impe. XIIII. tribunitiæ potestatis S.P.Q.R. quod eius ductu auspicijsq; gētes alpinæ omnes, quæ à mari supero ad inferum pertinebāt, sub imperium po. Ro. sunt redactæ. Gētes alpinæ deuictæ, Triūpilini, Canuni, Vēnotes, Venonetes, Hisarci, Breuni, Naunes, Focunates, Vindelicorū gētes quatuor, Consuanetes, Virucinates, Licates, Cattenates, Abisontes, Rugusci, Suanetes, Collucones, Brixētes, Lepontij, Viberi, Nautuates, Seduni, Varagri, Salasi, Acitauones, Medulli, Vcēni, Caturiges, Brigiani, Sontiontij, Ebrodūtij, Nemaloni, Edēnates, Esubiani, Veamini: Gallicæ, Triulatti, Ectini, Vergūni, Eguituri, Nementuri, Oratelli, Verusi, Velnani, Suetri. Non sunt adiectæ Cottianæ ciuitates. XII. quæ nō fuerāt hostiles, sed itē attributæ municipijs lege Pompeia. Hæc est Italia dijs sacra, hæ gentes eius, hæc oppida populorum. Super hæc Italia, quæ L. Aemilio Paulo, C. Statilio Regulo consulibus, nuntiato Gallico tumultu, sola sine externis ullis auxilijs, atque etiam tunc sine trāspadanis, equitū. LXXX. M. peditum D.CC. M. armauit. Metallorū omnium fertilitate

nullis cedit terris. Sed interdictum id uetere consul tu patrum, Italiæ parci iubentium.

Illyricum. Caput .XXI.

ARsiæ gens Liburnorũ iungitur, usque ad flumen Titiũ. Pars eius fuere Mẽtores, Hymani, Encheleæ, Dudini, & quos Callimachus Peucetias appellat: nunc totũ uno nõie Illyricũ uocatur generatim, populorum pauca effatu digna, aut felicia nomina. Conuentũ Scardonitanũ petunt Iapides, et Liburnorũ ciuitates. XIIII: è qbus Laciniẽses, Scultinos, Burnistas, Albonenses nõiare non pigeat. Ius Italicũ habent eo cõuentu Alutæ, Phlanates, à qbus sinus nominatur: Lopsi, Varubarini, immunesq; Asseriates, et ex insulis Fulsinates, Curictæ. Cæterum per orã oppida, Ancfactio, Aluona, Flauona, Tarsatica, Senia, Iospica, Ortopula, Vegiũ, Argyrũtum, Corniniũ, Enona ciuitas, Pausinus flumẽ, Tedanium quo finitur Iapygia. Insulæ in eo sinu, Absyrtiũ, Arba, Traguriũ, Issa, Pharos, Paros antè: Crexa, Gissa, Portunata. Rursus in continente colonia Iadera, quæ à Pola. CLX. M. pass. abest: inde triginta. M. Colentum insula. XVIII. ostium Titij fluminis.

✠ Iapidia.

Liburnia. Caput .XXII.

LIburniæ finis, et initium Dalmatiæ Scardona in amne: ea. LXII. M. pass. à mari. Dein Tariotarũ antiqua regio, & castellũ Tariona: promontorium Diomedis, uel ut alij peninsula Hyllis, circuitu. C. M.

*su.* C.M.*pass.Traguriū ciuium* Ro.*marmore notū: Sicum, in quē locū diuus Claudius ueteranos misit: Salona colonia, ab* Iadera.CCXXII.M.*passuū.*Pe*tunt in ea iura iuribus descriptis in decurias.*CCCLXXII.*Dalmatæ:*XXII.*Decuni:*CCXXXIX.*ditiones:*LXIX.*Mæzæi:*LII.*Sardiates.*In *hoc tractu sunt, Burnum, Mandetriū, Tribuliū.* Nobilitata *prælijs castella petūt ex insulis Stæi, Colētini, Separi,* Epetini.*Ab his castella, Pigūtiæ, Rataneū,* Naro*na colonia. Tertij cōuentus à Salona.*LXXII.M.*pass.appolita cognoīs sui fluuio, à mari.*XX.M.p: M.*Varro.*LXXXIX.*ciuitates eò uētitasse autor est.* Nunc *propè soli noscuntur Cerauni decurijs.*XXIIII:*Daorizi.*XVII:*Desitiates.*CIII:*Docleates* XXXIII:*Deretini.*XIIII:*Deremistæ.*XXX:*Dindari:*XXXIII:*Glinditiones.*XLIIII: *Melcomani* XXIIII: *Naresii.*CII:*Scirtari.*LXXII:*Siculotæ* XXIIII: *populatoresq́; quondā* Italiæ *Vardæi, nō amplius q̄.*XX.*decurijs. Præter hos tenuere tractū eum* Oenei, *Partheni,* Hemasi, *Marsthitæ, Armisthæ.*A Narone *amne.*C.M.*p.abest* Epidaurū *colonia.* Oppida *ciuiū* Ro.*Rhisiniū, Ascriuiū,* Butua, Ol*chinium, qđ antea Colchiniū dictum est, à Colchis conditum: amnis* Drilo, *superq́; eum oppidum ciuiū* Ro.*Scodra, à mari.*XVIII.M.*pass.Præterea multorū Græciæ oppidorum deficiens memoria, nec nō & ciuitatū ualidarū.* Eo *nanq́; tractu fuere* Labea

*tes, Enederudini, Fassei, Grabei, proprieq; dicti Illy rij, & Taulanti, & Pyræi. Retinet nomen in ora* Nymphæum promontorium: Lyssum oppidum ciuium Romanorum, ab Epidauro. C. M. passuum.

*Macedonia. Caput .XXIII.*

A Lysso Macedonia prouincia, gētes Parthini, et à tergo eorū Dissaretæ. Montes Candauiæ à Dyrrachio. LXXIX. M. pass. In ora uero ciuium Ro. Epidamnū colonia, propter inauspicatum nomen à Romanis Dyrrachiū appellata: flumen Aous, à quibusdam Aeas nominatū: Apollonia, quondā Corinthiorum colonia. VII. M. passuum à mari recedens. Cuius in finibus celebre Nymphæum accolunt barbari, Amantes & Belliones. At in ora oppidum Oricum à Colchis conditum. Inde initium Epi ri. Montes Acroceraunі, quibus hūc Europæ determinauimus sinū. Oricum à Salentino Italiæ promontorio distat. LXXXV. M. passuum, à tergo Carnorum & Iapidum, quà se offert magnus Ister.

*Norici. Ca. .XXIIII.*

RHetis iunguntur Norici. Oppida eorum Virunum, Celeia, Teurnia, Aguntū, Viana, Aemonia. Claudia, Flauium, Soluense. Noricis iungūtur lacus Peiso, deserta Boiorū. Iam tamen colonia diui Claudij Sabaria, & oppida Sacarbantia, Iulia.

*Pannonia. Cap. .XXV.*

HAbitantur inde glādifera Pannoniæ: quà mi

tescentia

tescentia alpium iuga, per medium Illyricum à septentrione ad meridiem uersa, molli in dextra ac læua deuexitate considunt. Quæ pars ad mare Adriaticum spectat, appellatur Dalmatia, & Illyricum suprà dictum: ad septentriones Pannonia uergit, finitur inde Danubio. In ea coloniæ, Aemona, Siscia. Amnes clari, & nauigabiles in Danubium fluunt, Drauus è Noricis uiolentior, Saus ex alpibus Carnicis placidior. CXV. M. passuũ interuallo. Drauus p Serretes, Serrapillos, Iasos, Sandrizetes: Saus p Colapianos, Breucosq;. Populorum hæc capita. Præterea Ariuates, Azali, Amantes, Belgites, Carthari, Corneates, Acrauisci, Hercuniates, Latouici, Oseriates, Varciani, Monsclaudius, cuius in fronte Scordisci, in tergo Taurisci. Insula in Sao Metubarris, amnicarum maxima. Præterea amnes memorandi, Calapis in Saum influens iuxta Sisciam, gemino alueo insulam ibi efficiens, quæ Segestica appellatur. Alter amnis Bacũtius, in Saum Sirmio oppido influit: ubi ciuitas Sirmiensium, & Amantinorum. Inde XLV. M. passuum Taurunum, ubi Danubio miscetur Saus. Suprà influunt Valdanus, Vrpanus, et ipsi non ignobiles.

✥ Cathari.

Mœsia. Caput .XXVI.

PAnnoniæ iũgitur ꝓuincia, quæ Mœsia appellatur, ad pontũ usq; cũ Danubio decurrẽs. Incipit à cõfluente supradicto. In ea Dardani, Celegeri,

Triballi, Trimachi, Mœsi, Thraces, Pontoq; contermini Scythæ. Flumina clara Dardanus, Margis, Pingius, Timachus ex Rhodope, Oeſcus ex Hemo, Vtus, Eſcamus, Ieterus. Illyrici latitudo qua maxima eſt. CCCXXV. M. paſ. colligit. Lõgitudo à flumine Arſia ad flumẽ Driniũ. D. CCC. M: à Drinio ad promontorium Acrocerauniũ. CLXXII: M. Agrippa ꝓdidit uniuerſum hũc ſinũ Italiæ & Illyrici ambitus. XIII. M: In eo duo maria quo diſtinximus fine, inferũ ſiue Ioniũ in prima parte, interius Adriaticũ, quod ſuperũ uocãt. Inſulæ in Auſonio mari, præter iam dictas, memoratu dignæ nullæ, in Ionio paucæ Calabro littore ante Brunduſium, quarũ obiectu portus efficitur. Contra Apulum littus Diomedea, conſpicua monumento Diomedis: Et altera eodẽ nomine, à quibuſdam Teuthria appellata. Illyrici ora mille amplius inſulis frequẽtatur, natura uadoſi maris, æſtuarijsq; tenui alueo intercurſantibus, clare ante oſtia Timaui calidorũ fontiũ cũ æſtu maris creſcentiũ, iuxta Iſtrorũ agrũ, Ciſſa, Pullariæ, et Abſyrtides Graijs dictæ à fratre Medeæ ibi interfecto nõie Abſyrto. Iuxta eas Electridas uocauere, in quibus ꝓuenit et ſuccinum, quod illi electrũ appellant, uanitatis Græcæ certiſſimũ documentũ: adeo ut ijs quas earum deſignẽt, haud unquam conſtiterit. Contra Iader eſt Liſſa: queq; appellatæ cõtra Liburnos Creteæ aliquot. Nec pauciores *Trucones, Libur

*Ticane.

nes Liburnicæ, Celadusæ, contra Surium, bubus & capris laudata Brattia, Issa ciuium Ro. reliqua, & cũ oppido Pharia. Ab his Corcyra, Melena cognominata cũ Gnidiorũ oppido distat. XXII. M. pass. inter quã & Illyricũ Melita (Vnde catulos Melitæos appellari Callimachus autor est) XXII. M. pas. Ab ea. III. M. Elaphites. In Ionio aũt mari ab Orico. M. M. paß. Sasonis, piratica statione nota.

## C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LI. .IIII.

*Vnde primum omnis Græciæ fabulositas, & literarũ claritas effulsit.*



TErtius Europæ sinus, Acroceraunijs incipit montibus, finitur Hellesponto: amplectitur præter minores sinus. XIX. XXII. M. pass. In eo Epirus, Acarnania, Aetolia, Phocis, Locris, Achaia, Meßenia, Laconia, Argolis, Megaris, Attica, Bœotia. Iterumq; ab alio mari eadẽ Phocis, & Locris, Doris, Phthiotis, Thessalia, Magnesia, Macedonia, Thracia. Omnis Græciæ fabulositas, sicut & literarum claritas, ex hoc primum sinu effulsit. Quapropter in eo paululũ cõmorabimur. Epiros in uniuersum appellata,

appellata, Acroceraunijs incipit mōtibus. In ea primi Chaones, à quibus Chaonia: dein Thesproti, Antigonenses: Locus Aornos, & pestifera auibus exhalatio: Cestrini, Perrhebi, quorū mons Pindus, Cassopei, Driopes, Sellæ, Hellopes, Molossi, apud quos Dodonci Iouis templū, oraculo illustre: Tomarus mons, centū fontibus circa radices, Theopōpo celebratus.

❧ Vel Selli.

Epirus. Caput .I.

EPirus ipsa ad Magnesiā Macedoniamq; tendens, à tergo suo Dassaretas supradictos liberam gentē, mox ferā Dardanos habet. Dardanis læuo Triballi prætendūtur latere, et Mœsi Cægētes à frōte iungūtur: Mædi, ac Denselatæ, qbus Thraces, ad Pontū usq; ptinētes. Ita succīcta Rhodopes, mox et Hemi uallatur excelsitas. In Epiri ora castellū in Acroceraunijs Chimæra, sub eo aquæ regiæ fons. Oppida Mæādria, Cestria, flumē Thesprotiæ Thyamis, colonia Buthrotū, maximeq; nobilitatus Ambracius sinus, faucibus spatiosum æquor accipiens: lōgitudinis. XXXIX. M. pas. latitudinis. XV. M. In eū defertur amnis Acheron, è lacu Thesprotiæ Acherusia, pfluens XXXVI. M. pas. Inde et mille pedū ponte mirabilis ōia sua mirātibus. In sinu oppidū Ambracia. Molossorū flumina, Aphas, et Arachthus. Ciuitas Anactoria, locus Pandosia, Acarnania, q̄ antea Curetis uocabatur. Oppida Heraclia, Echinus, et in ore ipso colonia Augusti Actiū, cum tem-

Mædi. Cū diphthongo hæc uocula scribitur apud græ. μαιδοὶ, differētia fortaßis cā: cū sint & Medi popli in Asia ppe Caspias portas, autore Ste. de urbib. μηδοὶ, quorum regio μηδία dicitur.

cũ templo Apollinis nobili, ac ciuitate libera Nicopolitana. Egressos sinu Ambracio in Ioniũ, excipit Leucadiũ littus, ꝓmontoriũ Leucates. Dein sinus ac Leucadiã, ipsa peninsula quondã Neritis appellata, opere accolarũ abscissa à cõtinenti, ac reddita uẽtorum flatu congeriẽ harenæ accumulantiũ, qui locus uocatur Dioryctos, stadiorũ lõgitudĩ triũ. Oppidũ in ea Leucas, quondam Neritũ dictũ. Deinde Acarnanũ urbes, Halyzea, Stratos, Argos, Amphilochicũ cognoĩatum. Amnis Achelous è Pindo fluẽs, atq; Acarnaniã ab Aetolia dirimens, & Artemitam insulam aßiduo terræ inuectu cõtinenti annectens.

Aetolia. Caput .II.

AEtolorũ ppl'i Athamanes, Tymphei, Ephyri, Aenienses, Perrhebi, Dolopes, Magares, Atraces. A quibus Atrax amnis Ionio mari infunditur. Aetoliæ oppidũ Calidon est septẽ miliũ quingentorum paßuũ à mari, iuxta Euenum amnem. Dein Macynia, Molycria: cuius à tergo Chalcis, & mõs est Taphiaßus. At in ora promontorium Antirium, ubi ostium Corinthiaci sinus, minus mille paßuum latitudine influentis, Aetolosq; dirimentis à Peloponneso. Promontorium, quod contra procedit, appellatur Rhion, sed in Corinthiaeo sinu. Oppida Aetoliæ Naupactum, Pylene: & in mediterraneo Pleuron, Halycarna. Montes clari, in Dodone Tomarus: in Ambracia, Crania: in Acarnania, Aracynthus: in Aetolia

in Aetolia Acanthon, Panætholium, Medion.

Locri. Caput .III.

PRoximi Aetolis Locri, qui cognoïantur Ozolæ, immunes. Oppidũ Oeanthe. Portus Apollinis Phæstij, sinus Crissæus. Intus oppida, Argon, Eupalea, Phæstum, Calamissus. Vltrà Cirrhei, Phocidis campi, oppidũ Cirrha, portus Chaleon, à quo. VII. M. pass. introrsus liberũ oppidũ Delphi, sub monte Parnaso, clarißimi in terris oraculi Apollinis. Fons Castalius, amnis Cephisus præfluens Delphos, ortus in Lilæa quondã urbe. Præterea oppidũ Crisa, et cũ Bulensibus Anticyra, Naulochum, Pyrrha, Amphissa immunis, Trichone, Tritea, Ambrysus, Drymæa regio, Daulis appellata. Dein in intimo sinu angulus Bœotiæ alluitur cum oppidis, Gymnis, Thebis, quæ Corsicæ cognominatæ sunt iuxta Heliconem. Tertium ab hoc mari Bœotiæ oppidum Pagæ, unde Peloponnesi prosilit ceruix.

Peloponnesus. Caput .IIII.

Step. de urbi. πελοπόννησος, inquit, τρεῖς ἐπωνυμίας, ἐπὶ μὲν γὰρ ἄπιος τοῦ φορωνέως ἐκαλεῖτο

PElopõnesus, Apia ante appellata, et Pelasgia, & peninsula, haud ulli terræ nobilitate postferenda, inter duo maria, Aegeum & Ionium, platani folio similis, propter angulosos recessus. Circuitu .DLXIII. M. passuum colligit autore Isidoro. Eadẽ per sinus pene tantundem adijcit. Angustiæ unde procedit, Isthmos appellatur. In eo loco irrumpentia è diuerso quæ dicta sunt maria, à septentrione exortu eius

*ctius omnem ibi latitudinem uorando, donec contrario incursu æquorum tantorum, in quinque milium passuum interuallo, exesis utrinque lateribus, angusta ceruice Peloponesum cõtingat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatus sinus: Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc, angustiarum termini, lõgo et ancipiti nauium ambitu, quas magnitudo plaustris transuehi prohibet. Quam ob causam perfodere nauigabili aluco angustias tentauere, Demetrius rex, dictator Cæsar. C. princeps, Domitius Nero, infausto (ut oĩm patuit exitu) incepto. Medio hoc interuallo, qđ Isthmi appellauimus, applicata colli habitatur colonia Corinthus, antea Ephyra dicta, sexagenis ab utroq; littore stadijs; è summa sua arce, quæ uocatur Acrocorinthus, in qua fons Pyrene, diuersa duo maria prospectans. LXXXVII. M. pass. ad Corinthiacũ sinũ traiectus est Patras à Leucade. Patræ colonia in longißimo ꝑmontorio Peloponnesi cõdita, ex aduerso Aetoliæ, & fluminis Eueni, minus M. passuum (ut dictum est) interuallo, in ipsis faucibus sinum Corinthiacum. LXXXV. M. passuum in longitudinem usq; ad Isthmon transmittunt.*

ἀπία, ἐπὶ δὲ πελασγοῦ πελασγία, ὕστερον δὲ ἄργους ὁμωνύμως ἄργος ἐκαλεῖτο, ἐπὶ δὲ τῶν πελοπιδῶν πελοπόννησος:

*Achaia. Caput .V.*

*A Chaiæ nomẽ prouinciæ ab Isthmo incipit, antè Aegialos uocabatur, propter urbes in littore per ordinẽ dispositas. Primæ ibi quas diximus; Lecheæ Corinthiorũ portus. Mox Oluros, Pellene*

*torum*

eorũ castellũ. Oppida Helice, Bura. In quæ refugeꝛe hauſtis prioribus Sytiõ, Aegira, Aegiõ, Erineos. Intus Cleone, Hysiæ, Panhormus portus. Demonstratumq; iam Rhium, à quo promontorio quinque. M. paſ. abſunt Patræ, quas ſuprà memorauimus. Locus Pheræ in Achaia, IX. montium Sciœſſa. Notiſſimus fons Cymothoë. Vltra Patras oppidum Olenum, colonia Dyme, loca Buprasum, Hyrmine, promontorium Araxum, Cylene ſinus, promontorium Chelonates. Inde Cylenen duorum. M. paſſ. Castellum Phliũs. Quæ regio ab Homero Aræthyrea dicta, poſtea Aſophis. Inde Eliorũ ager, q antea Epeæ uocabatur. Ipſa Elis in mediterraneo, & à Pyro XII. M. paſ. Intus Delubrum Olympij Iouis ludorũ claritate *faſtus Gæciæ complexum. Piſa eorũ quondam oppidum, præfluente Alpheo amne. At in ora promontorium Ichthys: amnis Alpheus, nauigabilis propè ſex oppida, Aulon, Leprion, promontorium Plataniſtus. Omnia hæc ad occaſum uerſa. Ad meridiem autem Cypariſſius ſinus cum urbe Cypariſſa. LXXII. milium paſſuum circuitu. Oppida Pylos, Methone, locus Helos, promontoriũ Acritas, ſinus Aſinæus, ab oppido Aſine, Coronæus à Corone. Finiuntur Tænaro promontorio. Ibi regio Meſſenia duodeuiginti mõtium, Amnis Pamiſus. Intus aũt ipſa Meſſene, Ithome, Occhalia, Arenæ, Pteleon, Thryon, Dorion, Thamyræ uatis clara tẽporibus. Huius

Ilia. 2. ἀρσα-θυρέην τ' ἐρα-τεινήν.

*Faſtos.

Thamyras et

Huius ſinus circuitus.LXXX.M.paſſ:traiectus uero.XXX.M.Dehinc à Tænaro ager Laconicus,liberæ gentis: et ſinus,circuitu ducenta ſex milia,traiectu.XXXIX.M.Oppida Tænarũ,Amyclæ,Phere,Leuctra,et intus Sparta, Therãne,atq; ubi fuere Cardamyle,Pitane,Anthane,locus Thyre,Gerania.Mons Taygetus,amnis Eurotas,ſinus Aegilodes,oppidũ Pſammathus.Sinus Gytheates ab oppido:ex quo ad Cretam inſulã certiſsimus curſus. Oĩa aũt Maleo promontorio includuntur.Qui ſequitur ſinus ad Sylleũ,Argolicus appellatur,traiectu q̃nquaginta milia paſſ.idem ambitu centũ ſeptuaginta duo milia.Oppida Boea,Epidaurus,Limera cognomine:Zarax,Cyphãta portus.Amnes Inachus,Era ſinus,inter quos Argos Hippium cognominatum. Supra lacum Lærnen, à mari quadringentis nouemq; additis milibus, Mycenæ:& ubi fuiſſe Tyrintha tradunt: et locus Mantinea.Montes,Artemius,Apeſas, Antes,Aſterion,Parparus, aliiq; undecim numero.Fontes Niobe,Amymone, Pſammate. A Scylleo ad Iſthmum.CLXXVII.M.paſſ.Oppida Hermione, Trœzene,Coryphaſiũ: appellatũq; aliâs Inachium,aliâs Dypſium Argos.Portus Cænites,ſinus Saronicus olim querno nemore redimitus, unde ei nomen ,ita Græcia antiqua appellante quercum. In eo Epidaurum oppidum, Aeſculapii delubro celebre. Pyræum promontorium,portus Anthedon,&

Thamyris dicitur,ut Suid.placet. Filius fuit Philãmonos et Arſiones,genere Trax,cantandi arte celeberrimus, & poeta ante Homerũ octauus, uel (ut alii uolũt) q̃ntus. Idẽ tam a græcis q̃ latinis poetis decantatiſsimus.

thedon, et Bucephalas, et quas suprà dixeramus Cen chreæ. Isthmi pars altera cum delubro Neptuni qn quennalibus inclyto ludis. Tot sinus Peloponnensem oram lancinant, tot maria allatrant. Siquidem à septentrione Ionium irrumpit, ab occidēte Siculo pulsatur, à meridie Cretico urgetur, ab oriente brumali Aegeo, ab oriente solstitiali Myrtoo: quod à Megarico incipiens sinu, totam Atticam alluit.

De Arcadia Caput .VI.

MEditerranea eius Arcadia maxime tenet, undique à mari remota: initio Drymodis, mox Pelasgis appellata. Oppida eius, Psophis, Mantinea, Stymphalū, Tegea, Antigonea, Orchomenū, Pheneum, Palantiū, unde palatiū Romæ: Megalopolis, Catina, Bocaliū, Carnō, Parrhasiæ, Thelphusa, Melanæa, Hæræa, Pyle, Pellana, Agræ, Epiū, Cinete, Lepreō Arcadiæ, Partheniū, Alea, Methydriū, Enispe, Macistum, Lampe, Clitoriū, Cleone, inter q̄ duo oppida: regio Nemæa, Bēbinadia uocitata. Mōtes in Arcadia, Pholoë cum oppido, itē Cyllene, Lyceus, in quo Lycæi Iouis delubrū: Mænalus, Arthemisius, Parthenius, Lampeus, Nonacris: præter quę ignobiles octo. Amnes, Ladon è paludibus, Pheneus, & Erymanthus è monte eiusdem nōis in Alphæum defluens. Reliquæ ciuitates in Achaia dicendæ. Aliphiræi, Abeatæ, Pyrgenses, Perethes, Paregenitæ, Tortuni, Typania, Thryasij, Atricenses. Vniuersæ

Achaiæ

Achaiæ libertatem Domitius Nero dedit. Peloponnesus in latitudine à promõtorio Maleæ, ad oppidũ Lechæum Corinthiaci sinus. CLX. M. pass. patet. At in transuersum ab Elide Epidaurum. CXXV. M. Ab Olympia Argos per Arcadiam. LXXIII. M. Ab eodẽ loco ad Phliunta dicta mẽsura est. CL. M. p. Vniuersa autẽ, uelut pensante æquorũ incursus natura, in montes. VI. atque. LXX. attollitur.

Græcia & Attica. Ca. .VII.

AB Isthmi angustijs Hellas incipit, à nostris Græcia appellata. In ea prima Attica, antiquitus Acte uocata. Attigit Isthmum parte sui, quæ appellatur Megaris, à colonia Megara, è regione Pagarum. Duo hæc oppida excurrente Pelopõneso sita sunt, utraq; ex parte, uelut in humeris Helladis Pagæi. CLII. M. pass. & amplius Aegosthenẽses cõtributi Megarensibus. In ora aũt hac portus Schœnus. Oppida. II. Cremyon & Scyronia saxa. VII. M. lõgitudine, Geranea, Megara, Eleusin. Fuere et Oenoa, et Probalinthos, quæ nũc nõ sunt. Ab Isthmo LII. M. pass. Pyræus et Phalera portus. II. M. pass. muro recedentibus Athenis iuncti. Libera hæc ciuitas, nec indiga ullius præconij amplius: tanta claritas supfluit. In Attica fontes, Cephisia, Larine, Calliroë, Enneacrunos. Montes, Brilessus, Aegelialus, Icarius, Hymettus, Lycabettus, lacus Selinos. A Pyræo. XLII. M. pass. Sunium promõtorium, Doriscũ

promontoriũ. Potamos, Brauren, Ion, quondã oppida. Rhamnos pagus. Marathon cãpus, Thriasius, oppidũ Melita, & Oropus, in confinio Bœotiæ. Cuius Anthedon, Onchestos, Thespiæ liberũ oppidum, Lebedea. Nec cedẽtes Athenis claritate, quæ cognominãtur Bœotiæ Thebæ, duorũ numinũ Liberi atq; Herculis (ut uolũt) patria. Et musis natale in nemore Helicone aßignãt. Datur et ijs Thebis saltus Citheron, amnis Ismenius. Præterea fontes in Bœotia, Oedipodia, Psãmate, Dirce, Epigranea, Arethusa, Hippocrene, Aganippe, Gargaphie. Montes extra prædictos, Micalesus, Adilisius, Acontius. Reliqua oppida inter Megarã et Thebas, Eleutheræ, Haliartus, Plateæ, Pheræ, Aspledõ, Hyle, Thisbe, Erithre, Glissas, Cope. Iuxta Cephisum amnẽ Lamia, et Anichia, Medeon, Phligone, Grephis, Coronea, Chæronia. In ora autẽ intra Thebas, Ocale, Eleon, Scolos, Schœnos, Peteõ, Hyrie, Micalessus. Hyreseõ, Pteleon, Olyros, Tanagra liber pplus. Et ĩ ipsis faucibus euripi, quẽ facit obiectu ĩsulæ Euboëæ, Aulis capaci nobil portu. Bœotos Hyãtas antiqtus dixere. Locri deinde, Epicnemidij cognoĩantur, olim Leleges appellati, p quos amnis Cephisus defertur in mare. Oppida, Opũs, unde Opũtinus sinus, Cynus, Phocidis in littore unũ Daphnũs. Introrsus aũt Larisse, Elatea, et ĩ ripa Cephisi (ut diximus) Lilea, Delphosq;, Versenemis, et Hyãpolis. Rursus in Locrorũ ora, in qua

Larymna, Thronium, iuxta qđ Boagrius amnis defertur in mare. Oppida, Naryciō, Alope, Scaphia. Postea Maliacus sinus ab incolis dictus: in quo oppida, Halcyone, Econia, Phalara. Doris deinde, in q̃ua Sperchios, Erineō, Boion, Pindus, Cythinū. Doridis à tergo mons est Oeta. Sequitur mutatis sæpe nominibus Aemonia. Eadem Pelasgicū Argos. Hellas, eadem Thessalia: & Dryopis semper à regibus cognominata. Ibi genitus rex nomine Græcus, à quo Græcia: ibi Hellen, à quo Hellenes. Hos eosdē Homerus tribus nominibus appellauit, Myrmidonas, & Hellenas, & Achæos. Ex his Phthiotæ nominantur Dorica accolentes. Eorum oppida, Echinus in faucibus Sperchij fluminis, Thermopylarum angustiæ: quo argumento. IIII. M. passuum inde Heraclea, Trachin dicta est, mōs ibi Calidronus. Oppida celebria, Hellas, Halos, Lamia, Phthia, Arne.

Thessalia. Caput .VIII.

IN Thessalia autē amnis Orchomenus, Minyeus antea dictus: & oppidū Almon, ab alijs Elmon, Atrax, Pelinna, fons Hyperia. Oppida, Pheræ, quarum à tergo Pierus ad Macedoniam protenditur, Larissa, Gomphi, Thebæ Thessaliæ, nemus Pteleon, sinus Pagasicus. Oppidum Pagasa, idem postea Demetrias dictū, Trica, Pharsalici cāpi cum ciuitate libera, Cranon, Iletia. Montes Phthiotidis, Nymphæus, quondam topiario naturæ ope spectabilis: Buzi-

geus, Donaceſa, Bermius, Daphiſſa, Chimeriō, Athamas, Stephane. In Theſſalia ſunt. IIII. atq;. XXX. montes, quorum nobiliſsimi Cerceti, Olympus, Pierus, Oſſa: cuius ex aduerſo Pindus et Othrys, Lapitharū ſedes, ad occaſum uergentes: ad ortus, Pelios: oēs theatrali modo inflexi, * cauatis ante eos. LXXV. urbibus. Flumina Theſſaliæ, Apidanus, Phœnix, Enipheus, Onochonus, Pamiſus. Fons Meſſeis. Lacus Bœbeis. Et ante cūctos claritate Peneus, ortus iuxta Gōphos: interq; Oſſam et Olympū nemoroſa conualle defluens. D. ſtadijs, dimidio eius ſpatio nauigabilis. In eo curſu Tempe uocantur. V. M. p. longitudine, et fermè. VI. latitudine, ultra uiſum hominis attollētibus ſe dextra læuaq; leniter cōuexis iugis. Intus ſua luce uiridante allabitur Peneus, uiridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus auium concētu. Accipit amnem Euroton, nec recipit, ſed olei modo ſupnatantē * (ut dictum eſt ab Homero) breui ſpatio portatū abdicat. Pœnales aquas dirisq; genitas, argenteis ſuis miſceri recuſat.

### Magneſia. Caput .IX.

THeſſaliæ annexa Magneſia eſt, cuius fons Libethra. Oppida, Iolcus, Hormenium, Pyrrha, Methone, Olizon. Promontorium Sepias. Oppida, Caſtana, Spalathra. Promontorium Aeantium. Oppida, Melibœa, Rhizus, Erymne, oſtiū Penei, oppidum Homolium, Orthe, Theſpiæ, Pelinna, Thaumaciæ, Gyr-

*cuncatis.

*Iliad. ſecun. Vbi Titareſiū fluuiū, quē Stra. Euroton appellat, nō in totum miſceri dicit Peneo, ſed olei modo ſupne tantum influere. οὐδ' ὅγε πηνειῷ συμμίσγετ' ἀργυροδίνῃ, ἀλλά τέ μιν καθύπερθεν ἐπιρρέει ἠΰτ' ἔλαιον.

ciæ,Gyrton,Cranon,Acarne,Dotion,Melitea,Phylace,Potniæ: Epiri, Achaiæ, Atticæ, Thessaliæ in porrectum longitudo .CCCCLXXX.M.passuum traditur,latitudo .CCLXXXVII.milium.

Macedonia. Caput .X.

MAcedonia postea.CL.populorũ,duobus inclyta regibus,quandoq; terrarũ imperio, Aemathia antea dicta. Hæc ad Epiroticas gẽtes in solis occasum recedens, post terga Magnesiæ atque Thessaliæ infestatur à Dardanis.Partẽ eius septentrionalem Pæonia ac Pelagonia protegunt à Triballis.Oppida,Aegæ,in quo mos sepelire reges:Beroea : & in regione quæ Pieria appellatur, à nemore Aeginiũ.In ora Heraclea,flumẽ Apilas:oppida Phina,Oloros.Amnis Haliacmon. Intus Haloritæ,Vallei,Philacei,Cyrrhei.Tyrissei.Pella colonia.Oppidum Stobi ciuium Ro. Mox Antigone,Europus ad Axiũ amnẽ,eodemq; noĩe alius,per qđ Rhedias fluit:Scydra,Phorbæ , Mieza, Gordone.Mox in ora Ichnæ,fluuius Axius. Ad hũc finem Dardani,Treres,Pieres, Macedoniã accolũt.Ab hoc amne Pæoniæ gẽtes,Parocci,Heordẽses,Almopij,Pelagones, Mygdones . Montes , Rhodope ,Scopius,Orbelus. Dein præiacente gremio terrarũ,Arethusii,Antiochenses,Idomenẽses,Doberiẽses,Triẽses,Allatẽses, Audaristenses,Moryllij,Garesci, Lyncestæ,Othrionei,et Amãtini liberi,atq; Orestæ colonia : Bullidẽ

*Cappadociam, Syriam, Aegyptũ, Taurum, Caucasum transgressa: hæc in Bactris, Medis, Persis dominata, toto oriẽte poßesso: hæc etiam Indiæ uictrix, per uestigia Liberi patris atq; Herculis uagata: hæc eadem est Macedonia, cuius uno die Paulus Aemilius imperator noster. LXXII. urbes direptas uẽdidit. Tantam differentiã sortis præstitere duo homines.*

Thracia. Caput .XI.

THracia seqtur, inter ualidißimas Europæ gẽtes, in strategias. L. diuisa; populorum eius, quos nominare non pigeat. Amnem Strymonẽ accolunt dextero latere Denselethæ, & Medi, Bisaltas usque suprà dictos: læuo, Digeri. Beßorumq; multa nomina, ad Nestum amnem Pangei Orbeliæ montis ima ambientẽ, inter Eletos, Diobesos, Carbilesos, inde Brysas, Sapæos. Odomantes Odrysarum gens, infundit Hebrum accolentibus Carbiletis, Pyrogeris, Drugeijs, Cænicis, Hypsaltis, Benis, Corpillis, Botieis, Edonis. Eodẽ sunt in tractu Selletæ, Priãtæ, Dolõcæ, Thyni, Celetæ, maiores Hæmo, minores Rhodope subditi. Inter quos Hebrus amnis. Oppidũ sub Rhodope Poneropolis antea, mox à cõditore Philippopolis, nunc à situ Trimontium dicta. Hæmi excelsitas. VI. M. paß. subitur. Auersa eius et in Istrũ deuexa Maßagetæ, Aoti, Gaugdæ, Clariæq;. Sub ijs Carrei, Sarmatæ, quos Areates uocãt, Scythæq;, et circa Põti littora Morisenæ, Sithonijq; Orphei uatis geni- De. s. lutæ.

*tores obtinent.* Ita *finit* Ister *à septentrione.* Ab *ortu* Pontus *ac* Propõtis. A *meridie* Aegæũ *mare, cuius in ora à Strymone,* Apollonia, Oesyma, Neapolis, Pastos. Intus Philippi *colonia.* Absunt *à* Dyrrachio. CCCXXV. Scotusa, Topiris, Nesti *amnis ostium.* Mons Pangeus, Heraclea, Olynthos, *Abdera libera ciuitas, stagnũ* Bistonũ *& gens.* Oppidũ *fuit* Tinda, *Diomedis equorum stabulis dirũ. Nunc sunt* Diceæ, Ismaron, *locus* Parthenion, Phalesina, *Maronea prius* Ortagurea *dicta.* Mons Serriũ *& zonæ, tũ locus* Doriscus. CXX. M. *hoĩm capax.* Ita Xerxes *ibi dinumerauit exercitum.* Os Hebri. Portus Stẽtoris. Oppidũ Aenos *liberũ cũ* Polydori *tumulo,* Ciconũ *quondã regio.* A Dorisco *incuruatur ora ad* Macron *tichos centũ uiginti duorum.* M. *paſ.* Circa *quẽ locũ fluuius* Melas, *à quo sinus appellatur.* Oppida Cypsella, Bisanthe, Macrõ *tichos dictũ, qua à* Propõtide *ad* Meleã *sinũ inter duo maria porrectis muris ꝑcurrentem excludit* Cherronesum. Nanque Thraciæ *altero latere à* Pontico *littore incipiens, ubi* Ister *amnis immergitur, uel pulcherrimas in ea ꝑte urbes habet* Istropolin Milesiorũ, Tomos Calatinq́;, *quæ antea* Aceruetis *uocabatur.* Heracleã *habuit &* Bizonẽ *terræ hiatu raptã. Nunc habet* Dionysiopolin, *Crunos antea dictã. Alluit* Ziras *amnis. Totum eum tractũ* Scythæ Aroteres *dicti tenuere.* Eorũ *oppida* Aphrodisias, Libistos, Zigere, Borcobe, Eume-

be,Eumenia,Parthenopolis,Gerania, ubi Pygmæorū gẽs fuiße ꝓditur,quos Catizos Barbari uocāt, creduntq́; à gruibus fugatos. In ora à Dionysiopoli est Odeßus Milesiorū. Flumẽ Pamisus. Oppidū Tertanaulochus. Mons Hæmus uasto iugo ꝓcumbens in Pontū,Oppidum habuit in uertice Aristæū:Nunc in ora Mesembriam,Anchialum ubi Mesembria fuerat. Asticæ regio habuit oppidum Anthiū,nunc est Apollonia. Flumīa Panissa,Rira,Tearus,Orosines. Oppida Thynnias, Almedessos,Deuelton cū stagno qđ nūc Deultū uocāt. Veteranorū Phinopolis,iuxta quā Bosphorus. Ab Istri ostio ad os Pōti passuū quingẽtorū. LV.M. alij fecere. Agrippa adiecit quadraginta. Inde ad murū supradictū. CL:ab eo Cherronesus. CXXVI.M. Sed à Bosphoro sinus Casthenes. Portus senum,& alter qui mulierū cognominatur. Promontoriū Chrysoceras,in quo oppidū Byzantium liberæ conditionis,antea Lygos dictum. Abest à Dyrrachio. D.CCXI.M.pas. Tantū patet lōgitudo terrarū inter Adriaticū mare et Propōtidẽ. Amnes Bathynias, Pydaras siue Atyras. Oppida Selymbria,Perinthus latitudīe ducentorū pedū cōtinenti annexa. Intus Byzia arx regū Thraciæ,à Terei nefasto crimine inuisa hirundinibus:regio Cænica,colonia flauiopolis,ubi antea Zela oppidū uocabatur. Et à Byzia quinquaginta.M.pass. Apros colonia, quæ à Philippis abest. CLXXXVIII.M.pass. At in ora

* Ganos. in ora amnis Eginus. Oppidũ * Gonos fuisse fertur, & Lysimachia. Iam in Cherroneso. Alius nanq; ibi Isthmos angustia simili est, eodem nomine & pari latitudine: Illustrant duæ urbes utrinq; littora quæ haud dissimili modo tenuere, Pactyæ à Propontide, Cardia à Melane sinu, hæc ex facie loci nomine accepto utræq; comprehensæ. Post ea Lysimachia. V. M. pass. à lõgis muris. Cherronesos à Propõtide ha- * Sicam. buit Tyristasin, Crithotẽ, * Scissam flumini Aegos appositã, nunc habet à colonia Apro. XXXII. M. Resiston, ex aduerso coloniæ Parianæ. Et Hellespõtus septem (ut diximus) stadijs Europam ab Asia diuidens, illic inter se contrarias urbes habet. In Europa Calliopolin et Seston. In Asia Lampsacum & Abydon. Dein promontorium Cherronesi Mastusia aduersum Sigæo, cuius in fronte obliqua Cynossema, ita appellatur Hecubæ tumulus, statio Achæorum. Turris & delubrum Protesilai. Et in extrema Cherronesi fronte quæ uocatur Aeolium, oppidum Elæus. Dein petenti Melanen sinum portus Cœlos, & Panhormus et supradicta Cardia. Tertius Europæ sinus ad hunc modum clauditur. Montes extra prædictos Thraciæ Edonus, Gigemoros, Meritus, Melamphyllon. Flumina in Hebrum cadentia Bargus, Suemus. Macedoniæ, Thraciæ, Hellespõti lõgitudo supradicta. Quidã. D. CCXX. M. faciunt. Latitudo. CCCLXXXIII. M. est. Aegæo

mari na-

mari nomē dedit scopulus inter Tenedū et Chiū uerius q̄ īsula, Aex noīe, à specie capræ, quæ ita à græcis appellatur, repente in medio mari exiliens. Cernunt eū à dextera parte Andrū nauigātes ab Achaia dirū ac pestiferū. Aegæi pars Myrtoo datur, appellatur ab insula parua, quæ cernitur Macedoniā à Gerestо petentibus, haud ꝑcul Euboēæ Caristo. Romani oīa hæc maria duobus noībus appellāt, Macedonicū quodcunq; Macedoniā aut Thraciam attingit, Græciense qua Græciam alluit. Nam Græci & Ionium diuidunt in Siculum ac Creticum ab insulis. Item Icarium quod est inter Samum & Myconum. Cætera nomina sinus dedere quos diximus. Et maria quidē gentesq; in tertio Europæ sinu ad hūc modum se habent.

Insulæ īter eas terras, inter quas Creta, Euboēa, Cyclades, Sporades, Mæotis, Hellespontus, Pōti, Mæotidis, Daciæ, Sarmatiæ, Scythiæ. Ca. XII.

INsulæ autē ex aduerso Thesprotiæ, Corcyra à Buthroto. XII. M. p: eadē ab Acroceraunijs quinquaginta. M. cū urbe eiusdē noīs Corcyra liberæ ciuitatis, & oppido Cassiope, temploq; Casij Iouis, passuū. XCVII. M. in longitudine patens. Homero dicta Scheria & Phæacia, Callimacho etiam Drepane. Circa eam aliquot, sed ad Italiam uergens Thoronos, ad Leucadiam Paxæ duæ, quinque. M. discretæ à Corcyra: nec procul ab ijs ante Corcyram Eri-

Homero dicta Scheria & Phæacia locis aliquot opis utriusq;. Step.

*itē Phæacia(in qt) dicta est à Phæace Neptuni ex Cercyra filio, à qua insula Cercyra dicta est antea uocata Scheria, & Drepane.*

*ram* Ericusa, *Marate*, Elaphusa *Malthace*, *Trachiæ*, Pytionia, Ptychia, *Tarachiæ*. Et *à* Phalacro *Corcyræ* ꝓmontorio *scopulus*, *in* quē *mutatā* Vlyssis *nauem à simili specie fabula est*. Ante Leucadiam *Sybota*. Inter Leucadiam *aūt et* Achaiā *permultæ*, *quarū* Teleboides *eædē quæ* Taphiæ *ab incolis ante Leucadiam appellātur*, Taphias, *Arnoxiæ*, Primessa, *& ante* Aetoliam Echinades, Aegialia, Cotonis, Thyatira, Geoaris, *Dionysia*, *Cyrnus*, Chalcis, *Pinara*, *Mystus*. Ante eas ī *alto* Cephalenia, *Zacynthus*, *utræq; liberæ*, Ithaca, *Dulichiū*, Samos, *Crocylea*, Paxos. Cephalenia *quondā* Melena *dicta*. XI. M. p. *abest*, *circuitu patet*. XLIIII. *Same diruta à* Romanis, *adhuc tamen oppida tria habet*. Inter *hanc &* Achaiam *cū* oppido *magnifica & fertilitate præcipua* Zacynthus, *aliquādo appellata* Hyriæ, *Cephaleniæ à meridiana parte*. XXII. M. *abest*: *mōs* Elatus *ibi nobilis*. Ipsa *circuitu colligit*. XXXVI. M. *Ab ea* Ithaca. XII. M. *distat*, *in qua mons* Neritus. *Tota uero circuitu patet*. XXV. M. p. *Ab eo* Araxum Pelopōnesi *promontorium*. XII. M. *pass*. Ante *hanc in alto* Asteris. Prote *ante* Zacynthum. XXXV. M. *pass*. In *eurum uentum* Strophades *duæ*, *ab alijs* Plotæ *dictæ*. Ante Cephaleniam *Letoia*. Ante Pylū. III. *Sphagia*, *et totidē ante* Messenen, Oenussa. In *sinu* Asinæo. III Thyrides, *in* Laconico Theganusa, Cothon, Cythera *cū oppido antea* Porphyris *appel*

*De Elato monte & infra in fra li. 8. c. 58.*

ris appellata. Hæc sita est à Maleæ promontorio. V. M. pass. ancipiti propter angustias ibi nauiū ambitu, in Argolico Pityusa, Irine, Ephyre, contra Hermonium agrum Tiparenus, Epiropia, Colonis, Aristera: cōtra Trœzeniū Calauria. L. M. pass. distans à Plateis, Belbina, Lasia, Baucidias. Contra Epidaurum Cetiphalos, Sytionesos. VI. M. pas. abest à cōtinente, ab hac Aegina liberæ cōditionis. XVII. M. p. cuius. XX. M. pass. nauigatio est. Eadē aūt à Pyræo Atheniensiū portu. XII. M. p. abest, antè Oenone uocitata. Spiræo promontorio obiacent Eleusa, Dēdros, Graugiæ duæ, Cæciæ duæ, Selachusa, Dacenchris, Aspis. VII. Et in Megario sinu Hetrurides. IIII. Aegila aūt. XV. M. pass. à Cythera. Eademq; à Cretæ Phalasarna oppido. XXV. M. pass. Ipsa Creta altero latere ad austrū, altero ad septentrionē inter ortum occasum'que porrigitur. C. urbium clara fama. Dosiades eam à Creta nympha Hesperidis filia: Anaximander à rege Curetum: Philistides, Mallotes, Crates primum Aëriam dictā, deinde posteri Curetin appellauere. Et Macaron nōnulli à tēperie cæli appellatum existimauere. Latitudine nusquam L. M. passium excedens, et circa mediam sui partē maxime patens, longitudine implet. CCLXX. M. pass. Circuitu. DLXXXIX. flectensq; se in Creticum pelagus ab ea dictū, quà lōgissime est ad orientem Sammoniū promōtorium aduersum Rhodo, ad occidentem

Hic Homerus Ili. 2. κρήτην ἑκατόμπολιν appellat.

occidētem Criū metopon, Cyrenas uersus expellit. Oppida eius insignia, Phalasarne, Liæa, Cysamum, Pergamū, Cydon, Minoū, Apterō, Pantomatrium, Amphimalla, Rhythymna, Parnomiū, Cyteū, Apol lonia, Matiū, Heraclia, Miletos, Ampela, Hierapy tna, Lebena, Hierapolis. Et in mediterraneo Corty na, Phæstū, Gnosū, Polyrheniū, Myrina, Lycastus, Rhamnus, Lictus, Diū, Asum, Piloros, Rhytiō, Cla- tos, Pharæ, Holopyxos, Lappa, Eleuternæ, Thera- pne, Marathusa, Cytinos, & aliorū circiter. LX. oppidorū memoria extat. Montes Cadiscus, Idæus, Dictæus, Corycus. Ipsa abest promontorio suo quod uocatur Criū Metopon, ut ꝑdit Agrippa, à Cyrena rū ꝑmōtorio Phicūte. CCXXV. M. p. Itē Cadisco à Malea Peloponnesi. LXXX. A Carpatho insula ꝑmontorio Sammonio. LX. M. in fauoniū uentū. Hæc inter eā et Rhodū interiacet. Reliqua circa eā ante Peleponnesum duæ Coricæ, totidē Milæ, et à la tere septentrionali dextra Cretam habent. Contra Cydoniam Leucæ, & duæ Budræ. Contra Matium Dria. Cōtra Itanū ꝑmontoriū Onisa, Leuce. Cōtra Hierapynam, Chrysa, Gaudos. Eodē tractu Ophiu sa, Buro, Aranus, circūuectisq; Criū Metopon, tres Musagores appellatæ. Hæ ante Sammoniū ꝑmōto riū Phocæ, Plachiæ, Sirindes, Naulochos, Armedō, Zephyræ. Ac in Hellade etiamnū in Aegæo Lycades, Scarphia, Coresa, Phocasia, cōpluresq; aliæ ex

aduerso

> Criu metopō, ut sint duæ di- ctiones, hoc sē- su, arietis frō- tem. Sic apud Dionysium. τὴν ῥα περι- κτίονες κρι- οῦ καλέουσι μέτωπον.

aduerso Atticæ sine oppidis, & ideo ignobiles. Sed contra Eleusina clara Salamis: ante eam Psytalia, à Sunio uero Helene. V. M. passuum distans. Dein Ceos ab ea totidē, quā nostri quidē dixere Ceā, Græci & Hydrusam auulsam Euboeæ, quingētis longa stadijs fuit quondā: mox quatuor ferè ptibus, quæ ad Boeotiā uergebāt, eodē mari deuoratis. Oppida habet reliqua Iulida, Cartheia: intercidere Coressa, Poecessa. Ex hac pfectā delectationi fœminis uestē autor est Var. Euböea & ipsa auulsa Boeotiæ, & à modico interfluēte Euripo ut ponte iungatur, ad meridiē pmontorijs duobus, Geraesto ad Atticam uergente, & ad Hellespontum Caphareo insignis, à septentrione Cæneo, nusq̄ latitudine ultra. XL. M. p. extēdit, nusq̄ infra. XX. M. contrahit. Sed in longitudinem uniuersæ Boeotiæ, ab Attica Thessaliā usq; prætentā in. CL. M. p. Circuitu uero. CCCLXV: abest ab Hellespōto pte Capharei. CCXXV. urbibus clara quondā, Pyrrha, Porthmo, Neso, Cerītho, Oreo, Dio, Aedepso, Ocha, Oechalia, nunc Chalcide. Cuius ex aduerso in continēti Aulis est, Geraesto, Eretria, Caristo, Orostane, Oritano, Artemisia, cū fonte Arethusa, flumine Lelāto, aquisq; calidis, quæ Hellopiæ uocantur, Carystus nobilis notiorq; tamē marmore Carystio: antè uocitata est Chalcodotis, aut Macris, ut Dionysius & Ephorus tradunt. Ut Aristides Macra, ut Callidemus Chalcis, ære ibi primum

mitẽ Helladius. Scyros quã circuitu patere. XXX. M. paſ. ꝓdidere ueteres, Mutianus. CLX: Oliaros, Paros cũ oppido ab Delo. XXXVIII. M. marmore nobilis, quã primo Pactiam, poſtea Minoida uocarunt. Ab ea ſeptem. M. quingentis Naxus, à Delo XVIII. cum oppido quam Strongylen, dein Dian, mox Dionyſiada à uinearũ fertilitate, alij Siciliam minorẽ aut Callipolin appellarunt. Patet circuitu LXXV. M. paſ. dimidioq; maior eſt q̃ Paros: Et hactenus quidẽ Cycladas ſeruant. Cæteras quæ ſequuntur Sporades. Sunt autẽ Helena, Phocuſa, Hecaria, Schinuſa, Pholegandros, & à Naxo decẽ & ſeptẽ M. paſſ. Icaros, quæ nomẽ mari dedit, tantundẽ ipſa in longitudinẽ patẽs, cũ oppidis duobus tertio amiſſo, ante uocata Doliche, & Macris, & Ichthyoẽſſa. Sita eſt ab exortu ſolſtitiali à Delo qnquaginta. M. paſſ. Eadem à Samo. XXXV. M. Inter Euboẽam & Andrũ. X. M. paſſ. freto. Ab ea Geraſtũ. CXII. M. quinquaginta paſsuũ. Nec deinde ſeruari poteſt ordo. Aceruatim ergo ponentur reliquæ. Ios à Naxo. XIIII. M. paſſ. Homeri ſepulchro ueneranda. Lõgitudinis. XXV. M. antea Phœnice appellata. Odia, Letãdro, Gyaros cum oppido, circuitu. XII. M. paſſuũ ꝓpe: Abeſt ab Andro ſexaginta duorum mil. paſsuũ. Ab ea Syrnos. LXXX. M. paſſ. Cynethuſa, Telos unguẽto nobilis, à Callimacho Agathuſa appellata. Donyſa, Patmos circuitu. XXX. M.

paſſ. Coraſsiæ, Lebinthus, Leros, Cynara, Sicynus quæ antea Oenoë, Heratia, quæ Onus, Caſus quæ Aſtrabe, Cimolus, quæ Echinuſa. Melos cũ oppido quam Ariſtides Byblida appellat, Ariſtoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides Siphnũ & Acyton. Hæc inſularũ rotũdiſſima eſt. Poſt Machia, Hipere quondam Patage, ut alij Platage, nũc Amorgos, Polyægos, Phile, Thera, cũ primum emerſit Calliſte dicta, ex ea auulſa poſtea Theraſia, atq; inter duas enata. Mox Automate eadẽ Hiera: et ĩ noſtro æuo Thia iuxta eandẽ Hierã nata. Diſtat Ios à Thera. XXV. M. p. Sequũtur Lea, Aſcania, Anaphe, Hippuris, Hippuriſſuſa, Aſtipalea liberæ ciuitatis circuitu LXXXVIII. M. p. abẽ à Cadiſto Cretæ. CXXV. M. Ab ea Platea. LX. M. Vnde Caminia. XXXVIII. M. Azibinta, Laniſe, Tragia, Pharmacuſa, Techedia, Chalcia, Calydna, ĩ q̃ oppida. III. Calymnæ. II. Olõnos. A q̃ Carpathũ, q̃ nomẽ Carpathio mari dedit. XXV. M. p. Inde Rhodiũ Africo uento, L. M. p. à Carpatho, ad Caſon. VII. M. à Caſo Sammoniũ Cretæ ꝓmõtoriũ. XXX. M. In Euripo aũt Euboico prĩo ferè introitu Petaliæ. quatuor inſulæ, et in exitu Atlãte, Cyclades, et Sporades, ab oriente littoribus Icarijs Aſiæ, ab occidente Myrtois Atticæ, à ſeptẽtrione Aegæo mari, à meridie Cretico & Carpathio incluſæ. CC. M. paſſ. in longitudinẽ, & per. CC. M. in latitudinẽ iacent. Pe-

Olymnos.

gaſicus

gasicus sinus ante se habet Eutychiam, Cicynetũ et Scyrũ supradictã. Sed Cycladũ et Sporadũ extimã Gerontiã, Scadirã, Thermeusim, Irhesiam, Solymniam, Eudemiã, Neã q̃ Mineruæ sacra est. Athos ante se quatuor, Peparethũ cũ oppido, quondã Euonũ dictam. IX. M. p. Sciathũ. XV. M. Imbriũ cũ oppido LXXXVIII. M. p. Eadẽ ab est à Mastusia Cherronesi. LXXV. M. p. Isa circuitu LXXII. M. p. Perfũditur amne Ilisso. Ab ea Lemnos. XXII. M. q̃ ab Atho. LXXXVII. M. Circuitu patet. XXII. M. D. pass. Oppida habet Ephestã & Myrinã, in cuius forũ solstitio Athos eiaculatur umbrã. Ab ea Thassos libera. V. M. pas. olim Aëria uel Aethria dicta. Inde Abdera à cõtinenti. XX. M. p. Athos. LXII. M. tantundẽ ad iusulã Samothracẽ, quæ libera ante Hebrum, ab Imbro. XXXII. M. à Lemno. XXII. M. D. attollitur monte * Saoce. X. M. pass. portuosissima oĩum: Callimachus eam antiquo noĩe Dardaniam nominat. Inter Cherronesum et Samothracen utrinq; ferè XV. M. Halonesos, ultrà Hethone, Lãponia, Alpecõnesus haud ꝓcul à Cœlo Cherronesi portu, & quædã ignobiles. Desertis quoq; reddãtur in hoc sinu quarũ modo uix inueniri potuerũt noĩa, Desticos, Larnos, Cyssiros, Carbrusa, Calathusa, Scylla, Dialeon, dicta Melantia, Draconon, Arconesus, Diethusa, Scapos, Capheris, Mesatea, Eantiron, Phaterunesos, Pateria, Calete, Neriphus, Polendos.

*Sao.

Quartus è magnis Europæ ſinus ab Helleſponto in cipiens, Mæotis oſtio finitur. Sed totius Ponti forma breuiter amplectenda eſt, ut facilius partes noſcantur. Vaſtū mare præiacens Aſiæ & ab Europa porrecto Cherroneſi littore expulſum, anguſto meatu irrumpit in terras ſeptē ſtad. ut dictū eſt interuallo, Europā auferens Aſiæ. Primas anguſtias Helleſpontum uocant. Hac Xerxes Perſarū rex conſtrato in nauibus pōte duxit exercitū. Porrigitur inde tenuis Euripus. LXXXVI. M. paſſ. ſpatio ad urbē Priapū Aſiæ, qua magnus Alexāder tranſcēdit. Inde expatiatur æquor, rurſusq; in arctū coit laxitas. Propōtis appellatur. Anguſtiæ Thracius Boſphorus, latitudidine. D. paſ. qua Darius pater Xerxis copias ponte trāſuexit. Tota ab Helleſpōto lōgitudo. CC. M. XXXIX. M. paſ. Dein uaſtū mare, pontus Euxinus, qui quondā Axenus longe refugiētes occupat terras, magnoq; littorū flexu retro curuatus in cornua ab his utrinq; porrigitur, ut ſit planè arcus Scythici forma. Medio flexu iungitur oſtio Mæotici lacus Cimmerius Boſphorus, id os uocatur. III. M. D. p. latitudine. At inter duos Boſphoros Thraciū & Cimmeriū directo curſu, ut autor eſt Polybius, D. M. paſſ. interſunt. Circuitu uero totius Ponti uicies ſemel. L. M. ut autor eſt Var. & ferè ueteres. Nepos Corne. CCC. M. L. adijcit. Artemidorus uicies nouies. XIX. mil. facit. Agrippa. XXIII. LX mil. Mu-

mil.Mutianus.XXVIII. LXV. mil.Simili modo Europæ latere mensurã alij quatuordecies. LXX VIII.mil.p.determinauere: Alij undecies. LXX. mil. M.Varro ad hũc modũ metitur. Ab ostio Põti Apolloniã.CLXXXVIII.mil.D.p.Calatin tãtun dẽ. Ad ostiũ Istri.CXXV. Ab Borysthene.CCL. mil. Cherronesum Heracleatarum oppidũ. CCCL XXV.mil.pass. Ad Panticapæũ quod aliqui Bosphorum uocant, extremũ in Europæ ora. CC.mil. XXII.D: quæ summa efficit.XIII.XXXVI.mil. D. Agrippa à Byzantio ad flumen Istrum.D.LX. Inde Panticapæũ.D.CXXX. Inde lacus ipse Mæotis Tanain amnẽ ex Rhipheis montibus defluentem accipiẽs, nouissimũ inter Europam Asiamq; finem, XIIII.VI.M. circuitu patere traditur. Ab alijs XI.XXV.mil. Ab ostio eius Tanais, ortũ directo cursu.CCCLXXV.mil.pas.esse cõstat. Accolæ sinus eius in mentione Thraciæ dictæ sunt. Istropolis, Inde ostia Istri. Ortus hic in Germaniæ iugis mõtis *Arnobæ, ex aduerso Raurici Galliæ oppidi, multis ultra alpes milibus, ac per innumeras lapsus gẽtes, Danubij nõie, immenso aquarum auctu, & unde primũ Illyricũ alluit Ister appellatur, sexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorũ nauigabili, in Pontũ uastis sex fluminibus euoluitur. Primũ ostium Peuces, mox Ispa, Peuce insula, in qua proximus alueus appellatus.XIX.mil.pas.magna palude sor

Vel Arbonæ. Arnobi Ptol.

 betur.Ex

betur. Ex eodē alueo & super Istropolin lacus gignitur, LXIII. mil. pass. ambitu, Halmirim uocant. Secundū ostiū Naracustoma appellatur. Tertiū Calostoma iuxta insulā Sarmaticam. Quartū Pseudostoma, & insula Conopondiabasis, postea Boreostoma & Spireostoma. Singula aūt ora tanta sunt ut ꝓbatur in. XL. mil. pass. longitudinis uinci mare, dulcemq; intelligi haustū. Ab eo in plenū quidē oēs Scytharū sunt gentes, uariæ tamen littori appositæ, tenuere, aliâs Getæ, Daci à Romanis dicti, aliâs Sarmatæ, à Græcis Sauromatæ, eorūq; Hamaxobij aut Aorsi, aliâs Scythæ degeneres & à seruis orti, aut Troglodytæ, mox Alani et Roxalani. Supiora aūt inter Danubiū et Hyrciniū saltū usq; ad Pannonicā hyberna Carnūtij, Germanorūq; ibi cōfiniū. Campos et plana Iazyges, Sarmatæ uero montes & saltus: Pulsi ab his Daci ad Pathissum amnē. Amorois siue Duria est à Sueuis, regnoq; Vanniano dirimens eos. Ex aduerso Basternæ tenent, Haliq;, inde Germani. Agrippa totū eum tractū ab Istro ad oceanum bis ad decies centum mil. p. in lōgitudine, quatuor milibus quadringentis in latitudine ad flumen Vistulam à desertis Sarmatiæ ꝓdidit. Scytharum nomen usquequaque transit in Sarmatas atque Germanos. Nec alijs prisca illa durauit appellatio, q̃ q extremi gentiū harū ignoti propè cæteris mor-
Creme Steph. talibus degunt. Verum ab Istro oppida, Cremense,

Ocbolium.

Oebolium. Montes Macrocrennius, Clarus, amnis Tyra oppido nomen imponens, ubi antea Ophiusa dicebatur. In eodẽ insulã spatiosam incolunt Tyragetæ, Abest à Pseudostomo Istri ostio. CXXX. mil. pass. Mox Axiacæ cognoĩes flumini, ultra quos Crobyzi, flumen Rhode, sinus Sagaricus, portus Ordesus. Et à Tyra. CXX. mil. p. flumẽ Borysthenes, lacusq́; & gens eodẽ noĩe, & oppidũ à mari recedens. XV. mil. passuum. Olbiopolis et Miletopolis antiquis noĩbus. Rursusq́; in littore portus Achæorũ. Insula Achillis, tumulo eius uiri clara. Et ab ea CXXV. M. p. pẽninsula, ad formã gladij in transuersum porrecta, exercitatione eiusdẽ cognomĩata Dromos Achilleos, cuius longitudinẽ. LXXX. M. passuũ tradidit Agrippa. Totum eum tractũ Taurici, Scythæ & Sarmatæ tenent. Inde syluestris regio, Hyleum mare, quo alluitur cognominauit, Enæcadloæ uocantur incolæ. Vltra Panticapes amnis, qui Nomadas & Georgos disterminat: mox Acesinus. Quidam Panticapẽ confluere intra Olbiam cũ Borysthene tradunt, diligentiores Hypanin: tãto errore eorũ, qui illũ in Asiæ parte ꝓdidere. Mare subit uasto recessu, donec quinque mil. pass. interuallo absit à Mæotide, uasta ambiens spatia multasq́; gentes. Sinus Carcinites appellatur, flumen Pacyris. Oppida Naubarum Carcine. A tergo lacus Buges, fossa missus in mare. Ipse Buges à * Coreto, Mæotis

Opoliũ alij. Nauarũ. Carœto.

lacus sinup,etroso discluditur dorso. Recipit amnes Bugem, Gerrhũ, Hypanin, ex diuerso uenie͂tes tractu. Nam Gerrhus Basilidas & Nomadas separat. Hypanis p Nomadas & Hyleos fluit, manu facto al ueo in Buge͂, naturali in Coretũ. Regio Scythiæ Se͂dica noiatur. Sed à Carcinite Taurica incipit, quondam mari circũfusa & ipsa, quaq; nunc iacent campi. Deinde uastis attollitur iugis. Triginta sunt eorum populi. Ex ijs mediterranei. XXVII. Sex oppida, Orgocyni, Caraseni, Aßyrani, Tractari, Arcilachitæ, Caliordi. Iugũ ipsum Scythotauri tene͂t. Clauduntur ab occidente Cherroneso, ab ortu Scythißatarchis. In ora Carcinite oppida Taphræ, ĩ ipsis angustijs peninsulæ. Mox Heraclea, Cherronesos, libertate à Romanis donatũ. Megarice uocabatur antea præcipui nitoris, in toto eo tractu custoditis Græciæ moribus, V. M. pas. ambie͂te muro. Inde Parthenium, pmontorium Taurorũ, ciuitas Palacia. Symbolon portus. Promontorium Criũ metopon, aduersum Carãbico Asiæ promontorio, p mediũ Euxinum percurrens. CLXX. M. passuũ interuallo, quæ maxime ratio Scythici arcus formã efficit. Ab eo Taurorum portus multi & lacus. Oppidũ Theodosia à Criũ metopo. CXXII. M. pass. A Cherroneso. CLXV. M pass. Vltra fuere oppida, Cyte, Zephyriũ, Acre, Nymphæũ, Dia. Restat longe ualidißimum in ipso Bosphori ĩtroitu, Panticapæũ Milesiorũ, à Theodosia

odosia.M.XXXV.pass. A Cimmero uero oppido trans fretũ sito.MD.(ut diximus)spatium. Hæc ibi latitudo Asiã ab Europa separat,eaq; ipsa pedibus plerunq; peruia,glaciato freto Bosphori Cimmerij. Latitudo.XII.D.passuũ.Oppida habet,Hermisiũ, Myrmeciũ: & intus insulam Alopecẽ. Per Mæotin aũt ab extremo Isthmo, qui locus Taphræ uocatur, ab ore Bosphori .CCLX.M.pass.longitudo colligitur. A Taphris p continentẽ introrsus tenent Auchetæ,apud quos Hypanis oritur. Neuri,apud quos Borysthenes,Geloni, Thussagetæ,Budini,Basilidæ,& cæruleo capillo Agathyrsi. Sup eos Nomades:dein Anthropophagi. A Bute sup Mæotin Sauromatæ,et Hessedones. At p oram ad Tanaim usq; Mæotæ,à q bus lacus nomen accepit: ultimiq; à tergo corũ Arimaspi. Mox Rhiphæi montes, & aßiduo niuis casu pinnarũ similitudine,Pterophoros appellata regio: pars mundi damnata à natura rerũ,& densa mersa caligine:neq; in alio q̃ rigoris opere gelidisq; aquilonis conceptaculis. Pone cos montes,ultràq; aquilonem,gens felix(si credimus) quos Hyperboreos appellauere,annoso degit æuo,fabulosis celebrata miraculis. Ibi credũtur esse cardines mũdi,extremiq; siderũ ambitus,semestri luce & una die solis auersi: non,ut imperiti dixere, ab æquinoctio uerno in autumnum. Semel in anno solstitio oriuntur ijs soles, brumaq; semel occidunt. Regio aprica,felici temperie, omni affla

*Buce,Buge.

Potest legi solle auerso,cum præcesserit semestri luce. Nam

HEllespontus insulas non habet in Europa dicendas. In pōto duæ. M.D. pass. ab Europa: XIIII. M. ab ostio Cyaneæ, ab alijs Symplegades appellatæ, traditæq; fabulis inter se cōcurrisse: quoniam paruo discretæ interuallo, ex aduerso intrantibus geminæ cernebantur: paulumq; deflexa acie, coeuntiū speciē præbebant. Circa Istrum Apolloniatarum una .LXXX. M. à Bosphoro Thracio, ex qua M. Lucullus Capitolinum Apollinem aduexit. Inter ostia Istri quæ essēt diximus. Ante Borysthenē Achillea est supradicta, eadē Leuce & Macaron appellata. Hanc temporū horū demonstratio à Borysthene CXL. M. ponit, à Tyra. CXX. M. à Peuce insula L. M. Cingitur circiter. X. M. pas. Reliqua in Carcinitis sinu Cephalōnesos, Rhosphodusa, Macra. Nō est omittenda multorū opinio, priusq̄ digrediamur à Ponto, qui maria oīa interiora illo capite nasci, nō Gaditano freto, existimauere, haud improbabili argumento: quoniā æstus semper è Ponto ꝓfluens, nunquam reciprocetur ad eūdem. Deinde est, ut extera Europæ dicantur, transgressisq; in Rhiphæos montes, littus oceani septētrionalis in læua, donec perueniatur Gades, legēdum. Insulæ cōplures sine noībus eo situ traduntur. Ex qbus ante Scythiam quæ appellatur Pannonia, unam abesse à Scythia diei cursu, in quam ueris tēperie fluctibus electrum eijciatur, Timæus ꝓdidit. Reliqua littora incerta signata fama.

Septentrio-

Septētrionalis oceanus (Amalchium eum Hecatæus appellat) à Paropaniso amne, quà Scythiā alluit, qđ nomen eius gentis lingua significat congelatū. Philemon Morimarusam à Cimbris uocari, hoc est, mortuum mare. Inde usq; ad promontoriū Rubeas. Vltrà deinde Croniū. Xenophon Lampsacenus, à littore Scytharū tridui nauigatione, insulā eße immensæ magnitudinis, Baltiā tradit. Eādem Pythias Basiliā nominat. Ferūtur & Oonæ, in qbus ouis auiū et auenis incolæ uiuant. Aliæ, in quibus equinis pedibus homines nascātur, Hippopodes appellati. Fanesiorum aliæ, in quibus nuda alioquin corpora, prægrandes ipsorū aures tota integant. Incipit inde clarior aperiri fama ab gente Ingæuonum, quæ est prima. Inde Germaniæ Seuo mōs, ibi immensus, nec Rhiphæis iugis minor, immanē ad Cimbrorum usq; promontorium efficit sinum, qui Codanus uocatur, refertus insulis: quarum clarißima Scādinauia est, incōperta magnitudinis. Portionē tantum eius, q̃ sit notum, Hilleuionū gente .D. incolente pagis, quæ alterū orbē terrarum eam appellat. Nec est minor opinione Eningia. Quidā hæc habitari ad Vistulā usque fluuium, à Sarmatis, Venedis, Scyris, Hyrris tradunt. Sinum Clylipenum uocari, & in ostio eius insulam Latrin. Mox alterū sinum Lagnum, conterminū Cimbris.

Promontoriū Cimbrorum excurrens in maria longè, peninsulā efficit, quæ * Haustisus appellatur. X XIII. M.

Cronium sine asp. scrib. est, ut sit Cronium mare, qđ alio noīe Saturnium dicitur, ut autor est Dio. de si. or. & infra capit. 16. κρόνος enim græce Saturnus latine dicitur. Hinc κρόνιος Saturnius. Apud nonnullos tamen Chroniū scriptū inuenitur: id'que ab Hermo. ānotatū ē.

* Carceis, Caris.

XIII.M.paſſ. Inde inſulæ Ro. armis cognitæ. Earũ nobiliſſimæ Burchana, Fabaria à noſtris dicta, à frugis ſimilitudine ſponte prouenie̅tis. Item Gleſſaria, à ſuccino militiæ appellata, à barbaris Auſtrania, præterq; Actania. Toto autem hoc mari ad Scaldin uſq; fluuiũ Germaniæ, accolũt ge̅tes haud inexplicabili menſura. Tam immodica prudentiũ diſcordia eſt. Græci & quidam noſtri, XXV. milium paſſuũ oram Germaniæ tradiderunt. Agrippa cum Rhetia & Norico longitudinem. DCLXXXVI.M. paſſ. latitudinem. CCXLVIII. milia.

Germaniæ. Caput .XIIII.

RHetiæ, ppè unius maiore latitudine, ſanè circa exceſſum eius ſubactæ. Nam Germania multis poſtea annis nec tota percognita eſt. Si coniectare permittitur, haud multum oræ deerit Græcorum opinioni, & longitudinis ab Agrippa traditæ. Genera Germanorum. V. Vindelici, quorum pars Burgundiones, Varrini, Carini, Guttones. Alterum genus Ingæuones, quorum pars Cimbri, Teutoni, à Cauchorum ge̅te. Proximi autem Rheno Iſtæuones, quorũ pars Cimbri mediterranei: Hermiones, quorum Sueui, Hermunduri, Chatti, Cherufci. Quinta pars Peucini, Baſternæ, ſupradictis contermini Dacis. Amnes clari in oceanum defluunt, Gutallus, Viſtillus ſiue Viſtula, Albis, Viſurgis, Amiſius, Rhenus, Moſa. Introrſus uero, nulli inferius nobilitate,

Veruni Ptol.

Hercynium

Hercynium iugum prætenditur.

Insulæ in Gallico oceano. Ca. .XV.

IN Rheno autẽ ipso, propè. C. M. paßuum in longitudinem, nobilißima Batauorum insula, & Cãnenufatum, et aliæ Frisiorũ, Cauchorũ, Frisiabonũ, Sturiorum, Morsatiorum, quæ sternuntur inter Helium ac Fleuum. Ita appellantur ostia, in quæ effusus Rhenus, ab septentrione in lacus, ab occidente in amnem Mosam se spargit: medio inter hæc ore, modicum nomini suo custodiens alueum.

Britannia & Hibernia. Ca. .XVI.

EX aduerso huius situs Britannia insula, clara Græcis nostrisq; monumentis, inter septentrionem & occidentẽ iacet: Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, multo maximis Europæ partibus magno interuallo aduersa. Albion ipsi nomen fuit, cum Britãniæ uocarẽtur omnes, de qbus mox paulo dicemus. Hæc abest à Gesoriaco Morinorum gẽtis littore, ꝓxime traiectu. L. M. minimũ, circuitu uero patere tricies octies uigintiquinq;. M. Pythias et Isidorus tradũt: triginta propè iam annis, noticiam eius Ro. armis non ultra uicinitatẽ syluæ Calidoniæ ꝓpagantibus. Agrippa longitudinem. DCCC. M. pas. credit esse, latitudinẽ. CCC. M. credit. Et eandẽ Hiberniæ latitudinem. Sed lõgitudinem. CC. M. pass. minorem. Super eam hæc sita abest breuißimo transitu à Silurũ gente. XX. M. p. Reliquarũ nulla. CXXV. M.

Iuuernæ.

circuitu

*circuitu amplior ꝑditur. Sunt aũt hinc. XL. Orcades, modicis inter se discretæ spatijs. Septẽ Acmodæ, & XXX. Hæbudes, et inter Hiberniã & Britanniam Mona, Menapia, Rienea, Vectis, Silimnus, Andros. Infra uero Siambis, & Axantos. Et ab aduerso in Germanicũ mare sparsæ Glessariæ, quas Electridas græci recentiores appellauere, quod ibi electrum nasceretur. Vltima omniũ quæ memorantur, Thule: in qua solstitio nullas esse noctes ĩdicauimus, Cancri signum sole transeunte, nullosq; contrà per brumam dies. Hæc quidam senis mensibus continuis fieri arbitrantur. Timæus historicus à Britannia introrsus sex dierum nauigatione abesse dicit insulam * Mitterim, in qua cãdidum plumbum ꝓueniat. Ad eam Britannos uitilibus nauigijs corio circumsutis nauigare. Sunt & qui alias prodant, Scãdiam, Dumnam, Bergos, maximamq; oĩm Nerigon, ex qua in Thulen nauigetur. A Thule unius diei nauigatione mare cõcretum, à nonnullis Croniũ appellatur.*

Ricina. Limnus. Edros. Samnis. * Cattiterim.

## Gallia. Caput .XVII.

*GAllia oĩs Comata uno noĩe appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maxime distincta. A Scalde ad Sequanam Belgica. Ab eo ad Garumnã Celtica, eademq; Lugdunẽsis. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aqtania, Aremorica antè dicta. Agrippa uniuersarũ Galliarum inter Rhenum & Pyrenæum, atq; oceanum ac montes Gebennam &*

rum agro colonia Lugdunum.

Aquitania. Caput .XIX.

AQuitanicæ sunt Ambulatri, Anagnutes, Pictones, Santones liberi, Bituriges liberi, Sesignani, cognoīe Vbisci, Aquitani unde nomen ꝓuinciæ, Sediboniates. Mox in oppidū cōtributi Cōuenæ, Bergebi, Tarbeli quatuor, Signani, Cocossates, Sexagnani, Venami, Enobrisates, Belēdi, saltus Pyrenæus. Infraq; Nemeosi, Osquidates montani, Sibyllates, Camponi, Bercorcates, Pipedimui, Sassumini, Vellates, Tornates, Cōsorāni, Ausci, Elusates, Sottiates, Osquidates campestres, Succasses, Latusates, Basabocates, Vassei, Sennates, Cambolestri, Agesinates Pictonibus iuncti. Hinc Bituriges liberi, qui Cubi appellantur. Dein Lemouices, Aruerni liberi, Gabales. Rursus Narbonēsis ꝓuinciæ cōtermini Rhuteni, Cadurci, Antobroges, Tarneq; amne discreti à Tolosanis Petrogori. Maria circa oram ac Rhenū septentrionalis oceanus, inter Rhenū & Sequanam Britannicus, inter Rhenum & Pyrenæum Gallicus. Insulæ complures Venetorū, & quæ Veneticæ appellantur, & inter Aquinaticum sinum.

Citerior Hispania. Caput .XX.

A Pyrenæi ꝓmontorio Hispania incipit, angustior nō Gallia mō, uerumetiā semetipsa, ut diximus, immēsum quantum hinc Oceano, illinc Iberico mari cōprimentibus. Ipsa Pyrene iuga ab exor

n tu æquino-

*tu æquinoctiali in occasum brumalẽ, breuiores late-re septentrionali q̃ meridiano Hispanias faciũt. Proxima ora citerioris est, eiusdẽq; Tarraconẽsis situs, à Pyrenæo per Oceanũ Vasconũ saltus, Olarso, Vardulorũ oppida, Morosgi, Menosca, Vesperies, Amanum portus, ubi nũc Obrica, Flaui, colonia ciuitatũ nouẽ. Regio Cantabrorũ, flumẽ Sanga, portus uictoriæ Iuliobricensium. Ab eo loco fontes Iberi. XL. M. pas. Portus Biendiũ, Origeni mixtis Cantabris. Portus eorũ Vesei, Veca. Regio Asturũ, Noega oppidũ, in peninsula Pisici. Et deinde cõuentus Lucensis à flumine Nauilubione, Cibarci, Egouarri cognomine Namarini, Iadoni, Arrotrebæ, ꝓmontorium Celticũ. Amnes, Florius, Nelo Celtici cognoĩe: Neriæ, superq; Tamarici, quorũ in peninsula Tresaræ Sestianæ Augusto dicatæ, et Cæpori oppidũ, Nœla. Celtici cognoĩe Præsamarci, Cileni. Ex ĩsulis noĩandæ Corticata, & Aunios Acilẽsis, cõuentus Bracarũ, Heleni, Gronij, Castellũ Tide, Græcorũ sobolis oĩa. Insulæ Cicæ. Insigne oppidũ Abobrica. Minius amnis. IIII. M. p. ore spatiosus, Leuni, Seurbi, Bracarum oppidũ Augustæ, quos suprà Galecia. Flumẽ Limia. Durius amnis ex maximis Hispaniæ, ortus in Pelõdonibus, et iuxta Numantiã. Lapsus dein per Areuacos Vaccæosq̃; disterminatis ab Asturia Vectonibus, à Lusitania Gallecis. Ibi quoq; Turdulos à Bracaris arcens, oĩsq̃; dicta regio à Pyrenæo metallis*

*referta*

referta, auri, argenti, ferri, plumbi, nigri albiq;.

Lusitania. Caput .XXI.

A Durio Lusitania īcipit, Turduli ueteres, Pesuri. Flumē Vacca. Oppidū Talabrica. Oppidū et flumē Eumeniū. Oppida Conibrica, Colippo, Eburo, Britium. Excurrit deinde in aliud uasto cornu ꝓmontoriū, quod alij Artabrū appellauere, alij magnū, multi Vlysipponense ab oppido, terras, maria, cœlū disterminans. Illo finitur Hispaniæ latus. Et à circuitu eius incipit frons septentrionis. Aeminiū Ptol.

Insulæ in Oceano. Caput .XXII.

Hinc Oceanus, qui & Gallicus occasus, illinc oceanus Atlanticus: Promontorij excursum X.M. ꝓdidere. Alij.XC.M.p. ad Pyrenæū. Inde nō pauci duodequinquaginta milia, & ibi gentē Artabrū, quæ nonunq̄ fuit manifesto errore. Arrotebras enim, quos ante Celticū diximus ꝓmontorium, hoc in loco posuere literis permutatis. Erratū et in amnibus inclytis. Ab Minio quē suprà diximus. CC M. passuū (ut autor est Varro) abest Aeminius, quē alibi quidā intelligūt, & Limæā uocant, obliuionis antiqs dictus, multūq; fabulosus. Ab Durio Tagus, CC.M.pass. interueniente Munda. Tagus auriferis harenis celebratur. Ab eo. CLX.M pass. ꝓmontorium sacrū, è media ꝑpè Hispaniæ fronte ꝓsilit. XIIII.M.p. Inde et Pyrenæum mediū colligitur, ut Varro tradit. Ab Ana uero, quo Lusitaniā à Bætica

discreuimus. CCXXVI.M.pass. A Gadibus.CII. M.pass.additis. Gentes Celticæ, Turduli, & circa Tagum Vetones. Ab Ana ad sacrũ Lusitani: oppida memorabilia à Tago in ora, Olysippo, equarum & Fauonio uento conceptu nobile, Salacia cognoĩata. Vrbs imperatoria Merobrica, ꝓmontoriũ sacrũ et alterum Cuneus. Oppida Ossonoba, Balsa, Myrtili. Vniuersa ꝓuincia diuiditur in cõuentus tres: Emeritensem, Pacensem, Scolabitanũ. Tota populorum XLVI. in quibus coloniæ sunt quinq;, municipiũ ciuium Romanorũ, Latij antiqui quatuor. Stipendiaria. XXXVI. colonia Augusta Emerita Anæ fluuio apposita, Metallinensis, Pacensis, Norbẽsis Cæsareana cognoĩe. Contributa sunt in eã castra Iulia, castra Cæcilia. Quinta est Scalabis, quæ præsidiũ Iulium uocatur, municipium ciuium Ro. Olysippo, felicitas Iulia cognominatũ. Oppida ueteris Latij Ebora, quod idẽ liberalitas Iulia, & Myrtilis & Salatia quæ diximus stipẽdiariorum, quos noĩare non pigeat. Præter iam dictos in Bætica cognoĩbus, Augustobrigenses, Ammienses, Aranitani, Taxabritẽses, Blaxenses, Cæsarobricenses, Caperenses, Caurẽses, Colarni, Cibilitani, Concordienses, qui & Boccori, Interausenses, Lancienses, Mirobrigenses, q Celtici cognoĩantur, Madrubricenses qui Plũbarij, Ocelenses, qui & Lancienses, Turduli qui Barduli, & Tapori. Lusitaniã cũ Asturia & Galecia patere longitudine

Hũc locũ ut deprauatũ totũ ãnotauit Cor. Vitellius: quẽ si libet consulere potes, ãnota. c. 19

gitudine.XL.M.pass.latitudine.D.XXXVI.M. Agrippa pdidit. Oēs aūt Hispaniæ à duobus Pyrenæi pmontorijs per maria totius oræ, circuitu pass. XXXIX.M. colligere existimantur, ab alijs. XX VI.M. Ex aduerso Celtiberiæ cōplures sunt insulæ, Cassiterides dictæ à Græcis à fertilitate plumbi: & è regione Arrotebrarū pmontorio deorū sex, quas aliqui fortunatas appellauere. In ipso uero capite mox Bæticæ ab ostio freti pass. LXXV. M. Gadis longa, & (ut Polybius scripsit) XII. M. lata. III. M. pas. abest à continente. Proxima parte minus pedes D.CC. Reliqua plus septē. M. ipsius spatiū. XV. M. pas. est. Habet oppidū ciuiū Romanorū quod appellatur Augustana urbs Iulia. Gaditani ab eo latere, quo Hispaniā spectat, passibus ferè. C. Altera insula est in longū. CC. M. p. XL. M. lata. In qua prius oppidū Gadiū fuit. Vocatur ab Ephoro & Philistide, Erythia, à Timæo & Sylæo Ophrodisias, ab indigenis Iunonis. Maiorē Timæus Cotinusam apud eos uocatā ait: nostri Tartesson appellāt, quā Pœni quōdā Gadira: nā Gadira punica līgua septū significāt. Erythia dicta est, quoniā Tyrij ab origine eorū orti, ab Erythreo mari ferebātur. In hac Geryones habitasse à qbusdā existimantur, quorū armēta Hercules abduxerit. Sunt qui aliā esse eā et contra Lusitaniā arbitrētur, eodemq; nomine quondā ibi appellatā.

Vniuersæ Europæ mensura. Ca. .XXIII.

PEracto ambitu Europæ, reddēda cōsummatio est, ne quid in expedito non sit noscere uolentibus. Longitudinē eius Artemidorus atq; Isidorus à Tanai usque Gades. LXXXIIII. M. XIIII. pass. ꝓdiderunt. Polybius latitudinē Europæ ab Italia ad oceanū scribit. XI. M. L. esse, etiam tum incōperta magnitudine huius. Est aūt ipsius Italiæ (ut diximus) XII. M. XX ad alpes. Vnde Lugdunū ad portū Morinorū Britannicū, qua uidetur mensurā agere Polybius. XIII. M. XVIII. Sed certior mēsura ac lōgior ad occasum solis æstiui ostiūq; Rheni, per castra legionum Germaniæ ab iisdē dirigitur alpibus. XII. M. XL. III. p. Hinc deinde Africa atq; Asia dicētur.

## C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER QVINTVS.

### Africæ descriptio.



AFRICAM GRAECI LIBYam appellauere, quà mare ante eam Libycū incipiēs Aegypto finitur. Nec alia pars terrarum pauciores recipit sinus, longe ab occidēte littorū obliquo spatio. Populorum eius oppidorumq; nomina, uel maxime sunt ineffabilia, præterquam ipsorū linguis, &

guis, & aliâs castella fermè inhabitant.

Mauritania. Caput .I.

PRincipio terrarum Mauritaniæ appellantur, usq; ad C. Cæsarem, Germanici filium, regna. Sæuitia eius in duas diuisa est prouincias. Promontorium oceani extimum Ampelusia nominatur à Græcis. Oppida fuere, Lissa, Cotes ultra colūnas Herculis, nunc est Tingi, quōdam ab Anteo conditū: postea à Cl. Cæsare cum coloniā faceret, appellatū traducta Iulia. Abest à Belone oppido Bæticæ proximo traiectu. XXX. M. pass. Ab eo. XXV. M. pass. in ora oceani colonia Augusti Iulia cōstantia, Zilis regum ditioni exēpta, et iura in Bæticā petere iussa: & ab eo. XXXII. M. pass. colonia à Cl. Cæsare facta Lixos, uel fabulosissime ab antiquis narrata. Ibi regia Antei, certamenq; cum Hercule, & Hesperidū horti. Affunditur aūt huic æstuariū è mari flexuoso meatu, in quo draconis custodiæ instar fuisse nunc interpretātur. Amplectitur intra se insulā, quam solam è uicino tractu aliquanto excelsiore, non tamen æstus maris inundāt. Extat in ea et ara Herculis, nec præter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore. Minus profecto mirentur portentosa Græciæ mēdacia, de ijs et amne Lixo ꝑdita, q cogitēt nostros nuper paulominus monstrifica quædā de ijsdem tradidisse: præualidā hanc urbem, maioremq; Carthagine magna. Præterea ex aduerso eius sitā, & propè immen

 so tractu.

ſo tractu. Ab Tingi quoq; aliã Cornelius Nepos au dacißime credit ab Lixo.XL.M.paſſ.In mediterraneo altera Auguſti colonia eſt Babba, Iulia cãpe ſtris appellata.Et tertia Banaſa.LXXV .M.Valẽ tia cognoïata. Ab ea.XXXV.M.p.Volubile oppi dum,tantundẽ à mari utroq; diſtans,& in ora à Li xo. L.M. amnis Subur, præter Banaſam coloniam defluens,& magnificus & nauigabilis. Ab ea totidem.M.paſſ.oppidum Sala,eiuſdem nominis fluuio impoſitũ,iam ſolitudinibus uicinũ, elephantorumq; gregibus infeſtũ. Multo tamen magis Autololũ gen tem,ꝑ quam iter eſt ad montem Africæ,uel fabulo ſißimum Atlãtem. E medijs hunc harenis in cælum attolli prodiderunt,aſperum,ſqualẽtem,quà uergat ad littora oceani,cui cognomẽ impoſuit. Eundẽ opa cum nemoroſumq;,et ſcatebris fontiũ riguũ,quà ſpe ctat Africã,fructibus oĩm generum ſponte ita ſubna ſcentibus,ut nunq̃ ſatietas uoluptatibus deſit. Incola rum neminẽ interdiu cerni, ſilere oĩa haud alio q̃ ſo litudinum horrore,ſubire tacitam religionẽ animos propius accedentiũ, præterq; horrorem elati ſuper nubila,atq; in uiciniã lunaris circuli. Eundemq; no ctibus micare crebris ignibus, Aegypanum Satyrorumq; laſciuia. Impleri tibiarũ ac fiſtulæ cãtu, tym panorumq; & cymbalorũ ſonitu ſtrepere. Hæc celebrati autores ꝓdidere, præter Herculi & Perſeo laborata ibi,ſpatium ad eum immẽſum incertumq;.

Fuere &

Fuere & Hannonis Carthaginensiũ ducis cõmentarij, Punicis rebus florentißimis explorare ambitum Africæ iussi: què secuti pleriq; è Græcis, nostrisq;, & alia quædã fabulosa, & urbes multas ab eo conditas ibi prodidere, quarũ nec memoria ulla, nec uestigium extat. Scipione Aemiliano res in Africa gerente, Polybius annaliũ conditor ab eo accepta classe, scrutandi illius orbis gratia circũuectus, prodidit à mõte eo ad occasum uersus saltus plenos feris, quas generat Africa: ad flumen Anatin. CCCCLXXXV. M. pass. Ab eo Lixum. CCV. M. pass. Agrippa Lixum à Gaditano freto. CXII. M. pass. abesse. Inde sinum qui uocetur Saguti. Oppidũ in promontorio Mulelacha. Flumina Subur, & Salam. Portum Rutubis à Lixo. CCCXIII. M. p. Inde promontorium solis, portũ Risardir. Getulos, Autololes, flumen Cosenũ, gentem Selatitos & Masatos. Flumen Masatat, flumẽ Darat, in quo crocodilos gigni. Deinde sinum. D. CXVI. M. p. Includi mõtes Barce promõtorio excurrente in occasum, qđ appellatur Surrentiũ. Postea flumen Palsum, ultra quod Aethiopas, Perorsos, quorum à tergo Porusios. Iis iungi mediterraneos Getulos, Daras. At in ora Aethiopas Daratitas. Flumẽ Bambotum, crocodilis & hippopotamis refertũ. Ab eo mõtes ꝑpetuos usq; ad eum què Theon ochema dicemus. Inde ad promõtorium Hesperũ nauigatione dierũ ac noctium. X. In medio eo spatio

Atlantem

Atlantē locauit, à cæteris oībus in extremis Mauritaniæ proditū. Ro. arma primum Claudio principe in Mauritania bellauere. Ptolemæū regem à C. Cæsare interemptū, ulciscēte liberto * Aedone, refugiētibusq; barbaris, uentū constat ad montem Atlantē. Nec solū consulatu perfunctis, atq; è senatu ducibus, qui tum res gessere, sed equitibus quoq; ùe Ro. qui ex eo præfuere, ibi Atlantem penetrasse gloria fuit. Quinq; sunt (ut diximus) Ro. coloniæ in ea ꝓuincia, peruiumq; famæ uideri potest. Sed id plerunq; fallacissimo experimento deprehenditur, quia dignitate indagare uera pigeat, ignorantiæ pudore mentiri non piget: haud alio fidei proniore lapsu, q̃ ubi falsæ rei grauis autor existit. Et equidem minus miror incōperta quædā esse equestris ordinis uiris. Iam uero & è senatu non aliunde intrantibus q̃ causa luxuriæ, cuius efficacissima uis sentitur atq; maxima, cū ebori citroq; syluæ exquirantur, oēs scopuli Getuli muricibus ac purpuris. Indigenæ tamen tradunt in ora ab Sala. CL. M. p. Flumen Asanā marino haustu, sed portu spectabile: mox amnē quē uocant * Fuut. Ab eo ad Dyrin (hoc enim Atlāti nomē esse corū lingua cōuenit). CC. M. p. interueniēte flumine, cui nomen est Vior. Ibi fama, existere circa uestigia habitati quondā soli uinearū palmetorumq; reliquias. Suet. Paulinus, quē consulem uidimus, primus Romanorū ducum transgressus quoq; Atlantē aliquot milium spatio,

* Aedemone.

Ptole. Phthut.

lium ſpatio, pdidit de excelſitate quidẽ eius, quæ cæteri: Imas radices denſis, altisq; repletas ſyluis, incognito genere arborũ, proceritatẽ ſpectabilem enodi nitore, frondes cupreſſis ſimiles. Præterq; grauitatẽ odoris, tenui eas obduci lanugine, quibus addita arte poſſe quales bombyce ueſtes cõfici. Verticẽ altis etiam æſtate operiri niuibus. Decumis ſe eò peueniſſe caſtris, & ultrà ad fluuiũ, qui Niger uocatur, per ſolitudines nigri pulueris, eminẽtibus interdũ uelut exuſtis cautibus loca inhabitabilia feruore, quanq̃ hyberno tẽpore expertus. Qui proximos inhabitent ei ſaltus, refertos elephantorũ ferarũq; & ſerpentum omni genere, Canarios appellari. Quippe uictũ eius animalis promiſcuum his eſſe, & diuidua ferarum uiſcera. Iunctam Aethiopum gentem, quos Perorſos uocant, ſatis conſtat. Iuba Ptolemæi pater, q primus utrique Mauritaniæ imperauit, ſtudiorum claritate memorabilior etiã quàm regno, ſimilia prodidit de Atlante: præterq; gigni ibi herbam euphorbiam nomine, ab inuentore medico ſuo appellatam. Cuius lacteum ſuccum miris laudibus celebrat in claritate uiſus, contra ſerpentes & uenena omnia, priuatim dicato uolumine. Et ſatis ſuperq; de Atlante.

Tingitania prouincia. Ca. .II.

Tingitaniæ prouinciæ longitudo. CLXX. M. paſſ. eſt, et gens in ea quondã præcipua Maurorum, unde nomen prouinciæ, quos pleriq; Mauruſios dixe-

ſios dixerunt. Attenuata bellis ad paucas recidit familias. Proxima illi Maſſæſyliorũ fuerat, ſed ſimili modo extincta eſt. Getulæ nunc tenẽt gentes, Bãnurri, multoq; ualidiſſimi Autololes: Et horũ pars quõdam Veſuni, qui auulſi his propriam fecere gentem uerſi ad Aethiopas. Ipſa prouincia ab oriente montoſa, fert elephãtos. In Abila quoq; monte, & quos ſeptem fratres à ſimili altitudine appellant, freto imminenti iuncti Abilæ. Ab his ora interni maris. Flumen Tamuda nauigabile quondã, & oppidum. Flumen Laud, & ipſum nauigiorũ capax. Ruſardir oppidum & portus, Maluana fluuius nauigabilis, Siga oppidũ ex aduerſo Malacæ in Hiſpania ſitæ, Syphacis regia, alterius iam Mauritaniæ. Nanq; diu regũ nomina obtinuere, ut Bogudiana appellaretur extima: itemq; Bocchi, quæ nunc Cæſariẽſis. Ab ea portus Magnus à ſpatio appellatus, ciuium Ro. oppidũ. Amnis Mulucha, Bocchi Maſſæſyliorũq; finis. Quiza xenitana peregrinorũ oppidum. Arſennaria Latinorum. III. M. paſſ. à mari. Carcenna colonia Augusti, legio ſecũda. Item colonia eiuſdem deducta cohorte prætoria Gunugij, promõtoriũ Apollinis. Oppidumq; ei celeberrimum Cæſarea, antea uocitatũ Iol, Iubæ regia, à diuo Claudio coloniæ iure donata, eiuſdem iuſſu deductis ueteranis. Oppidum nouum, & Latio datum Tipaſa. Itemq; à Veſpaſiano imperatore eodem munere donatum Icoſio. Colonia Augusti Ru-

Apud Põ. Mela Tamuada legitur.

gusti Rusconiæ, Ruscuriũ ciuitate honoratũ à Claudio, Ruzasus colonia Augusti. Salde colonia eiusdẽ, Igilgili oppidum. Tucca impositum mari & flumini Ampsagæ. Intus colonia Augusta, quæ item Succubar. Item Tubusuptus. Ciuitates Timici, Tigauæ. Flumina Isarges, Gensnabades, Sardabala, Nabar, Gensina, Turcbi, flumen Vsariens nauigabile. Flumen Ampsaga abest à Cæsarea. CCXXXIII. M. paß. Vtriusque Mauritaniæ longitudo. D. CCC. M. p. XXXIX. M. Latitudo. CCCCLXVII. M. paß.

Numidia. Caput .III.

AB Ampsaga Numidiæ est, Maßinissæ clara nomine, Metagonitis terra à Græcis appellata. Numidæ uero Nomades, à permutandis papilionibus, mapalia sua, hoc est, domus plaustris circumferentes. Oppida Cullu, Rusicade. Ab ea ad. XLVIII. M. paß. in mediterraneo colonia Cirta Sittianorum cognomine, et alia intus Sicca, liberumq; oppidum Bulla regia. Et in ora Tacatua, Hippo regius. Flumẽ Armua. Oppidum Tabracha ciuium Ro. Tusca fluuius Numidiæ finis: nec præter marmoris Numidici, ferarumq; prouentum aliud insigne.

Africa. Caput .IIII.

A Tusca Zeugitana regio, & quæ proprie uocetur Africa, est. Tria promontoria: Candidum, mox Apollinis aduersum Sardiniæ, Mercurij aduersum Siciliæ, in altum procurrentia duos effici

unt sinus:

unt sinus: Hipponẽsem proximũ ab oppido, qđ Hipponem dilutum uocant, Diarrhytũ à Græcis dictũ, propter aquarum irrigua. Cui finitimum Theudalis immune oppidũ, longius à littore. Dein promõtoriũ Apollinis, & in altero sinu Vtica ciuium Ro. Catonis morte nobilis, flumẽ Bragada. Locus castra Cornelia, colonia Carthago, magnæ in uestigijs Carthaginis, colonia Maxulla. Oppida Carpi, Misua. Et liberum Clupea in promontorio Mercurij. Item libera Curubis, Neapolis. Mox Africæ ipsius alia distinctio. Libyphœnices uocantur, qui Byzantiũ incolunt. Ita appellatur regio. CCL. M paß. per circuitum fertilitatis eximiæ, cùm cẽtesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hic oppida libera, Leptis, Adrumetũ, Ruspina, Tapsus. Inde Thenæ, Macomades, Tacape, Sabrata contingens Syrtim minorem, ad quam Numidiæ & Africæ ab Ampsaga lõgitudo. D. LXXX. M. pas. Latitudo qua cognitum est, CC. M. Ea pars quam Africã appellauimus, diuiditur in duas prouincias, ueterẽ & nouam, discretas fossa, inter Africanum sequentem & reges, Thenas usque producta, quod oppidũ à Carthagine abest. CCXVII. M. pass. Tertius sinus diuiditur in geminos duarũ Syrtium uadoso ac reciproco mari. Disrhoos ad proximã quæ minor est, à Carthagine. CCC. M. pass. ut Polybius tradit. Ipsam. C. M. pass. aditu. CCC. M. ambitu. Et Tera: hæc autem siderũ obserua

tione no-

tione nobilis. Ad eam per deserta harenis, perq; serpentes iter est. Excipiunt saltus repleti ferarũ multitudine, & introrsus elephantorũ solitudines, mox deserta uasta. Vtrinq; Garamantes, ab Augylis dierum. XII. itinere distantes. Super illos fuere gens Psylli, super quos lacus Lycomedis, desertis circũdatus. Augylæ ipsi medio ferè spatio locãtur ab Aethiopia, quæ ad occidentẽ uergit, et à regiõe quæ duas Syrtes interiacet, pari utrinq; interuallo, sed littore inter duas Syrtes. CCL. M. pas. Ibi ciuitas Oeensis. Cynips fluuius ac regio. Oppida, Neapolis, Taphra, Abrotonũ, Leptis altera quæ cognõiatur magna. Syrtis maior, circuitu. DCXXV. M. pas. aditu aũt. CCCXIII. M. Inde accolit gens Cisipadum. In intimo sinu fuit ora Lotophagon, quos quidã Alachroas dixere, ad Philenorum aras, ex harena sunt eæ. Ab his non procul à cõtinente palus uasta ad amnem Tritonem, nomenq; ab eo accepit, Pallantias appellata à Callimacho, et citra minorẽ Syrtim esse dicta, à multis uero inter duas Syrtes. Promõtoriũ quod maiorẽ includit, Borion appellatur: Vltrà Cyrenaica ꝓuincia. Ad hunc finẽ Africa à fluuio Ampsaga populos. XXVI. habet, qui Ro. parent imperio. In his colonias. VI. præter iam supradictas, Vtinam, Tuburbin. Oppida ciuium Ro. XV. ex quibus in mediterraneo dicenda, Azuritanũ, Abutucense. Ab oriẽte Canopicũ, Chilmanẽse, Simittuense, Thunusidense,

nuſidenſe, Tuburnicenſe, Tynidrumenſe, Tibigenſe. Vcitana duo, maius & minus. Vagenſe. Oppidũ Latinũ unum Vzalitanũ. Oppidũ ſtipẽdiarium unum. Caſtris Cornelijs oppida libera, XXX. ex quibus dicenda intus Acolitanum, Acharitanum, Auinẽſe, Aziritanũ, Canopitanum, Melzitanũ, Madurenſe, Salaphitanũ, Tuſdritanũ, Tiricenſe, Tiphicẽſe, Tinnuſenſe, Theudenſe, Tageſtẽſe, Tigenſe, Vluſuburitanum, Vagenſe, aliud Vigẽſe, Zamenſe. Ex reliquo numero non ciuitates tantum, ſed pleræq; etiam nationes iure dici poſſunt, ut Nattabudes, Capſitani, Inſulani, Sabarbares, Maſſylini ciues, Vamacures, Ethini, Mußini, Marchubij, & tota Getulia ad flumen Nigrin, qui Africam ab Aethiopia dirimit.

Cyrene. Caput .V.

CYrenaica eadẽ Pentapolitana regio illuſtratur Ammonis oraculo, quod à Cyrenis abeſt CCCC.M.paſſ. fonte ſolis. Pẽtapolis urbibus maxime quinq;, Berenice, Arſinoë, Ptolemaide, Apollonia, ipſa Cyrene. Berenice in Syrtis extimo cornu eſt, quõdam uocata Heſperidum ſupradictarũ, uagãtibus Græciæ fabulis. Nec procul ante oppidum fluuius Lethon, lucus ſacer, ubi Heſperidum horti memorantur. Abeſt à Lepti. CCCLXXXV.M.paſ. Ab ea Arſinoë, Tauchara uocitata. XLIII.M.paſ. Et deinde Ptolemais, antiquo nomĩe Barce. XXII. M.paſ. Mox. CCL.M. promontorium Phycus per

Creticum

*Creticum mare excurrit, distans .CCCL.M.paß.à Tænaro Laconicæ promontorio. A Creta uero ipsa CXXV.M.Post id Cyrene à mari .XI.M.passuũ. A Phycunte Apolloniã.XXIIII.M pass, ad Cherronesum.LXXXVIII. M.passuũ. Vnde Catabathmum:CCXVI.M.pass. accolunt Marmaridæ, à Parætonij fermè regione ad Syrtin usq; maiorẽ porrecti. Post eos Araraúceles, et iam in ora Syrtis Nasamones, quos antea Mesammones Græci appellauere ab argumẽto loci, medios inter harenas sitos. Cyrenaicus ager.XV.M.pass.latitudine à littore, arboribus fertilis habetur. Intus eodẽ spatio frugibus tantũ: mox.XXX.M.pas.latitudine, et.CCL.M. pass.longitudine, lasere modo post Nasamones Hasbytæ et Macæ uiuunt. Vltra eos Hãmanientes.XI. dierũ itinere à Syrtibus maioribus ad occidentẽ: & ipsi quaquà uersus harenis circundati, puteos tamẽ haud difficiles binûm ferè cubitorũ inueniunt altitudine, ibi restagnãtibus Mauritaniæ aquis. Domos sale è mõtibus suis exciso ceu lapide construũt. Ab his ad Troglodytas hyberni occasus plaga dierũ. IIII. iter, cum qbus commerciũ gemmæ tantũ, quam carbunculum uocamus, ex Aethiopia uectæ. Interuenit ad solitudĩes Africæ sup minorẽ Syrtin dictas uersa Phazania, ubi gentẽ Phazaniorũ, urbesq; Alelen et Cillabã subegimus. Item Cydamũ è regione Sabratæ. Ab his mons longo spatio in occasum ab ortu ten*

*dit, Ater*

dit, Ater à nostris dictus, à natura adusto similis, aut solis repercussu accenso. Vltra eum deserta: Matelgæ oppidum Garamantū: itemq; Debris, affuso fonte, à medio die ad mediam noctem aquis feruētibus, totidē horis ad mediū diem rigētibus. Clarissimūq;

Garama Pto. oppidū Garadamū, caput Garamātum, omnia armis Ro. superata, & à Cornelio Balbo triumphata: uni oīm externo, curru et qritium iure donato (quippe Gadibus nato) ciuitas Ro. cum Balbo maiore patruo data est. Et hoc mirū, supradicta oppida ab eo capta, autores nostros prodidisse. Ipsum in triūpho, præter Cydamum & Garadamum, omnium aliarū gentium urbiumq; numina ac simulacra duxisse, quæ fuere hoc ordine: Tabidiū oppidum, Niteris natio, Nigligemela oppidum, Bubeium natio, Vēl oppidum, Enipi natio, Thuben oppidum, mōs nomine Niger: Nitibrū, Rapsa oppida: Discera natio, Debris oppidum, flumen Nathabur, Tapsagum oppidum, Nannagi natio, Boin oppidū, Pege oppidum, flumen Dasibari. Mox oppida cōtinua Baracū, Buluba, Alasi, Balsa, Galla, Maxala, Zizama. Mons Gyri, i quo gemmas nasci titulus prodidit. Ad Garamātas iter inexplicabile adhuc fuit latronibus gentis eius, puteos (qui sunt non altè fodiendi, si locorum noticia adsit) harenis operientibus. Proximo bello, quod cum Oeensibus Romani gessere auspicijs Vespasiani imperatoris, compēdium uiæ quatriduo deprehensum est. Hoc

*est. Hoc iter uocatur, præter caput saxi. Finis Cyrenaicus Catabathmos appellatur oppidum & uallis repente conuexa. Ad eum terminũ Cyrenaica Africa à Syrti minore decies. LX. M. passuum in lõgitudine patet: in latitudine qua cognitũ est. D. CCC. p.*

*Libya Mareotis.* Caput .VI.

EA *quæ sequitur regio, Mareotis Libya appellatur, Aegypto cõtermina. Tenẽt Marmarides, Adirmachidæ, deinde Mareotæ. Mensura à Catabathmo ad Parætoniũ.* LXXXVI. M. *pas. In eo tractu uicus Apis interest, nobilis religione Aegypti locus. Ab eo Parætonium* .XII. M. *passuũ. Inde Alexandriã.* C. M. *pass, latitudo.* CLXIX. *est. Eratosthenes à Cyrenis Alexandriã terrestri itinere.* D. XXV. M. *prodidit. Agrippa totius Africæ à mari Atlantico cum inferiore Aegypto.* LXXXV. M. *pas. longitudinem posuit. Polybius & Eratosthenes diligentißime æstimari, ab oceano ad Carthaginem magnam.* LXVI. M. *passuum, ab ea Canopum Nili proximũ ostium.* XVI. M. *passuum.* XXIX. *fecerunt: Isidorus à Tingi Canopum.* XXXV. XCIX. *M. passuũ: Artemidorus.* XL *minus quàm Isidorus.* *Martian. sex decies milies octogintaocto milia.*

*Insulæ circa Africam, & ex aduerso Africæ.*
Caput .VII.

INsulas *non ita multas complectũtur hæc maria. Clarißima est Meninx, longitudine* .XXXV. *M. passuũ, latitudĩe*. XXV. *ab Eratosthene Loto-*

o ij phagi-

phagites appellata. Oppida habet duo, Meningem ab Africæ latere, et altero * Thoiar. Ipsa à dextro Syrtis minoris promontorio paßibus. CC. sita, ab ea C. pass. cõtrà à læuo Cercina cum urbe eiusdem nominis libera, longa. XXV. M. pass. lata dimidium eius ubi plurimũ, ac in extremo nõ plus. V. M. passuum. Hinc perparua Carthaginem uersus Cercinitis põte iungitur. Ab his. L. M. ferè passuum Lopadusa, longa. VI. M. passus. Mox Gaulos & Galata, cuius terra scorpionẽ dirum animal Africæ necat. Dicũtur et in Clupea emori, cuius ex aduerso Cossyria cum oppido. At contra Carthaginis sinum duæ * Aegimuros æreæ aræ. Re uera aũt scopuli uerius q̃ insulæ, inter Siciliam maxime & Sardiniã. Autores sunt, & has quondam habitatas subsedisse. Interiori autem ambitu Africæ ad meridiem uersus, superq́; Getulos interueniẽtibus desertis, primũ omnium Libyægyptij, deinde Leucæthiopes habitant.

Girám Ptole.

Aegate et Tarichiæ Pomp. Mela.

Aethiopes. Caput .VIII.

SVper eos Aethiopum gentes Nigritæ, à quo dictum est flumine: Gymnetes, Pharusi, etiam oceanum attingẽtes, quos in Mauritaniæ fine diximus, Perorsi. Ab his omnibus uastæ solitudines orientem uersus, usque Garamãtes, Augylasq́; & Troglodytas: uerißima opinione eorum, q desertis Africæ duas Aethiopias superponunt, & ante omnes Homeri, qui bipartitos tradit Aethiopas, ad orientem occasum uer-

Odyss. 1. ἀλλ᾽ ὁ μὲν αἰ

ſum uerſos. Nigri fluuio eadē natura quæ Nilo, cala mum et papyrū, & eaſdē gignit animātes, iiſdemq́; tpibus augeſcit. Oritur inter Tarcleos Aethiopas, Occalicas. Horū oppidū Mauin quidā ſolitudinibus interpoſuerūt. Atlantas iuxta eos, Aegypanas ſemiferos, et Blēmyias, et Gamphaſantas, & Satyros, & Himātopodas. Atlātes degeneres ſunt humani ritus, ſi credimus. Nam neq; noīm ullorū inter eos appellatio eſt, et ſolē orientē occidentēq́; dira imprecatione contuentur, ut exitialem ipſis agriſq́;. Neq; inſomnia uiſunt, qualia reliq mortales. Troglodytæ ſpecus excauāt. Hæ illis domus, uictus ſerpentiū carnes, ſtridorq́; nō uox, adeo ſermonis cōmercio carēt. Garamātes matrimoniorū exortes, paſſim cū fœminis degūt. Augylæ tantū inferos colūt. Gāphaſantes nudi, præliorumq́; exptes, nulli externo cōgregantur. Blemmyis tradūtur capita abeſſe, ore & oculis pectore affixis. Satyris præter figuram nihil moris humani. Aegypanis qualis uulgo pigitur forma. Himātopodes loripedes quidem, quibus ſerpendo ingredi natura eſt. Pharuſi quondam Perſæ, comites fuiſſe dicuntur Herculis ad Heſperidas tendentis. Nec de Africa plura quæ memorentur, occurrunt.

θίοπας μετὰ κίαθε. et quæ ſequuntur.

De Aſia. Caput .IX.

ADhæret Aſia, quam patere à Canopico oſtio ad Ponti oſtium Timoſthenes .XXVI.XX XVIII.M. paſſ. tradidit. Ab ore autem Ponti ad os

*Mæotis Eratosthenes* .XV.XLV.M.*paß.Vniuersam uero cum* Aegypto *ad* Tanain *Artemidorus & Isidorus*.LXXXVIII.D.CCL.M.*paßuũ. Maria eius complura ab accolis traxere nomina,quare simul indicabuntur*. Proxima Africæ *incolitur* Aegyptus,*introrsus ad meridiem recedens,donec à tergo prætendantur* Aethiopes. *Inferiorẽ eius partem* Nilus,*dextra læuaq́; diuisus amplexu suo determinat*, Canopico *ostio ab Africa,ab Asia* Pelusiaco.C.LXX.M.*paß.interuallo*.Q*uam ob causam inter insulas quidam* Aegyptum *retulere, ita se findente* Nilo,*ut triquetrã terræ figurã efficiat*.*Ideo multi græcæ literæ uocabulo*, Deltã *appellauere* Aegyptum. *Mensura ab unitate aluei,unde se primũ findit in latera,ad* Canopicum *ostium*.XLVI.M:*ad* Pelusiacum.CCLVI.M.*est.Sũma pars cõtermina* Aethiopiæ,Thebais *uocatur.Diuiditur in præfecturas oppidorũ,quas* * *nomos uocant*,Ombiten,Phathniten,Apollopoliten,Hermonthiten, Thinitin, Phanturiten,Coptiten,Tentiriten,Diopoliten,Antiopoliten,Aphroditopoliten,Lycopoliten.Q*uæ iuxta* Pelusium *est regio, nomos habet* Pharbæthiten, Bubastiten,Sethroiten, Taniten. *Reliqua autẽ* Arabicum, Ammonicũ *tendentẽ ad* Ammonis Iouis *oraculum*, Oxyrynchiten,Leõtopoliten,Atharanbiten, Cynopoliten,Hermopoliten,Xoiten,Mendesiũ,Sebenniten,Capastiten,Latopoliten,Heliopoliten,Prosopiten,Pano

* Nomos *autore* Suida,*multa significat, ac præter alia, ut* Attici *uolunt, distributas partes terræ*. ἄττικοι,*inquit*, τοὺς νόμους τὰ διανεμημένα μέρη τῆς γῆς λέγουσιν, ὡς καὶ ἐν αἰγύπτῳ. *Has igitur nunc* Plinius *præfecturas appellat*.

ten,Panopoliten,Thermopoliten,Busiriten,Onuphiten,Saiten,Ptenethum,Phthemphum,Naucraiten,Nitriten, Gynecopoliten, Meteliten, Alexandriæ regione. Item Libyæ Mareotis, Heracleopolites est in insula Nili,longa pass.L.M:in qua & oppidũ Herculis appellatũ. Arsinoitæ duo sunt, hi et Memphites,usq; ad summum Delta pueniunt. Cui sunt cõtermini ex Africa duo Oeasitæ. Quidam ex his aliqua nomina permutant, & substituunt alios nomos, ut Heroopoliten, Crocodilopoliten. Inter Arsinoitẽ autem ac Memphiten lacus fuit,circuitu.CCL.M.p:aut ut Mutianus tradit,CCCL.M:& latitudinis.L.p:manu factus à rege q fecerat,Mœridis appellatus. Inde.LXXII.M.p.ppè abest Memphis, quondã arx Aegypti regũ: inde ad Ammonis oraculum.XII.dierũ iter est. Ad scissurã autẽ Nili, quod appellauimus Delta,XV.M.p.Nilus incertis ortus fontibus,it p deserta et ardentia,et immẽso lõgitudinis spatio ambulãs, famaq; tantũ inermi quæsitu cognitus sine bellis,quæ cæteras omnes terras inuenere, originem(ut Iuba rex potuit exquirere)in mõte inferioris Mauritaniæ non procul oceano habet,lacu protinus stagnãte,quẽ uocant Nilidẽ. Ibi pisces reperiũtur alebetæ,coracini,siluri,crocodilus quoque: & quæ Nili alueo spectãtur,hoc quoq; lacu educantur. Inde ob argumentnm hoc,Nili ortus(creditur) Cæsareæ in Theseo dicatus ab eo, spectatur hodie.

Præterea

*Præterea obseruatũ est, prout in Mauritania niues imbres'ue satiauerint, ita Nilum excrescere ex hoc lacu. Rursus indignatur fluere per harenosa et squalentia, conditq; se aliquot dierum itinere. Mox alio lacu maiore, in Cæsariensis Mauritaniæ gente Massæsylûm erumpit, & hoĩm cœtus ueluti circũspicit, ijsdem animaliũ argumentis, iterũ harenis receptus conditur rursus. XX. dierũ desertis ad ꝓximos Aethiopas: atque ubi iterũ senserit hoĩem, prosilit fonte (ut uerisimile est) illo quẽ Nigrin uocauere. Inde Africã ab Aethiopia dispescens, etiamsi non protinus populis, feris tamen & beluis frequens, syluarumq; opifex, medios Aethiopas secat, cognominatus Astapus, qđ illarũ gentium lingua significat aquã è tenebris profluentẽ. Insulas ita innumeras spargit, quasdamq; tam uastæ magnitudinis (quanq̃ rapida celeritate) ut tamen dierũ. V. cursu non breuiore transuolet. Circa clarißimã earũ Meroën, Astabores læuo alueo dictus, hoc est, ramus aquæ uenietis è tenebris: dextero uero Astusapes, quod latentis significationẽ adijcit. Nec antè Nilus, quàm se totum aquis concordibus rursus iunxit. Sic quoq; etiamnũ Siris ut ante nominatus per aliquot milia, & in totũ Homero Aegyptus, alijsq; Triton. Subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis, postremo inclusus montibus, nec alibi torrentior, uectus aqs properantibus ad locũ Aethiopũ, qui Catadupi uocantur, nouißimo*

*Astapus: quẽ nõnulli inquit, Strab. Astusabam uocant.*

*Astaboras Strabo.*

*cataracte*

cataracte inter occursantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. Postea lenis et cõfractis aquis, domitaq; uiolentia, alioquin & spatio fessus, multis quamuis faucibus in Aegyptium mare se euomit. Certis tamen diebus auctu magno per totam spatiatus Aegyptum, fœcundus innatat terræ. Causas huius incremẽti uarias ꝓdidere, sed maxime probabiles, etesiarũ eo tempore ex aduerso flãtium repercussu, ultrò in ora acto mari: aut imbres Aethiopiæ æstiuos, ijsdem etesijs nubila illò ferẽtibus è reliquo orbe. Timæus mathematicus occultam protulit rationẽ: Phialam appellari fontem eius, mergiq; in cuniculos ipsum amnem, uapore anhelãtem fumidis cautibus ubi conditur. Verum sole per eos dies cominus facto, extrahi ardoris ui, & suspensum abũdare, ac ne deuoretur abscondi. Idq; euenire à canis ortu, per introitum solis in leonem, contra perpendiculum fontis sidere stante, cum in eo tractu absumantur umbræ. Plerisque è diuerso opinatis, largiorem fluere ad septẽtrionem, sole discedente, quod in cancro & leone euenit. Ideoq; tunc minus siccari. Rursus in capricornum & austrinum polum uerso sorberi, & ob id parcius fluere. Sed Timæo (siqs extrahi posse credat) umbrarum defectus ijs diebus et locis sine fine abest. Incipit crescere luna noua, quæcunque post solstitium est, sensim modiceq; cancrum sole transeunte, abundantissime autem leonem. Et re

sidet in

sidet in uirgine iisdem quibus accreuit modis. In totum autem reuocatur intra ripas in libra, ut tradit Herodotus, cẽtesimo die. Cum crescit, reges aut praefectos nauigare eo, nefas iudicatum est. Auctus eius per puteos mensurae notis deprehenduntur. Iustum incrementũ est cubitorũ. XVI. Minores aquae non omnia rigant, ampliores detinent tardius recedẽdo. Hae serendi tẽpora absumunt solo madente, illae non dant sitiente. Vtrunq; reputat ꝓuincia. In. XII cubitis famẽ sentit, in. XIII. etiãnũ esurit: XIIII. cubita hilaritatẽ afferũt: XV. securitatẽ: XVI. delicias. Maximũ incrementũ ad hoc aeui fuit cubitorum XVIII. Claudio principe, minimũq; Pharsalico bello: ueluti necẽ magni ꝓdigio quodã flumĩe auersante. Cũ stetere aquae, aptis molibus admittuntur. Vt quaeq; liberata est terra, seritur. Idẽ amnis unus oĩm nullas expirat auras. Ditiõis Aegypti esse incipit à fine Aethiopiae Syene: ita uocatur insula. C. M. pas. ambitu, in qua Cerastae sunt latere Arabiae, et ex aduerso ĩsulae. IIII. Philae. D. C. M. p: et à Nili fixura, unde appellari diximus Deltã, hoc spatiũ edidit Artemidorus, & in eo. CCL. oppida fuisse. Iuba. CCCC. M. p. Aristocreon ab Elephantide ad mare. D. CCL. M. p. Elephãtis insula infra nouissimũ cataractẽ. CCCC. M. p. et supra Syenẽ. XVI. M. habitatur. Nauigatiõis Aegyptiae finis ab Alexãdria. D. LXXXVI. M. p. In tantũ errauere suprascripti.

Ibi Aethi

Ibi Aethiopicæ cōueniūt naues. Nāq; eas plicatiles humeris trāsferūt, quoties ad cataractas uentū est. Aegyptus sup cæterā antiqtatis gloriā. XX. M. urbiū ibi Amase regnāte habitata præfert. Nūc quoq; multis etiāsi ignobilibus freqūes celebratur, tamen Apollinis, mox * Leuconoe, et Diospolis magna. Eadem Thebe portarū. C. nobilis fama, copiosa. Indicarū Arabicarūq; merciū, Nilo ꝓximū emporiū. Mox Veneris oppidū, et iterū Iouis, ac Tētyris, īfra qđ Abydus Mēnonis regia, et Osiris tēplo inclytū. VII. dierū itinere in Libyā remotū à flumīe. Deide Ptolemais et Panopolis ac Veneris iterū. Et in Libyco Lycon, ubi mōtes finiūt Thebaidē. Ab ijs oppida Mercurij, Alabastrū, canū, et supradictū Herculis, Deide Arsinoe, et iā dicta Mēphis, inter quā et Arsinoiten nomon, in Libyco turres q̄ Pyramides uocantur, Labyrīthus, in Mœridis lacu nullo addito ligno exædificatus: et oppidū Crialō. Vnū præterea ītus, et Arabiæ cōterminū, claritatis magnæ, Sol' oppidū. Leucothoē.

## Alexandria. Caput .X.

SEd iure laudetur in littore Aegyptij maris Alexandria, à magno Alexandro cōdita in Africæ parte, ab ostio Canopico. XII. M. p. iuxta Mareotim lacum, qui lacus antea Arapotes nominabatur. Metatus est eam Dinocrates architectus pluribus modis, memorabili ingenio, quindecim milium passuum laxitate inserta, ad effigiem Macedonicæ

cedonicæ chlamydis,orbe gyrato laciniosam,dextera læuaq; anguloso ꝓcursu,iam tum tamen quinta situs parte regi dicata. Mareotis lacus ad meridianam urbis partem,Euripo & Canopico ostio mittitur ex mediterraneo cõmercio. Insulas quoq; plures amplexus.XXX.M.pas.traiectu.D.C.ambitu,ut tradit Clau.Cæsar. Alij schœnos in latitudinẽ patere.XL.faciũt,schœnũq; stadia.XXX. Ita fieri lõgitudinis.CL.M.p.tantundẽ & latitudinis. Sunt in honore & intra decursus Nili multa oppida,præcipue quæ nõia dedere ostijs non oĩbus: XI.enim reperiuntur,super quæ quatuor,quæ ipsi falsa ora appellãt:sed celeberrimis septẽ,ꝓximo Alexãdriæ Canopico,deinde Bolbitino,Sebenitico,Phatnitico, Mendesico, Tanico, ultimoq; Pelusiaco. Præterea Butos,Pharbœtos,Leontopolis,Atribis. Isidis oppidum,Busiris,Cynopolis,Aphroditos, Sais,Naucratis,unde ostiũ quidã Naucraticũ nominãt(quod alij Heracleoticum)Canopico,cui.VI.M. pass. proximum est,præferentes.

Arabia. Caput .XI.

VLtra Pelusiacũ Arabia est, ad rubrũ mare pertingens,& odoriferã illã ac diuitem,& beatæ cognoĩe inclytã. Hæc Catabanũ & Esponitarum & Schœnitarũ Arabũ uocatur, sterilis, præterq̃ ubi Syriæ cõfinia attingit, nec nisi Casio mõte nobilis. His Arabes iungũtur, ab oriẽte Canchleis, à meridie

à meridie Cedreis, qui deinde ambo Nabathæis. Heroopoliticus uocatur, alterq; Lelaniticus sinus rubri maris, in Aegyptum uergentis. CL.M.pass. interuallo. Inter duo oppida Læana, & in nostro mari Gaza. Agrippa à Pelusio Arsinoën rubri maris oppidũ, per deserta. CXXV.M.pass. tradit, tam paruo distat ibi tanta rerum naturæ diuersitas.

Syria, Palæstina Phœnice. Ca. .XII.

IVxtà Syria littus occupat, quondã terrarũ maxima, & pluribus distincta nõibus. Nanq; Palæstina uocabatur qua contingit Arabas, & Iudæa et Cœle, dein Phœnice: & qua recedit intus, Damascena: ac magis etiam nunc meridiana, Babylonia. Et eadem Mesopotamia inter Euphratem & Tigrin: quaque transit Taurum, Sophene: citrà uero, etiã Comagene. Et ultra Armeniã, Adiabene, Assyria ante dicta: & ubi Ciliciã attingit, Antiochia. Longitudo eius inter Ciliciam & Arabiã. CCCC LXX.M.p. est. Latitudo à Seleucia Pieria, ad oppidum in Euphrate zeugma. D.XXV.M.p. Qui subtilius diuidũt, circũ Euphratẽ Syriã Phœnicen uolũt, & esse oram maritimam Syriæ, cuius pars sit Idumæa et Iudæa: deinde Phœnicẽ, deinde Syriam. Id quod præiacet mare totũ, Phœniciũ appellatur. Ipsa gens Phœnicum in gloria magna literarum inuentionis & siderum, naualiumq; ac bellicarũ artium. A Pelusio Gabriæ castra, Casius mõs, delubrũ

Iouis Casij,

*Iouis Caſij, tumulus magni Pompei Oſtracine. Ara bia finitur à Peluſio. LXV.M. paſſ.*

*Idumæa, Syria, Palæſtina, Samaria, Aſcalo, Azotus, Cæſarea.* Caput .XIII.

MOx Idumæa ĩcipit et Palæſtina, ab emerſu Sirbonis lacus, quẽ quidã. CL.M.p. circu itu tradidere: Herodotus Caſio mõti applicuit: nũc eſt palus modica. Oppida Rhinocolura, et intus Rhaphea, Gaza: & intus Anthedon, mons Angaris. Regio per oram Samaria, oppidũ Aſcalo liberũ, Azotus, Iamnes duæ. Altera uicus Ioppe Phœnicũ, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt. Inſidet colli præiacẽte ſaxo, in quo uinculorũ Andromadæ ueſtigia oſtendũt. Colitur illic fabuloſa Ceto. Inde Apollonia, Stratonis turris, eadẽ Cæſarea, ab Herode rege condita: nunc colonia prima Flauia, à Veſpaſiano imperatore deducta: Finis Palæſtines. CLXXXIX. M.p. à cõfinio Arabiæ, deinde Phœnices. Intus aũt Samaria. Oppida, Neapolis, qđ antea Mamortha dicebatur, Sebaſte, in monte altiore Gamala.

*Iudæa, Galilæa, Hierico, Emmaus, Lydda, Ioppe.* Caput .XIIII.

SVpra Idumæam & Samariã Iudæa longe lateq; funditur. Pars enim Syriæ iuncta, Galilæa uocatur. Arabiæ uero & Aegypto ꝓxima, Peræa, aſperis diſpſa montibus: & à cæteris Iudæis Iordane amne diſcreta, Reliqua Iudæa diuiditur in toparchias. X.

chias.X.quo dicemus ordine: Hiericuntem palmetis consitam, fontibus irriguã, Emmaũ, Lyddã, Iopicã, Acrabathenã, Zophaniticã, Thamnicã, Betholẽ, Tephenẽ, & Norinẽ: in qua fuere Hierosolyma, lõge clarissima urbiũ orientis. Nomẽ Iudææ modo Herodium, cum oppido illustri eiusdem nominis.

Iordanis. Caput .XV.

IOrdanis amnis oritur è fonte Peneade, qui cognomen dedit Cæsareæ, de qua diximus: amnis amœnus, & quatenus locorum situs patitur, ambitiosus: accolisq; se præbens uelut inuitus, Asphaltitem lacum dirum natura petit, à quo postremo ebibitur, aquasq; laudatas perdit pestilẽtibus mixtas. Ergo ubi prima conuallium fuit occasio, in lacum se fundit, quem plures Genesaram uocant. XVI.M. pass. longitudinis: VI.M. latitudinis, amœnus circũ septus oppidis: ab oriente Iuliade & Hippo, à meridie Tarichea, quo & noĩe aliqui etiã lacũ appellant: ab occidente Tiberiade, aquis calidis salubri.

Asphaltites. Caput .XVI.

ASphaltites nihil præter bitumẽ gignit, unde et nomẽ. Nullũ corpus animaliũ recipit, tauri cameliq; fluitant. Inde fama, nihil in eo mergi. Longitudine excedit. C.M.pass: latitudine maxima .XXV. implet: minima sex. Prospicit eum ab oriente Arabia Nomadum, à meridie Machærũs, secunda quondã arx Iudææ ab Hierosolymis. Eodẽ

latere est

*latere est calidus fons medicæ salubritatis, Calliroe, aquarum gloriam ipso nomine præferens.*

Gens Essenorum. Caput .XVII.

AB occidentali littore Esseni, quos fugitant usquequaq; nocētes. Gens sola, & in toto orbe præter cæteras mira, sine ulla fœmina omni Venere abdicata, sine pecunia, socia palmarū. In diem ex æquo conuenarū turba renascitur, longe frequētantibus quos uita fessos ad mores eorū fortunæ fluctus agitat. Ita p seculorū milia (incredibile dictu) gens æterna est, in qua nemo nascitur. Tam fœcūda illis aliorū uitæ pœnitentia est. Infra hos Engadda oppidum fuit, secundū ab Hierosolymis fertilitate, palmetorumq; nemoribus: nunc alterum bustum. Inde Masada castellū in rupe, & ipsum haud procul ab Asphaltite. Et hactenus Iudæa est.

Decapolis. Caput .XVIII.

IVngitur è latere Syriæ Decapolitana regio, à numero oppidorū, in qua non omnes eadē obseruant. Plurimi tamen Damascum & Opoton riguas amne Chrysorrhoa, fertilē Philadelphiā, Rhaphanam, omniaq in Arabiā recedentia. Scythopolin antea Nisa, à Libero patre, sepulta nutrice ibi, Scythis deductis. Gaddaram Hieramiace præfluēte, & iam dictum Hippodion. Pellam aquis diuitē, Galasam, Canathā. Intercurrūt cinguntq; has urbes tetrarchiæ, regnorum instar singulæ, & in regna

contribuuntur,

*contribuũtur,Trachonitis,Paneas.In qua Cæsarea cũ supradicto fonte,Abila,Arca,Apelœssa,Gabe.*

Tyrus & Sidon. Caput .XIX.

*HInc redeundũ est ad oram atq; Phœnicen. Fuit oppidũ Crocodilon.Est flumẽ memoria urbiũ,Dorum,Sigaminũ ꝓmõtorium Carmelũq;, Et in monte oppidũ eodẽ nomine,quondam Egbatana dictũ.Iuxtà Getta,Lebba.Riuus Pagida siue Belus, uitri fertiles harenas paruo littori miscẽs.Ipse è palude *Cendeuia à radicibus Carmeli ꝓfluit.Iuxtà colonia Claudij Cæsaris Ptolemais,quæ quondã Ace.Oppidũ Ecdippa.Promontorium albũ.Tyrus quondam insula,prealto mari septingẽtis passibus diuisa,nunc uero Alexandri oppugnantis operibus continens.Olim partu clara urbibus genitis,Lepti, Vtica:& illa Romani imperij æmula, terrarũ orbis auida,Carthagine,etiam Gadibus extra orbem conditis.Nunc omnis eius nobilitas conchylio atq; purpura cõstat.Circuitus.XIX.M.p.est.Intrà Palætyro inclusa.Oppidũ ipsum.XXII.stad. obtinet. Inde*Ide ac Sarepta et Ornithon,oppida:Et Sidon artifex uitri,Thebarumq; Bœotiarum parens.*

*Hæc Candeboea uocatur infrà à Pli.li.36.ca.26.*

**Enhydra.*

Mons Libanus. Caput .XX.

*ATergo eius mons Libanus orsus,centũ quinquaginta stad.Simyrã usq; porrigitur,quæ Cœlesyria cognominatur.Huic par,interiacẽte ualle, mons aduersus Antilibanus obtenditur, quondam muro*

dam muro coniunctus. Post eum introrsus Decapolitana regio est, prædictæq; cum ea tetrarchiæ, et Palæstines tota laxitas. At in ora nunc subiecta Libano fluuius Magoras: Berytus colonia, quæ felix Iulia appellatur. Leontos oppidũ, flumẽ Lycos, Palæbyblos, flumẽ Adõis. Oppida Byblos, Botrys, Gigarta, Trieris, Calamos, Tripolis, quã Tyrij et Sidonij & Aradij obtinent. Orthosia, Eleutheros flumẽ. Oppida, Simyra, Marathos, contráque Aradũ Antarados septem stadiorum oppidum, & insula. CC. pass. à continẽte distans. Regio in qua supradicti desinũt mõtes: et interiacẽtibus cãpis, Bargylus mons incipit. Hic rursus Syria desinente Phœnice. Oppida Carne, Balanæa, Paltos, Gabale: promontorium, in quo Laodicea libera, Diospolis, Heraclea, Charadrus, Posidium.

Syria, Antiochia. Ca. .XXI.

DEinde promõtorium Syriæ Antiochenæ. Intus ipsa Antiochia libera, Epidaphne cognominata, Oronte amne diuiditur. In promontorio autem Seleucia libera, Pieria appellata.

Casius mons. Caput .XXII.

SVper eam mons eodem quo alius nomine, Casius. Cuius excelsa altitudo quarta uigilia orientem per tenebras solem aspicit: breui circũactu corporis, diem noctemq; pariter ostendens. Ambitus ad cacumen. XIX. M. pass. est, altitudo per directum

IIII. At

IIII. At in ora amnis Orontes, natus inter Libanum & Antilibanũ, iuxta Heliopolin. Oppidum Rhosos, & à tergo portæ quæ Syriæ appellantur, interuallo Rhosiorum montium & Tauri. In ora oppidum Myriandros, mons Amanus, in quo oppidum Bomitæ. Ipse ab Syris Ciliciam separat.

Cœle Syria. Caput .XXIII.

NVnc interiora dicãtur. Cœle habet Apamiam, Marsya amne diuisam. A Nazerinorũ tetrarchia Bambycen, quæ alio nomine Hierapolis uocatur, Syris uero Magog. Ibi prodigiosa Atargatis, græcis hæc Derceto dicta, colitur. Chalciden cognomĩatam ad Belũ: unde regio Chalcidene fertilissima Syriæ. Et inde Cyrrestica, Irneazates, Gindarenos, Gabenos, tetrarchias duas, quæ Granij Comatitæ uocãtur. Hemisenos, Hilatas, Ituræorũ gentem, & qui ex ijs Betearreni uocãtur, Mariammitanos. Tetrarchiã, quæ Mãmisea appellatur: Paradisum, Pagras, Pinaritas, Seleucias præter iam dictã duas, (quæ ad Euphratẽ, & quæ ad Belum uocãtur) Cardítenses. Reliqua aũt Syria habet, exceptis quæ cum Euphrate dicentur, Arethusios, Berœenses, Epiphanenses. Ad orientem Laodicenos (qui ad Libanũ cognominantur) Leucadios, Larissæos, præter tetrarchias in regna descriptas barbaris noĩbus. XVII.

Euphrates. Ca. .XXIIII.

ET de Euphrate hoc in loco dixisse aptißimum

 fuerit.

fuerit. Oritur in præfectura Armeniæ maioris Caranitide, ut prodidere ex ijs q̄ proxime uiderũt, Domitius Corbulo in monte Aba, Licinius Mutianus sub radicibus montis quem Capotē appellant, supra Simyram. XII. M. pas. initio Pyxirates nominatus. Fluit Derxenen primum, mox Anæitiam, Armeniæ regiões à Cappadocia excludēs. Dascusa abest à Simyra. LXXV. M. pass. Inde nauigatur Pastonam L. M. pass. Melitenen Cappadociæ. LXXIIII. M. pass. Elegiã Armeniæ. X. M. pass. acceptis fluminibus Lyco, Arsania, Arsano. Apud Elegiam occurrit ei Taurus mons, nec resistit, quanq̄. XII. M. p. latitudine pforata præualens. Omirrã uocant irrumpentem: mox ubi cornu pfregit, Euphratē: ultrà quoq; saxosum ac uiolentũ. Arabiã inde læua, Merorũ dictã regionē, tricena mēsura, dextráq; Comagenē disterminat: pontis tamen etiã ubi Taurũ impugnat patiēs. Apud Claudiopolim Cappadociæ, cursum ad occasum solis agit. Primo hunc illi impugnatus cursum Taurus aufert: uictusq; et abscissus sibimet, alio modo uincit, ac fractũ expellit in meridiē. Ita naturæ dimicatio illa æquatur, hoc eunte quò uult, illo prohibēte ire quà uelit. A cataractis iterum nauigatur. XL. M. pas. Inde Comagenen apud Samosata. Arabia supradicta habet oppida, Edessam, quæ quõdam Antiochia dicebatur, Calliroën à fonte nominatam, Carras clade Crassi nobiles. Iungitur præfe

ctura

ctura Mesopotamiae, originē à Syris trahens, in qua Anthemusia et Nicephoriū oppida. Mox Arabes, q Rhetaui uocantur: horū caput Singara. A Samosatis aūt latere Syriae, Marsyas amnis influit. Gingla Comagenen finit, Merorū ciuitas incipit. Oppida alluuntur Epiphania et Antiochia, quae ad Euphratē uocantur. Item Zeugma. LXXII. M. p. à Samosatis, trāsitu Euphratis nobile. Ex aduerso Apamiam Seleucus, idem utrisq; conditor, ponte iūxerat. Qui cohaerent Mesopotamiae, Rhoali uocantur. At in Syria oppida, Europū, Thapsacum quondā, nunc Amphipolis. Arabes Schoenitae ita ferūtur usq; Vram locum: in quo conuersus ad oriētem, relinquit Syriae Palmyrenas solitudines: quae usq; ad Petram urbem & regionem Arabiae felicis appellatae, pertinent.

Palmyra. Caput .XXV.

PAlmyra urbs nobilis situ, diuitijs soli & aquis amoenis, uasto undique ambitu harenis includit agros: ac uelut terris exempta à rerum natura, priuata sorte inter duo imperia summa, Romanorū Parthorumq;. Et prima in discordia, cuius semper utrinque cura. Abest à Seleucia Parthorum, quae uocatur ad Tigrin, DXXXVII. M. passuum. A proximo uero Syriae littore ducentis quinquagintaduobus milibus. Et à Damasco uigintiseptē milibus passuum.

Hierapolis. Caput .XXVI.

PRropius infra Palmyrae solitudines, Stellende-

na regio est, dictaq; iam Hierapolis, ac Berœa, & Chalcis. Vltra Palmyrã quoq; ex solitudibus ijs aliquid obtinet Emesa, itẽ Elatiũ, dimidio ꝓpior Petræ q̃ Damascus. Asura huic ꝓxima est. Philiscũ oppidũ Parthorũ, ad Euphratẽ ab eo Seleuciã dierũ decẽ nauigatio, totidemq; ferè Babylonẽ. Scinditur Euphrates à Zeugmate. LXXXIII. M. p. circa uicũ Massicen. Et parte læua in Mesopotamiã uadit per ipsam Seleuciã, circaq; eã præfluenti infusus Tigri. Dexteriore autẽ alueo Babylonẽ, quondã Chaldææ caput, petit, mediamq; permeãs: itẽ quas Otrin uocant. Distrahitur in paludes. Increscit autem et ipse Nili modo statis diebus, paulũ differens, ac Mesopotamiã inundat sole obtinẽte uicesimã partẽ Cancri. Minui incipit in Virgine, & Leone transgresso. In totũ uero remeat in. XXIX. parte Virginis.

*Cilicia & adiunctæ gentes, Pamphylia, Isauria, Homonadum, Pisidia, Lycaonia, Taurus mons, Lycia. Caput XXVII.*

SEd redeamus ad orã Syriæ, cui ꝓxima est Cilicia. Flumen Diaphanes; mons Crocodilus, portæ Amani montis. Flumina, Andricus, Pinarus, Lycus, sinus Issicus. Oppidum Issos, inde Alexandria: flumen Chlorus, oppidum Acgæ liberum, amnis Pyramus, portæ Ciliciæ. Oppida, Mallos, Magarsos, & intus Tarsos. Campi Aleij: oppida Caßipolis, Mopsos liberum Pyramo impositum, Thynos, zephyrium,

*phyrium, Anchiale. Amnes Saros, Cygnus, Tarſum liberam urbem procul à mari ſecans.* Regio Celenderitis *cum oppido.* Locus Nymphæũ, Solœ Ciliciæ *nunc* Pompeiopolis, Adana, Cybira, Pinara, Pedalie, Halix, Arſinoẽ, Tabæ, Doron. Iuxtaq; *mare* Corycos, *eodem nomine oppidum et portus & ſpecus.* Mox flumen Calicadnus. Promõtorium Sarpedon: *oppida* Olme, Myle: *promontorium et oppidum* Veneris, *à quo proxime* Cyprus *inſula. Sed & in continenti oppida,* Myanda, Anemurium, Coraceſium, *finisq; antiquus* Ciliciæ Melas *amnis. Intus autem dicendi* Anazarbeni, *qui nunc* Cæſarauguſtani, Caſtabala, Epiphania *quæ antea* Eniandos, Elæuſa, Iconium. Seleucia *ſupra amnẽ* Calicadnum Trachiotis *cognoĩe, à mari relata, ubi uocabatur* Olmia. *Præterea intus flumĩa* Liparis, Bombos, Paradiſus. *Mõs* Imbarus. *Ciliciæ* Pamphyliam *oẽs iũxere neglecta gẽte* Iſaurica. *Oppida eius intus* Iſauria, Clybanus, Lalaſſis *fluuius decurrit, hic autem ad mare* Anemurij *è regione ſupradicta.* Sili *modo oĩbus q eadẽ cõpoſuere, ignorata eſt contermina illi gens* Homonadum, *quorũ intus oppidũ* Homona. *Cetera caſtella.* XLIIII. *inter aſperas conualles latent, inſident uerticem* Piſidiæ *quondã* Solymi *appellati, quorum colonia* Cæſarea, *eadem* Antiochia. *Oppida* Oronda, Sagaleſſos. *Hos includit* Lycaonia *in* Aſiaticam *iuriſdictionem uerſa, cum qua conueniunt* Philo-

melienſes, Tymbriani, Leuçolithi, Pelteni, Hyrienſes. Datur & tetrarchia ex Lycaonia, qua parte Galatiæ cõtermina eſt, ciuitatũ. XIIII. urbe celeberrima Iconio. Ipſius Lycaoniæ celebrantur Tembaſa in Tauro, Sinda in confinio Galatiæ atq; Cappadociæ. A latere aũt eius ſuper Pamphyliã ueniũt Thracũ ſoboles Milyæ. Quorũ Aricanda oppidũ, Pãphylia antè Mopſopia appellata. Mare Pamphylium Cilicio iungitur. Oppida eius Side, & in mõte Aſpendũ, Plantaniſtũ, Perga: Promontoriũ Leucolla. Mõs Sardemiſus, amnis Eurymedõ iuxta Aſpendum fluens: Cataractes, iuxta quẽ Lyrneſus & Olbia: ultimaq; eius oræ Phaſelis. Iunctum ei mare Lycium eſt, gensq; Lycia, unde uaſtus ſinus. Taurus mons, ab Eois ueniens littoribus, Chelidonio ꝓmontorio diſterminatur. Immẽſus ipſe, et innumerarum gentium arbiter, dextero latere ſeptẽtrionalis, ubi primũ ab Indico mari exurgit, læuo meridianus, & ad occaſum tendens, mediamq; diſtrahens Aſiã, niſi opprimenti terras occurrerent maria. Reſilit ergo ad ſeptentriones, flexusq; immẽſum iter quærit: uelut de induſtria, rerũ natura ſubinde æquora opponente, hinc Phœniciũ, hinc Ponticũ, illinc Caſpiũ et Hyrcaniũ, contraq; Mæoticũ lacũ torquetur. Itaq; colliſus inter hæc clauſtra, & tamen uictor, flexuoſus euadit uſq; ad cognita Rhiphæorũ montiũ iuga, numeroſis nõibus et nouis, quocunq; incedit inſignis.

Imaus

Imaus prima pte dictus,mox Edigis,Paropanisus, Circius,Chambades,Pharphariades,Choatras,Oreges,Orates,Niphates,Taurus. Atq; ubi se quoq; exupat,Caucasus:ubi brachia emittit,subinde tentanti maria similis,Sarpedon, Coracesius,Cragus, iterumq; Taurus,etiã ubi dehiscit,seq; populis aperit:portarũ tamen noĩe unitatẽ sibi uendicans, quæ alibi Armenicæ,alibi Caspiæ,alibi Ciliciæ uocantur. Quinetiã cõfractus, effugiẽs quoq; maria,plurimis se gentiũ noĩbus hinc et illinc implet. Et à dextra Hyrcanus,Caspius,à læua Pariedrus,Moschius,Amazonicus,Coraxicus, Scythicus appellatus. In uniuersum uero Grece Ceraunius. In Lycia igitur,à ꝓmõtorio eius oppidũ Simena,mõs Chimæra noctibus flagrãs,Hephæstiũ ciuitas, et ipsa sæpe flagrantibus iugis. Oppidũ Olympus ibi fuit,nũc sunt mõtana:Gage,Corydalla,Rhodiopolis. Iuxta mare Lymira cũ amne,in quẽ Arycandus influit:et mons Massycites,Andriaca ciuitas, Myra. Oppida,Apyre,et Antiphellos,quæ quondã *Habessus,atq; in recessu Phellus. Deinde Pyrrha,itemq; Xanthus à mari. XV. M. pas. flumenq; eodẽ noĩe. Deinde Patara, quæ prius Pataros,& in monte Sidyma. Promontorium Cragus. Vltrà par sinus priori. Ibi Pinara,& quæ Lyciã finit Telmessus. Lycia quondã. LX. oppida habuit,nunc. XXXVI. habet. Ex his celeberrima præter supradicta Canas,Candyba,ubi laudatur Oenium

*Edebessus.

tur Oeniũ nemus. Podalia Choma præfluente. Edessa, Cyane, Ascandialis, Amelas, Noscopium, Tlos, Telandrus. Comprehẽdit & in mediterraneis Cabaliã, cuius tres urbes, Oenoanda, Balbura, Bubon, A Telmesso Asiaticum mare siue Carpathium, & quæ ꝓprie uocatur Asia, in duas eam partes Agrippa diuisit. Vnam inclusit ab oriente Phrygia et Lycaonia, ab occidẽte Aegæo mari, à meridie Aegyptio, à sceptẽtrione Paphlagonia. Huius longitudinẽ CCCCLXX. M. p. latitudinẽ. CCC. M. fecit. Alteram determinauit ab oriente Armenia minore. Ab occidente Phrygia, Lycaonia, Pamphylia. A septentrione ꝓuincia Pontica. A meridie mari Pamphylio. Longa. D. LXXV. M. pas. Lata. CCCXXV. M. In ꝓxima ora Caria est, mox Ionia. Vltra eã Aeolis, media Doride. Circũfunditur mari utroq; latere ambiẽte. In ea ꝓmontorium Pedaliũ. Amnis Glaucus deferẽs Telmessum. Oppidum Dædala, Cyria fugitiuorum. Flumen Axon, oppidum Calydna.

Cryа. Steph.

## Ninus fluuius. Caput .XXVIII.

AMnis Ninus Cybiratarũ iugis ortus, recipit LX. perẽnes fluuios, torrẽtes uero amplius C. Oppidũ Caunos liberum, deinde Pyrnos. Portus Cressa, à quo Rhodus insula passus. XX. M. Locus Loryma. Oppida Thysanusa, Paridion, Larymna. Sinus Tymnias. Promontorium Aphrodisias. Oppidum Hyle. Sinus schœnus. Regio Bubassus. Oppidũ

fuit Acan

fuit Acanthus, alio nomine Dulopolis. Est in promontorio Gnidos libera, Triopia, Deinde Pegasa est, stadia appellata. Ab ea Doris incipit, sed prius Terga. Et mediterraneas iurisdictiones indicasse cõueniat. Vna appellatur Cybiiratica. Ipsum Oppidũ Phrygiæ est. Conueniunt eo. XXV. ciuitates.

Laodocea, Apamea, Ionia, Ephesus.

Caput .XXIX.

Celeberrima urbs Laodicea, imposita est Lyco flumini, latera alluentibus Asopo & Capro: appellata primo Diospolis, dein Rhoas. Reliq in eo conuentus quos nõiare non pigeat, Hydrelitæ, Themisones, Hieropolitæ. Alter cõuentus à Synnada accipit nomen. Conueniunt Lycaones, Appiani, Cercopeni, Dorylæi, Midæi, Iuliẽses, et reliq ignobiles populi. XV. Tertius Apameã uadit ante appellatã Celenas, dein Ciboton. Sita est in radice montis Siginæ circũfusa Marsya, Obrima, Orga flumĩbus in Mæandrũ cadẽtibus. Marsyas ibi creditur ortus ac paulo mox conditus, ubi certauit tibiarũ cantu cũ Apolline. Aulocrenes, ita uocatur conuallis. X. M. p. Phrygiã ab Apamia petentibus. Ex hoc conuentu deceat nominare Metropolitas, Dionysiopolitas, Euphorbenos, Acmonenses, Peltenos, Silbianos. Reliqui ignobiles. IX. Doridis sinu, Leucopolis, Amaxitos, Eleusis, & Eutene. Dein Cariæ oppida Pitaum, Eutanæ, Halycarnasus, sex oppida contributa

tributa ei sunt à magno Alexandro, Theangela, *Themißum. Sibde, Medmassa, Euraniũ, Pedasum,* Telmessum. Habitatur inter duos sinus, Ceramicũ et Iasiũ, Inde Myndos, et ubi fuit Palæmyndus, Nariandus, Neapolis, Caryãda, Termera libera, Bargila: et à quo sinus Iasius, oppidũ Iasus. Caria interiorũ nõim fama prænitet: quippe ubi sunt oppida, Mylasa libera, Antiochia, ubi fuere Seminethos & Chranaos oppida, nunc eã circũfluunt Mæander et Mossinus. Fuit in eo tractu et Mæandropolis. Est Eumenia Cludro flumini apposita, Glaucus amnis, Lysias oppidũ & Orthosia, Berecynthius tractus, Nysa, Trallis, eadẽ Euanthia & Seleucia & Antiochia dicta. Alluitur Eudone amne, pfunditur Thebaide. Quidam ibi Pygmæos habitasse tradũt. Præterea sunt Thydonos, Pyrrha, Eurome, Heraclea, Amyzõ, Alabãda libera, quæ conuentũ eũ cognoĩauit: Stratonice, Alinda libera, Hynidos, Ceramus. Trœzene, Phorõtis. Lõginqores eodẽ disceptãt foro Othroniẽses, Halydiẽses seu Hippini, Xystiani, Hydißenses, Apolloniatæ, Trapezopolitæ, Aphrodiẽses liberi. Præter hæc Coscinus, Harpasa apposita fluuio Harpaso, quo & Tralliconcũ fuit alluebatur. Lydia autẽ perfusa flexuosi amnis Mæandri recursibus, sup Ioniã pcedit, Phrygiæ ab exortu solis uicinã, ad septentrionẽ Mysiæ, meridiana pte Cariã amplectens, Mæonia antè appellata. Celebratur maxime Sardibus in latere Tmoli

Tmoli montis, qui antè Timolus appellabatur, uitibus cõsitus, ex quo pfluente Pactolo eodemq́; Chrysorrhoa ac fõte Tarnæ: à Mæoniis ciuitas ipsa Hyde uocitata est, clara stagno Gygeo. Sardiana appellatur nunc ea iurisdictio. Conueniũtq́; in eã extra prædictos Macedones, Cadueni, Loreni, Philadelpheni, & ipsi in radice Tmoli Cogamo flumini appositi Mœonij, Tripolitani. Idẽ & Antoniopolitæ Mæandro alluũtur: Apolloniheritæ, Mysotmolitæ, et alij ignobiles. Ionia ab Iasio sinu incipiẽs: numeroso ambitu littorũ flectitur. In eam primus sinus basilicus, Possideũ pmontoriũ & oppidũ, oraculũ Brancidarum appellatum, nunc Didymæi Apollinis, à littore stad. XX. M. Et inde. CLXXX. M. Miletus Ioniæ caput, Lelegeis antè & Pityusa & Anactoria nominata, super. LXXX. urbiũ per cuncta maria genitrix: nec fraudanda ciue Cadmo, q primus psaicã orationẽ cõdere instituit. Amnis Mæander ortus est lacu in mõte Aulocrene, plurimisq́; affusus oppidis, et repletus fluminibus, crebris ita sinuosus flexibus, ut sæpe credatur reuerti. Apamenã primũ puagatur regiõem, mox Eumeneticã, ac dein Bargylieticos cãpos, postremo Cariã placidus, oẽsq́; eos agros fertilissimo rigans limo, ad decimũ à Mileto stadiũ lenis illabitur mari. Inde mõs Latmius. Oppida Heraclea, montis eius cognominis Cariæ, Myus quod primo condidisse Iones narrantur, Athenis pfecti,

Naulocũ Prienne. In ora quæ Trogilia appellatur, Gessus amnis. Regio omnibus Ionibus sacra, et ideo Panionia appellata. Iuxtà fugitiuis conditum (uti nomen indicio est) Phygela fuit et Marathesium oppidum. Supra hæc Magnesia Mæandri cognomine insignis, à Theßalica Magnesia orta. Abest ab Epheso. XV. M. pass. Trallibus eò amplius. CCC. antea Theßaloce et Androlitia nominata, et littori apposita. Derasidas insulas secũ abstulit mari, intus & Tyana alluitur, et Lyco Pelopea, aliquãdo et Eubippia cognoĩata. In ora aũt Manteum, Ephesus Amazonũ opus, multis antè expetita noĩbus: Alopes cũ pugnatum apud Troiam est, mox Ortygia & Morges uocata est, & Smyrna cognoĩe Trachea, & Samornion, & Ptelea. Attollitur monte Pione. Alluitur Caystro in Cylbianis iugis orto, multosq; amnes deferente, et stagnum Pegaseũ, quod Phyrites amnis expellit. Ab his multitudo limi est, qua terras propagat, medijsq; iam campis Syrien insulam adiecit. Fons in urbe Callippia, templum Dianæ cõplexa. E diuersis regionibus duo Selinontes. Ab Epheso Manteum aliud Colophoniorum, & intus ipsa Colophon, Haleso affluente. Inde Apollinis Clarij phanum, Lebedos fuit et Notium oppidũ. Promõtorium Corycæon, mõs Mimas. CCL. M. p. excurrens, atq; in continẽtibus campis residens. Quo in loco magnus Alexander intercidi planiciẽ eam iußerat. VII. M. D. p. longitudine, ut

*dine, ut duos sinus fugeret, Erythræasq; cũ Mimante circumfunderet. Iuxta eos fuere oppida Pteleon, Helos, Dorion, nunc est Aleon fluuius, Cyrenæon Mimantis pmõtorium, Clazomene, Parthenie, et Hippi, Chytophoria appellatæ cũ insulæ essent. Alexander idẽ p duo stadia cõtinenti adnexuit. Interiere intus Daphnûs et Hermesia, et Sipylũ, qđ antè Tãtalis uocabatur, caput Mæoniæ, ubi nunc est stagnũ Sale, ob id et Archæopolis substituta Sipylo: & tamẽ illi Colpe, et huic Lebade regredientibus, inde abest. XII. M. p. ab Amazone cõdita, restituta ab Alexandro. In ora Smyrna, amne Melete gaudẽs non pcul orto. Mõtes Asiæ nobilissimi ĩ hoc tractu ferè explicant se, Mastusia à tergo Smyrnæ, et Thermetis Olympi radicibus iũctus. Is ĩ Dracone desinit, Draco ĩ Tmolo, Tmolus in Cadmo, ille in Tauro. A Smyrna Hermus amnis campos facit, et nõi suo adoptat. Oritur iuxta Dorylaũ Phrygiæ ciuitatẽ, multosq; colligit fluuios, ĩter quos Phrygẽ: q noĩe gẽti dato, à Caria eã disterminat, Hyllũ et Cryõ: et ipsos Phrygiæ, Mysiæ, Lydiæ amnibus repletos. Fuit in ora eius oppidũ Temnos, nunc in extremo sinu Smyrnæ Chesopolis promontorium. Leuce dein oppidum, quod insula fuit, finisq; Ioniæ. Smyrneum cõuentum magna pars Aeoliæ quæ mox dicetur, frequentat: præterq; Macedones Hyrcani cognominati, & Magnetes à Sipylo. Ephesum uero alterum lumen Asiæ, remo-* Corinæum.

tiores conueniunt Cæsarienses, metropolitæ, Cylbiani, inferiores & superiores Mysomacedones, Mastaurenses, Brullitæ, Hypæpeni, Dishieritæ.

Aeolis, Troas, Pergamus. Ca. .XXX.

AEolis pxima est, quõdam Mysia appellata, & quæ Hellesponto adiacet Troas. Ab ea Phocæa, Ascanius portus, dein fuerat Larissa et Cyme, Myrrhine, quæ Sebastiopolim se uocat, et intus Aegæ, Attalia, post Adæ, Neon tichos, Temnos. In ora aũt Titanus amnis & ciuitas ab eo cognominata. Fuit & Grynia, nunc tantũ portus soli insula apprehensa. Oppidũ Elæa, & ex Mysia ueniens Caicus amnis. Oppida Pitane, Canaius amnis. Intercidêre Cane, Lysimachia, Atarnea, Carene, Cisthene, Cilla, Cocylũ, Thebæ, Astyre, Chrysa, Palæscepsis, Gergitos, Neandros, nunc est Perperenne ciuitas, Heracleotes tractus, Coryphas oppidũ, amnis Gryliosolius. Regio Aphrodisias, quæ ante Politiceorgas. Regio Scepsis. Flumen Euenũ, cuius in ripis intercidêre Lyrnesos et Miletos. In hoc tractu Ida mons. Et in ora quæ sinũ cognoĩauit, & conuentum Adramyteos, olim Pedasus dicta. Flumina Astron, Cormalos, Eryanos, Alabastros, Hieros ex Ida. Intus mons Gargara eodẽq; noĩe oppidũ. Rursus in littore Antandros, Edonis prius uocata, deinde Cimmeris & Aßos, eadẽ Apollonia. Fuit & Palamedium oppidũ. Promontoriũ Lecton disterminans Aeolida & Troada.

& Troada. Fuit & Polymedia ciuitas, & Cryssa, & Larissa alia. Sminthæũ templũ durat. Intus Colone ĩtercidit, deportata Adramytteũ negocia, Apolloniatæ à Rhyndaco amne, Eressij, Miletopolitæ, Pemanetij, Macedões, Aſchilacæ, Polychnæi, Pionitæ, Cilices, Mandagandeni, in Myſia Abrettini, et Hellespõtij appellati, & alij ignobiles. Troadis primus locus Amaxitus, dein Cebrenia: ipſaq; Troas Antigonia dicta, nunc Alexãdria colonia Ro. Oppidum Nee. Scamander amnis nauigabilis, & in promõtorio quondã Sigæum oppidum. Dein portus Achæorum, in quem influxit Xãthus Simoënti iunctus, stagnumq; prius faciẽs Palæscamander. Cæteri Homero celebrati, Rheſus, Heptaporus, Careſus, Rhodius ueſtigia non habent. Granicus diuerſo tractu in Propontida fluit. Eſt tamen & nunc Scamãdria ciuitas parua, ac. M.D. paſ. remotum à portu Ilium immune, unde oĩs rerum claritas. Extra ſinum ſunt Rhetea littora, Rheteo & Dardanio & Ariſbe oppidis habitata. Fuit & Achilleon, oppidum iuxta tumulum Achillis conditum à Mitylenæis, & mox Atheniensibus, ubi claßis eius ſteterat. In Sigæo fuit & Aeantion à Rhodijs conditum, in altero cornu Aiace ibi ſepulto. XXX. ſtad. ĩteruallo à Sigæo, et ipſo in ſtatione claßis ſuæ. Supra Aeolida & partẽ Troadis in mediterraneo eſt, quæ uocatur Teutrania, quam Myſij antiqtus tenuere. Ibi Caicus amnis iam

Hoc à Pli. dictum haud du bie accipiẽdũ eſt, ob diuinã Hom. poeſim. Quippe q ab Ilij decennali obſidiõe, pariter & eius excidio, totius ſuæ poëſeos ar-

Salaminæ. In Lycio aũt mari Illyris, Telandros, Attelebußa, Cypriæ tres steriles, et Dionysia prius Caretha dicta. Deinde contra Tauri ꝓmontorium pestiferæ nauigãtibus Chelidoniæ, totidẽ ab ijs cũ oppido Leucolá, Pactyæ, Elisia, Nymphalis, Mœris, Megista cuius ciuitas interijt. Multæ deinde ignobiles. Sed cõtra Chimæram Dolichiste, Chirogylium, Chrambussa, Rhoge, Enagora. VIII. M. pass. Dædaleon duæ, Crieon tres, Strongyle, & cõtra Sidyma, Antiochia, Glaucumq; uersus amnẽ Legusa, Macris, Didymæ, Helbo, Copæ, Aspis, et in qua oppidũ iterijt Celãdia, proximaq; Cynorrhodussa. Sed pulcherrima & libera Rhodos, circuitu. CXXX. M. pass. aut si potius Isidoro credimus. CIII. habitata urbibus Lindo, Camiro, Ialyso nunc Rhodo. Distat ab Alexandria Aegypti. DLXXVIII. M. ut Isidorus tradit: ut Eratosthenes. CCCCLXIX. M: ut Mutianus. D. à Cypro. CLXVI. Vocitata est antea Ophiusa, Asteria, Aethræa, Trinacria, Corymbia, Pœessa, Atabyria ab rege. Deinde Macria, et Olœssa. Rhodiorũ insulæ, Carpathus quæ mari nomen dedit: Casos, ac duæ Calymnæ, *Syros distans ab Gnido. XII. M. D. Porphyris antea dicta. Et eodẽ tractu media inter Rhodũ Gnidumq; Syme. Cingitur XXXVII. M. D. Portus benigne præbet octo. Præter has citra Rhodum Cyclops, Tergamon, Cordylusa, Diabetæ. IIII. *Hymos, Calce cũ oppido Seutlusa,

*Scyros.

*Amos.

tlusa, Narthecusa, Dymastos, Progne: et à Gnido, Cisceusa, Therion, Archia, Calydnæ: cum tribus oppidis, Nououistiro, Mẽdetero, & Marconeso: oppidũ Ceramus. In Cariæ ora quæ uocantur Argiæ, numero XX. Ethecusa, Lepsia, Leros. Nobilissima uero in eo sinu Cos, ab Halicarnasso XV. pass. distans, circuitu M. ut plures existimant Meropis uocata, Cos ut Staphylus, Meropis ut Dionysius, dein Nymphea. Mons ibi Prion, & Nisyros. Abruptã illi putant, quæ Porphyris antea dicta est. Hinc Cariãdra cum oppido. Nec pcul ab Halicarnasso Pidosus. In Ceramico aũt sinu Priaponnesos, Hipponnesos, Psyra, Mya, Lampsemãdus, Passala, Crusa, Pyrrhe, Sepiussa, Melano: paulumq; à continẽte distãs, quæ uocata est Cinædopolis, probrosis ibi relictis à rege Alexandro. Ioniæ ora Aegæas et Corseas habet, & Icaron de qua dictum est: Laden quæ prius Late uocabatur: atq; inter ignobiles aliquot, duas Camelidas Mileto uicinas: Mycalen, Trogilias, Trepsylion, Argennon, Scandalion, Samon liberã, circuitu LXXXVII. M. p: aut ut Isidorus. C. Partheniam primũ appellatã, ut Aristoteles tradit, postea Dryusan, dein Anthemusam: Aristocritus adijcit Melãphyllũ, dein Cyparissiam. Ab Parthenio Arusam, Stephanen. Amnes in ea Imbrasus, Chesius, Ibettes. Fontes Eucarto, Leucothea. Mons Cercetius. Adiacent insulæ, Rhypara, Nymphea, Achillea: par cla

na regio est, dictaq; iam Hierapolis, ac Beroea, & Chalcis. Vltra Palmyrã quoq; ex solitudĩbus ijs aliquid obtinet Emesa, itẽ Elatiũ, dimidio ꝓpior Petræ q̃ Damascus. Asura huic ꝓxima est. Philiscũ oppidũ Parthorũ, ad Euphratẽ ab eo Seleuciã dierũ decẽ nauigatio, totidemq; ferè Babylonẽ. Scinditur Euphrates à Zeugmate. LXXXIII. M. p. circa uicũ Massicen. Et parte læua in Mesopotamiã uadit per ipsam Seleuciã, circaq; eã præfluenti infusus Tigri. Dexteriore autẽ alueo Babylonẽ, quondã Chaldææ caput, petit, mediamq; permeãs: itẽ quas Otrin uocant. Distrahitur in paludes. Increscit autem et ipse Nili modo statis diebus, paulũ differens, ac Mesopotamiã inundat sole obtinẽte uicesimã partẽ Cancri. Minui incipit in Virgine, & Leone transgresso. In totũ uero remeat in. XXIX. parte Virginis.

Cilicia & adiunctæ gentes, Pamphylia, Isauria, Homonadum, Pisidia, Lycaonia, Taurus mons, Lycia. Caput .XXVII.

SEd redeamus ad orã Syriæ, cui ꝓxima est Cilicia. Flumen Diaphanes; mons Crocodilus, portæ Amani montis. Flumina, Andricus, Pinarus, Lycus, sinus Issicus. Oppidum Issos, inde Alexandria: flumen Chlorus, oppidum Aegæ liberum, amnis Pyramus, portæ Ciliciæ. Oppida, Mallos, Magarsos, & intus Tarsos. Campi Aleij: oppida Caßipolis, Mopsos liberum Pyramo impositum, Thynos, zephyrium,

phyrium, Anchiale. Amnes Saros, Cygnus, Tarsum liberam urbem procul à mari secans. Regio Celenderitis cum oppido. Locus Nymphæũ, Solœ Ciliciæ nunc Pompeiopolis, Adana, Cybira, Pinara, Pedalie, Halix, Arsinoẽ, Tabæ, Doron. Iuxtáq; mare Corycos, eodem nomine oppidum et portus & specus. Mox flumen Calicadnus. Promõtorium Sarpedon: oppida Olme, Myle: promontorium et oppidum Veneris, à quo proxime Cyprus insula. Sed & in continenti oppida, Myanda, Anemurium, Coracesium, finisq; antiquus Ciliciæ Melas amnis. Intus autem dicendi Anazarbeni, qui nunc Cæsaraugustani, Castabala, Epiphania quæ antea Eniandos, Elæusa, Iconium. Seleucia supra amnẽ Calicadnum Trachiotis cognoĩe, à mari relata, ubi uocabatur Olmia. Præterea intus flumĩa Liparis, Bombos, Paradisus. Mõs Imbarus. Ciliciæ Pamphyliam oẽs iũxere neglecta gẽte Isaurica. Oppida eius intus Isauria, Clybanus, Lalassis fluuius decurrit, hic autem ad mare Anemurij ẽ regione supradicta. Sili modo oĩbus q eadẽ cõposuere, ignorata est contermina illi gens Homonadum, quorũ intus oppidũ Homona. Cetera castella. XLIIII. inter asperas conualles latent, insident uerticem Pisidiæ quondã Solymi appellati, quorum colonia Cæsarea, eadem Antiochia. Oppida Oronda, Sagalessos. Hos includit Lycaonia in Asiaticam iurisdictionem uersa, cum qua conueniunt Philo-

melienſes, Tymbriani, Leucolithi, Pelteni, Hyrienſes. Datur & tetrarchia ex Lycaonia, qua parte Galatiæ cõtermina eſt, ciuitatũ. XIIII. urbe celeberrima Iconio. Ipſius Lycaoniæ celebrantur Tembaſa in Tauro, Sinda in confinio Galatiæ atq; Cappadociæ. A latere aũt eius ſuper Pamphyliã ueniũt Thracũ ſoboles Milyæ. Quorũ Aricanda oppidũ, Pãphylia antè Mopſopia appellata. Mare Pamphylium Cilicio iungitur. Oppida eius Side, & in mõte Aſpendũ, Plantaniſtũ, Perga: Promontoriũ Leucolla. Mõs Sardemiſus, amnis Eurymedõ iuxta Aſpendum fluens: Cataractes, iuxta quẽ Lyrneſus & Olbia: ultimaq; eius oræ Phaſelis. Iunctum ei mare Lycium eſt, gensq; Lycia, unde uaſtus ſinus. Taurus mons, ab Eois ueniens littoribus, Chelidonio ꝓmontorio diſterminatur. Immẽſus ipſe, et innumerarum gentium arbiter, dextero latere ſeptẽtrionalis, ubi primũ ab Indico mari exurgit, læuo meridianus, & ad occaſum tendens, mediamq; diſtrahens Aſiã, niſi opprimenti terras occurrerent maria. Reſilit ergo ad ſeptentriones, flexusq; immẽſum iter quærit: uelut de induſtria, rerũ natura ſubinde æquora opponente, hinc Phœniciũ, hinc Ponticũ, illinc Caſpiũ et Hyrcaniũ, contraq; Mæoticũ lacũ torquetur. Itaq; collisus inter hæc clauſtra, & tamen uictor, flexuoſus euadit uſq; ad cognita Rhiphæorũ montiũ iuga, numeroſis nõibus et nouis, quocunq; incedit inſignis.

Imaus

Imaus prima pte dictus, mox Edigis, Paropanisus, Circius, Chambades, Pharphariades, Choatras, Oreges, Orates, Niphates, Taurus. Atq; ubi se quoq; exupat, Caucasus: ubi brachia emittit, subinde tentanti maria similis, Sarpedon, Coracesius, Cragus, iterumq; Taurus, etiã ubi dehiscit, seq; populis aperit: portarũ tamen noie unitatẽ sibi uendicans, quæ alibi Armenicæ, alibi Caspiæ, alibi Ciliciæ uocantur. Quinetiã cõfractus, effugiẽs quoq; maria, plurimis se gentiũ noibus hinc et illinc implet. Et à dextra Hyrcanus, Caspius, à læua Pariedrus, Moschius, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatus. In uniuersum uero Grece Ceraunius. In Lycia igitur, à pmõtorio eius oppidũ Simena, mõs Chimæra noctibus flagrãs, Hephæstiũ ciuitas, et ipsa sæpe flagrantibus iugis. Oppidũ Olympus ibi fuit, nũc sunt mõtana: Gage, Corydalla, Rhodiopolis. Iuxta mare Lymira cũ amne, in quẽ Arycandus influit: et mons Massycites, Andriaca ciuitas, Myra. Oppida, Apyre, et Antiphellos, quæ quondã *Habessus, atq; in recessu Phellus. Deinde Pyrrha, itemq; Xanthus à mari. XV. M. pas. flumenq; eodẽ noie. Deinde Patara, quæ prius Pataros, & in monte Sidyma. Promontorium Cragus. Vltrà par sinus priori. Ibi Pinara, & quæ Lyciã finit Telmessus. Lycia quondã. LX. oppida habuit, nunc. XXXVI. habet. Ex his celeberrima præter supradicta Canas, Candyba, ubi laudatur Oenium

*Edebessus.

tur Oeniũ nemus. Podalia Choma præfluente. Edesſa, Cyane, Aſcandialis, Amelas, Noſcopium, Tlos, Telandrus. Comprehẽdit & in mediterraneis Cabaliã, cuius tres urbes, Oenoanda, Balbura, Bubon, A Telmeſſo Aſiaticum mare ſiue Carpathium, & quæ ꝓprie uocatur Aſia, in duas eam partes Agrippa diuiſit. Vnam incluſit ab oriente Phrygia et Lycaonia, ab occidẽte Aegæo mari, à meridie Aegyptio, à ſeptẽtrione Paphlagonia. Huius longitudinẽ CCCCLXX. M. p. latitudinẽ. CCC. M. fecit. Alteram determinauit ab oriente Armenia minore. Ab occidente Phrygia, Lycaonia, Pamphylia. A ſeptentrione ꝓuincia Pontica. A meridie mari Pamphylio. Longa. D. LXXV. M. paſ. Lata. CCCXXV. M. In ꝓxima ora Caria eſt, mox Ionia. Vltra eã Aeolis, media Doride. Circũfunditur mari utroq; latere ambiẽte. In ea ꝓmontorium Pedaliũ. Amnis Glaucus deferẽs Telmeſſum. Oppidum Dædala, Cyria fugitiuorum. Flumen Axon, oppidum Calydna.

Crya. Steph.

Ninus fluuius. Caput .XXVIII.

AMnis Ninus Cybiratarũ iugis ortus, recipit LX. perẽnes fluuios, torrẽtes uero amplius C. Oppidũ Caunos liberum, deinde Pyrnos. Portus Creſſa, à quo Rhodus inſula paſſus. XX. M. Locus Loryma. Oppida Thyſanuſa, Paridion, Larymna. Sinus Tymnias. Promontorium Aphrodiſias. Oppidum Hyle. Sinus ſchœnus. Regio Bubaſſus. Oppidũ fuit Acan

fuit Acanthus, alio nomine Dulopolis. Est in promontorio Gnidos libera, Triopia, Deinde Pegasa est, stadia appellata. Ab ea Doris incipit, sed prius Terga. Et mediterraneas iurisdictiones indicasse cõueniat. Vna appellatur Cybiiratica. Ipsum Oppidũ Phrygiæ est. Conueniunt eo. XXV. ciuitates.

Laodocea, Apamea, Ionia, Ephesus.

Caput .XXIX.

Celeberrima urbs Laodicea, imposita est Lyco flumini, latera alluentibus Asopo & Capro: appellata primo Diospolis, dein Rhoas. Reliq in eo conuentus quos noĩare non pigeat, Hydrelitæ, Themisones, Hieropolitæ. Alter cõuentus à Synnada accipit nomen. Conueniunt Lycaones, Appiani, Cercopeni, Dorylæi, Midæi, Iuliẽses, et reliq ignobiles populi. XV. Tertius Apameã uadit ante appellatã Celenas, dein Ciboton. Sita est in radice montis Siginæ circũfusa Marsya, Obrima, Orga flumĩbus in Mæandrũ cadẽtibus. Marsyas ibi creditur ortus ac paulo mox conditus, ubi certauit tibiarũ cantu cũ Apolline. Aulocrenes, ita uocatur conuallis. X. M. p. Phrygiã ab Apamia petentibus. Ex hoc conuentu deceat nominare Metropolitas, Dionysiopolitas, Euphorbenos, Acmonenses, Peltenos, Silbianos. Reliqui ignobiles. IX. Doridis sinu, Leucopolis, Amaxitos, Eleusis, & Eutene. Dein Cariæ oppida Pitaum, Eutanæ, Halycarnasus, sex oppida contributa

tributa ei sunt à magno Alexandro, Theangela,
* Themißum. Sibde, Medmassa, Euraniũ, Pedasum, * Telmessum.
Habitatur inter duos sinus, Ceramicũ et Iasiũ, Inde
Myndos, et ubi fuit Palæmyndus, Nariandus, Neapolis, Caryãda, Termera libera, Bargila: et à quo
sinus Iasius, oppidũ Iasus. Caria interiorũ nõim fama prænitet: quippe ubi sunt oppida, Mylasa libera,
Antiochia, ubi fuere Seminethos & Chranaos oppida, nunc eã circũfluunt Mæander et Mossinus. Fuit
in eo tractu et Mæandropolis. Est Eumenia Cludro
flumini apposita, Glaucus amnis, Lysias oppidũ &
Orthosia, Berecynthius tractus, Nysa, Trallis, eadẽ
Euanthia & Seleucia & Antiochia dicta. Alluitur
Eudone amne, ꝓfunditur Thebaide. Quidam ibi Pygmæos habitasse tradũt. Præterea sunt Thydonos,
Pyrrha, Eurome, Heraclea, Amyzõ, Alãbãda libera, quæ conuentũ eũ cognoĩauit: Stratonice, Alinda
libera, Hynidos, Ceramus. Trœzene, Phorõtis. Lõgingores eodẽ disceptãt foro Othroniẽses, Halydiẽ
ses seu Hippini, Xystiani, Hydißenses, Apolloniatæ,
Trapezopolitæ, Aphrodiẽses liberi. Præter hæc Coscinus, Harpasa apposita fluuio Harpaso, quo &
Tralliconcũ fuit alluebatur. Lydia autẽ perfusa flexuosi amnis Mæandri recursibus, sup Ioniã ꝓcedit,
Phrygiæ ab exortu solis uicinã, ad septentrionẽ Mysiæ, meridiana pte Cariã amplectens, Mæonia antẽ
appellata. Celebratur maxime Sardibus in latere

Tmoli

*Tmoli montis, qui antè Timolus appellabatur, uitibus cõsitus, ex quo ꝓfluente Pactolo eodemq́; Chrysorrhoa ac fõte Tarnæ: à Mæonijs ciuitas ipsa Hyde uocitata est, clara stagno Gygeo. Sardiana appellatur nunc ea iurisdictio. Conueniũtq́; in eã extra prædictos Macedones, Cadueni, Loreni, Philadelpheni, & ipsi in radice Tmoli Cogamo flumini appositi Mœonij, Tripolitani. Idẽ & Antoniopolitæ Mæandro alluũtur: Apolloniheritæ, Mysotmolitæ, et alij ignobiles. Ionia ab Iasio sinu incipiẽs: numeroso ambitu littorũ flectitur. In eam primus sinus basilicus, Possideũ ꝓmontoriũ & oppidũ, oraculũ Brancidarum appellatum, nunc Didymæi Apollinis, à littore stad. XX. M. Et inde. CLXXX. M. Miletus Ioniæ caput, Lelegeis antè & Pityusa & Anactoria nominata, super. LXXX. urbiũ per cuncta maria genitrix: nec fraudanda ciue Cadmo, q primus ꝓsaicã orationẽ cõdere instituit. Amnis Mæander ortus est lacu in mõte Aulocrene, plurimisq́; affusus oppidis, et repletus fluminibus, crebris ita sinuosus flexibus, ut sæpe credatur reuerti. Apamenã primũ puagatur regiõem, mox Eumeneticã, ac dein Bargylieticos cãpos, postremo Cariã placidus, oẽsq́; eos agros fertilissimo rigans limo, ad decimũ à Mileto stadiũ lenis illabitur mari. Inde mõs Latmius. Oppida Heraclea, montis eius cognominis Cariæ, Myus quod primo condidisse Iones narrantur, Athenis ꝓfecti,*

Naulocũ

Naulocū Prienna. In ora quæ Trogilia appellatur, Gessus amnis. Regio omnibus Ionibus sacra, et ideo Panionia appellata. Iuxtà fugitiuis conditum(uti nomen indicio est)Phygela fuit et Marathesium oppidum. Supra hæc Magnesia Mæandri cognomine insignis, à Theßalica Magnesia orta. Abest ab Epheso. XV. M. pass. Trallibus eò amplius. CCC. antea Theßaloce et Androlitia nominata, et littori apposita. Derasidas insulas secū abstulit mari, intus & Tyana alluitur, et Lyco Pelopea, aliquādo et Euhippia cognoīata. In ora aūt Manteum, Ephesus Amazonū opus, multis antè expetita noībus: Alopes cū pugnatum apud Troiam est, mox Ortygia & Morges uocata est, & Smyrna cognoīe Trachea, & Samornion, & Ptelea. Attollitur monte Pione. Alluitur Caystro in Cylbianis iugis orto, multosq; amnes deferente, et stagnum Pegaseū, quod Phyrites amnis expellit. Ab his multitudo limi est, qua terras propagat, medijsq; iam campis Syrien insulam adiecit. Fons in urbe Callippia, templum Dianæ cōplexa. E diuersis regionibus duo Selinontes. Ab Epheso Manteum aliud Colophoniorum, & intus ipsa Colophon, Haleso affluente. Inde Apollinis Clarij phanum, Lebedos fuit et Notium oppidū. Promōtorium Corycæon, mōs Mimas. CCL. M. p. excurrens, atq; in continētibus campis residens. Quo in loco magnus Alexander intercidi planiciē eam iußerat. VII. M. D. p. longitudine, ut

*dine, ut duos sinus fugeret, Erythræasq; cũ Miman te circumfunderet. Iuxta eos fuere oppida Pteleon, Helos, Dorion, nunc est Aleon fluuius, Cyrenæon Mi mantis pmõtorium, Clazomene, Parthenie, et Hip pi, Chytophoria appellatæ cũ insulæ essent. Alexan der idẽ p duo stadia cõtinenti adnexuit. Interiere in tus Daphnûs et Hermesia, et Sipylũ, qđ antè Tãtalis uocabatur, caput Mæoniæ, ubi nunc est stagnũ Sale, ob id et Archæopolis substituta Sipylo: & tamẽ illi Colpe, et huic Lebade regredientibus, inde abest. XII. M. p. ab Amazone cõdita, restituta ab Alexandro. In ora Smyrna, amne Melete gaudẽs non pcul orto. Mõtes Asiæ nobilissimi ĩ hoc tractu ferè expli cant se, Mastusia à tergo Smyrnæ, et Thermetis Olympi radicibus iũctus. Is ĩ Dracone desinit, Draco ĩ Tmolo, Tmolus in Cadmo, ille in Tauro. A Smyrna Hermus amnis campos facit, et nõi suo adoptat. Ori tur iuxta Dorylaũ Phrygiæ ciuitatẽ, multosq; colli git fluuios, ĩter quos Phrygẽ: q noĩe gẽti dato, à Caria eã disterminat, Hyllũ et Cryõ: et ipsos Phrygiæ, Mysiæ, Lydiæ amnibus repletos. Fuit in ora eius op pidũ Temnos, nunc in extremo sinu Smyrnæ Chesεopolis promontorium. Leuce dein oppidum, quod in sula fuit, finisq; Ioniæ. Smyrneum cõuentum magna pars Aeoliæ quæ mox dicetur, frequentat: prætereq; Macedones Hyrcani cognominati, & Magnetes à Sipylo. Ephesum uero alterum lumen Asiæ, remo-*

Corinæum.

tiores conueniunt Cæsarienses, metropolitæ, Cylbiani, inferiores & superiores Mysomacedones, Mastaurenses, Brullitæ, Hypæpeni, Dishieritæ.

Aeolis, Troas, Pergamus. Ca. .XXX.

AEolis ꝓxima est, quõdam Mysia appellata, & quæ Hellesponto adiacet Troas. Ab ea Phocæa, Ascanius portus, dein fuerat Larissa et Cyme, Myrrhine, quæ Sebastiopolim se uocat, et intus Aegæ, Attalia, post Adæ, Neon tichos, Temnos. In ora aũt Titanus amnis & ciuitas ab eo cognominata. Fuit & Grynia, nunc tantũ portus soli insula ap prehensa. Oppidũ Elæa, & ex Mysia ueniens Caicus amnis. Oppida Pitane, Canaius amnis. Intercidêre Cane, Lysimachia, Atarneà, Carene, Cisthene, Cilla, Cocylũ, Thebæ, Astyre, Chrysa, Palæscepsis, Gergitos, Neandros, nunc est Perperenne ciuitas, Heracleotes tractus, Coryphas oppidũ, amnis Gryliosolius. Regio Aphrodisias, quæ ante Politiceorgas. Regio Scepsis. Flumen Euenũ, cuius in ripis intercidêre Lyrnesos et Miletos. In hoc tractu Ida mons. Et in ora quæ sinũ cognoĩauit, & conuentum Adramyteos, olim Pedasus dicta. Flumina Astron, Cormalos, Eryanos, Alabastros, Hieros ex Ida. Intus mons Gargara eodẽq; noĩe oppidũ. Rursus in littore Antandros, Edonis prius uocata, deinde Cimmeris & Aßos, eadẽ Apollonia. Fuit & Palamedium oppidũ. Promontoriũ Lecton disterminans Aeolida & Troada.

& Troada. Fuit & Polymedia ciuitas, & Cryssa, & Larissa alia. Sminthæũ templũ durat. Intus Colone itercidit, deportata Adramytteũ negocia, Apolloniatæ à Rhyndaco amne, Eressij, Miletopolitæ, Pemanetij, Macedões, Aschilacæ, Polychnæi, Pionitæ, Cilices, Mandagandeni, in Mysia Abrettini, et Hellespõtij appellati, & alij ignobiles. Troadis primus locus Amaxitus, dein Cebrenia: ipsaq; Troas Antigonia dicta, nunc Alexãdria colonia Ro. Oppidum Nee. Scamander amnis nauigabilis, & in promõtorio quondã Sigæum oppidum. Dein portus Achæorum, in quem influxit Xãthus Simoënti iunctus, stagnumq; prius faciẽs Palæscamander. Cæteri Homero celebrati, Rhesus, Heptaporus, Caresus, Rhodius uestigia non habent. Granicus diuerso tractu in Propontida fluit. Est tamen & nunc Scamãdria ciuitas parua, ac. M.D. pas. remotum à portu Ilium immune, unde oĩs rerum claritas. Extra sinum sunt Rhetea littora, Rheteo & Dardanio & Arisbe oppidis habitata. Fuit & Achilleon, oppidum iuxta tumulum Achillis conditum à Mitylenæis, & mox Atheniensibus, ubi classis eius steterat. In Sigæo fuit & Aeantion à Rhodijs conditum, in altero cornu Aiace ibi sepulto. XXX. stad. ĩteruallo à Sigæo, et ipso in statione classis suæ. Supra Aeolida & partẽ Troadis in mediterraneo est, quæ uocatur Teutrania, quam Mysij antiqtus tenuere. Ibi Caicus amnis iam dictus

Hoc à Pli. dictum haud dubie accipiẽdũ est, ob diuinã Hom. poesim. Quippe q, ab Ilij decennali obsidiõe, pariter & eius excidio, totius suæ poẽseos ar-

q

dictus oritur. Gens ampla per se, etiam cum totum Mysia appellaretur. In ea Pioniæ, Andera, Dale, Stabulũ, Conisium, Tegium, Balcea, Tiare, Teutranie, Sarnaca, Haliserne, Lycide, Partheniũ, Thymbre, Oxiopum, Lygdanum, Apollonia, longeq́; clarißimum Asiæ Pergamum, quod intermeat Silenus, præfluit Cetius profusus Pindaso monte. Abest haud procul Elæa, quã in littore diximus. Pergamena uocatur eius tractus iurisdictio. Ad eã conueniũt Thyatireni, Mygdones, Moßini, Bregmenteni, Hierocomitæ, Perpeni, Tyareni, *Iropoliẽses, Harmatapolitæ, Attalenses, Pantaënses, Apollodonienses, aliæq́; inhonoræ ciuitates. A Rheteo Dardanium oppidum paruum abest stad. LXX. M. Inde. XVIII. M. promontoriũ Trapezæ. Vnde primum concitat se Hellespontus. Ex Asia interisse gentes tradit Eratosthenes Solymorum, Lelegum, Bebricum, Colycantiorum, Trepsedorum. Isidorus Arimos, & Capretas, ubi sit Apamia condita à Seleuco rege inter Ciliciam, Cappadociã, Cataoniã, Armeniã. Et quoniã ferocißimas gentes domuisset, initio Dameã uocatam.

gumentum de sumpserit Ho. ac pinde alijs propè omĩbus post se, poëtis scribendis poëmatibus cã pũ apuerit, ut amplißimũ ita huberrimũ. Vnde nec immerito ipsum Plin. nunc literarũ principẽ, nunc ingeniorũ fontem, nunc doctrinarũ et antiqtatis parentem appellat.

*Hydropoliẽses.

Insulæ ante Asiam, Pamphylium mare, Rhodus, Samus, Chius. Ca. .XXXI.

INsularũ ante Asiam prima est in Canopico ostio Nili, à Canopo Menelai gubernatore (ut ferunt) dicta. Altera iuncta ponte Alexandriæ colonia Cæsaris dictatoris Pharus, quondã diei nauigatione distans ab

stans ab Aegypto, nũc è turri nocturnis ignibus cursum nauium regens. Nanq; fallacibus uadis Alexandria tribus oĩno aditur alueis maris, Tegamo, Possidonio, Tauro. In Phœnicco deinde mari est ante Ioppe Paria, tota oppidũ: in qua obiectã beluæ Andromedam ferunt, & iam dicta Arados, inter quam & continentẽ. L. cubita alto mari (ut autor est Mutianus) è fonte dulcis aqua tubo corijs facto, usq; ad uadũ trahitur. Pamphyliũ mare ignobiles insulas habet. Cilicium ex. V. maximis Cyprum, ad ortũ occasumq; Ciliciæ ac Syriæ obiectam, quondam. IX. regnorum sedem. Huius circuitũ Timosthenes. CCCCXXIX. M. D. ꝓdidit, Isidorus. CCLXXV. M. Longitudinem inter duo promontoria, Dinaretũ et Acamanta, qđ est ad occasum, Artemidorus. CLXII. D: Timosthenes. CC. uocatam antea Acamantida, Philonides Cerastin, Xenagoras & Aspeliã, & Amatusiam, & Macariã, Astymonus Crypton & coloniã. Oppida in ea. XV. Paphos, Palæpaphos, Curias, Citium, Corinæũ, Salamina, Amathûs, Lapethos, Solœ, Tamaseus, Epidarũ, Chytri, Arsinoë, Carpasiũ, Golgœ. Fuere et ibi Cinyria, Mariũ, Idalium. Abest ab Anemurio Ciliciæ. L. pass. Mare qđ prætenditur, uocant Aulona Ciliciũ. In eodem situ Elæusa insula est, & IIII. ante promontoria. Ex aduerso Syriæ Clides, rursusq; ab altero capite Stiria. Cõtra Neamphaphũ Hierocepia. Cõtra Salamina Colinĩam.

Salaminæ. In Lycio aũt mari Illyris, Telandros, At telebußa, Cypriæ tres ſteriles, et Dionyſia prius Caretha dicta. Deinde contra Tauri pmontorium peſtiferæ nauigãtibus Chelidoniæ, totidẽ ab ijs cũ oppido Leucola, Pactyæ, Eliſia, Nymphalis, Mœris, Megiſta cuius ciuitas interijt. Multæ deinde ignobiles. Sed cõtra Chimæram Dolichiſte, Chirogylium, Chrambuſſa, Rhoge, Enagora. VIII. M. paſſ. Dædaleon duæ, Crieon tres, Strongyle, & cõtra Sidyma, Antiochia, Glaucumq́; uerſus amnẽ Leguſa, Macris, Didymæ, Helbo, Copæ, Aſpis, et in qua oppidũ ĩterijt Celãdia, proximaq́; Cynorrhoduſſa. Sed pulcherrima & libera Rhodos, circuitu. CXXX. M. paſſ. aut ſi potius Iſidoro credimus. CIII. habitata urbibus Lindo, Camiro, Ialyſo nunc Rhodo. Diſtat ab Alexandria Aegypti. DLXXVIII. M. ut Iſidorus tradit: ut Eratoſthenes. CCCCLXIX. M: ut Mutianus. D. à Cypro. CLXVI. Vocitata eſt antea Ophiuſa, Aſteria, Aethræa, Trinacria, Corymbia, Pœcſſa, Atabyria ab rege. Deinde Macria, et Oloeſſa. Rhodiorũ inſulæ, Carpathus quæ mari nomen dedit: Caſos, ac duæ Calymnæ, *Syros diſtans ab Gnido. XII. M. D. Porphyris antea dicta. Et eodẽ tractu media inter Rhodũ Gnidumq́; Syme. Cingitur XXXVII. M. D. Portus benigne præbet octo. Præter has citra Rhodum Cyclops, Tergamon, Cordyluſa, Diabetæ. IIII. *Hymos, Calce cũ oppido Seutluſa,

*Scyros.

*Amos.

tlusa, Narthecusa, Dymastos, Progne: et à Gnido, Ciscrusa, Therion, Archia, Calydnæ: cum tribus oppidis, Nououistiro, Mēdetero, & Marconeso: oppidū Ceramus. In Cariæ ora quæ uocantur Argiæ, numero. XX. Ethecusa, Lepsia, Leros. Nobilissima uero in eo sinu Cos, ab Halicarnasso. XV. pass. distans, circuitu. M. ut plures existimant Meropis uocata, Cos ut Staphylus, Meropis ut Dionysius, dein Nymphea. Mons ibi Prion, & Nisyros. Abruptā illi putant, quæ Porphyris antea dicta est. Hinc Cariādra cum oppido. Nec ꝓcul ab Halicarnasso Pidosus. In Ceramico aūt sinu Priaponnesos, Hipponnesos, Psyra, Mya, Lampsemādus, Passāla, Crusa, Pyrrhe, Sepiussa, Melano: paulumq; à continēte distās, quæ uocata est Cinædopolis, probrosis ibi relictis à rege Alexandro. Ioniæ ora Aegæas et Corseas habet, & Icaron de qua dictum est: Laden quæ prius Late uocabatur: atq; inter ignobiles aliquot, duas Camelidas Mileto uicinas: Mycalen, Trogilias, Trepsylion, Argennon, Scandalion, Samon liberā, circuitu LXXXVII. M. p: aut ut Isidorus. C. Partheniam primū appellatā, ut Aristoteles tradit, postea Dryusan, dein Anthemusam: Aristocritus adijcit Melāphyllū, dein Cyparissiam. Ab Parthenio Arusam, Stephanen. Amnes in ea Imbrasus, Chesius, Ibettes. Fontes Eucarto, Leucothea. Mons Cercetius. Adiacent insulæ, Rhypara, Nymphea, Achillea: par claritate

ritate ab ea distat. XCIII. M. pass. cum oppido Chios libera, quam Italiam Ephorus prisco noīe appellat: Metrodorus & Cleobulus Chiā, à Chione nympha: aliqui à niue. Et Macrin & Pityusam. Mōtem habet Pellenæum. Marmor Chium, circuitu. CXXV. M. p. colligit, ut ueteres tradidere. Isidorus. IX. M. adijcit. Posita est inter Samū & Lesbum, ex aduerso maxime Erythræarū. Finitimæ sunt Thallusa, quam alij Daphnusam scribunt. Oenussæ, Laphites, Eurianassa, Arginusa cum oppido. Iam hæ circa Ephesum, & quæ Pisistrati uocantur Anthinæ, Myonnesos, Clareusa. In utraq; oppida intercidêre. Poroselene cum oppido Cerciæ, Halone, Commone, Illetia, Lepria, & Rhesperia. Procuse, Bolbulæ, Phæate, Priapos, Syce, Melane, Aenare, Sidusa, Pela, Drymusa, Anhydros, Stopelos, Sicusa, Marathusa, Psile, Perirheusa, multæq; ignobiles. Clara uero in alto Teos cū oppido Achio. LXXI. M. p. Tantundē ab Erythræis. Iuxta Smyrneam sunt Peristerides, Cateria, Alopece, Eleusa, Bachina, Pystira, Crōmyonnesos, Megale. Ante Troada Ascaniæ, Plateæ. III Dein Lamiæ, Plitaniæ. II. Plateæ, Scopelos, Getone, Artheidon, Celæ, Lagusæ, Didymæ. Clarißimæ autem Lesbos, à Chio. LXV. M. pass. Hermete, & Lasia, Pelasgia, Aegira, Aethiopiæ Macaria appellata fuit. IX. oppidis inclyta. Ex ijs Pyrrha hausta est mari, Arisbe terrarum motu subuersa. Antyssam

Methy-

Methymna traxit ĩ seipsam. VIII. urbibus Asiæ. XXXVII. M. p. uicina. Et Agamede obijt et Hiera. Restant Ereson, Pyrrha, & libera Mitylene, amnibus. L. potẽs. Tota insula circuitur, ut Isidorus. LXVII. M. p: ut ueteres. CXCV. M. Montes habet Lepethymũ, Ordymum, Macistum, Creonẽ, Olympũ. A ꝓxima continẽte abest. VII. M. D. p. insulæ appositæ Scãdalion, Leuce. V. Ex ijs Cydonea cum fonte calido. Argenussæ. IIII. p. distant. Dein Phelusa, Pedna. Extra Hellespontũ aduersa Sigæo littori adiacet Tenedus, Leucophrys dicta, et Phœnice, et Lyrnessos. Abẽ à Lesbo. LVI. M. p: à Sigæo. XII. M. D.

Hellespontus, Mysia, Phrygia, Galatia, Nicæa, Bithynia, Bosphorus. Ca. .XXXII.

IMpetum deinde sumit Hellespontus, & mare incumbit, uorticibus limitẽ fodiens, donec Asiã abrumpat Europæ. Promontoriũ id, quod appellauimus Trapezam, ab eo. X. M. pas. ad Abydum oppidum, ubi angustiæ septẽ stadiorum. Deinde Percote oppidũ, & Lampsacũ, antea Pityusa dictũ. Parium colonia, quã Homerus * Adrastiã appellauit. Oppidũ Priapos, amnis * Aesepus, Zelia, Propõtis, ita appellatur ubi se dilatat mare. Flumen Granicũ, Artace portus, ubi oppidũ fuit: Vltrà insula, quam continenti iunxit Alexander, in qua oppidũ Milesiorũ Cyzicũ, antea uocitatũ Arctonnesos, et Dolionis et Dindymis, cuius à uertice mõs Dindymis. Mox op-

* Ili. 2, οἱ δ' ἀδρήστειαν τ' εἶχον. Et paulo post de Halizonibus: ἀνὰ τὰς ἁλιζώνων. Hos sic dictos uolũt Homeri expositores, & præter hos Hesychius, Sui. & autor mag. Ety. ἀπὸ τοῦ τῇ θαλάσσῃ διαζώννυσθαι hoc est, quod marigens illa præcincta sit, quemadmodum & Pli. hic nũc interpretatur.

* Apæsus Stra.

pida Placia, Ariacos, Scylace, quorũ à tergo mons Olympus, Mysus dictus: ciuitas Olympena. Amnes Horisius, & Rhyndacus, antè Lycus uocatus. Oritur in stagno Artynia iuxta Miletopolim, recipit Maceston et plerosq; alios, Asiã Bithyniamq; disterminans. Et appellata est Cronia, dein Theßalis, deinde Maliande et Strymonis. Hos Homerus Halizonas dixit, quando præcingitur gens mari. Vrbs fuit immensa Attusa nõie, nunc sunt. XV. ciuitates, inter quas Gordiu come, quæ Iuliopolis uocatur, et in ora Dascylos. Deinde flumen Gebes, et intus * Lelgas oppidum, quæ Germanicopolis, alio nõie Booscœte, sicut Apamia quæ nũc Myrlea. Colophoniorum flumen Ethelecanticus Troadis finis, & Mysiæ initiũ. Postea finis in quo flumen Ascaniũ, oppidum Bryllion, amnes Hylas, & Cios cum oppido eiusdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiæ, à Milesijs quidem conditum, in loco tamen qui Ascaniæ Phrygiæ uocabatur. Quapropter non alibi aptius de ea dicitur. Phrygia Troadi supiecta, populisq; à promontorio Lecto ad flumen Celeum prædictis, septentrionali sui parte Galatiæ cõtermina, meridiana Lycaoniæ, Pisidiæ, Mygdoniæ, ab oriente Cappadociã attingit. Oppida ibi celeberrima præter iam dicta, Ancyra, Andria, Celene, Colosse, Carina, Cotyaion, Cerane, Iconiũ, Mydaion. Sunt autores transisse ex Europa Mysos, & Phrygos, & Thynos,

* Elgas

Thynos, à qbus appellantur Mysi, Phryges, & Bithyni. Dicendũ simul uidetur & de Galatia, quæ su pposita, agros maiori ex parte Phrygiæ tenet: caputq; quondã eius Gordium. Qui partẽ eam insedere, Gallorũ Tolistobogi, & Voturi, & Ambiani uocãtur: q Mæoniæ et Paphlagoniæ regionẽ, Trogmi. Prætenditur Cappadocia à septentrione & solis ortu, cuius uberrimã partẽ occupauere Tectosages, & Teutobodiaci. Et gentes quidem hæ. Populi uero ac tetrarchiæ omnes numero. CXCV. Oppida, Tectosagum Ancyra, Trogmorũ Tauium, Tolistobogorũ Peßinus. Præter hos, celebres Attalenses, Arasenses, Didyenses, Hieronenses, Lysirenæ, Neapolitani, Oeandenses, Seleucenses, Sebasteni, Timoniacenses, Tarbaseni. Attingit Galatia et Pamphyliæ Carbaliã, & Milyas, qui circa Barin sunt, & Cyllanticum & Orõdicum Pisidiæ tractũ. Item Lycaoniæ partẽ Obigenem. Flumina sunt in ea præter iam dicta, Sangariũ & Gallus, à quo nomen traxere matris deũm sacerdotes. Nunc reliqua in ora à Cio intus in Bithynia Prusa, ab Annibale sub Olympo condita. Inde Nicæa. XXV. M. p. interueniente Ascanio lacu. Deinde Nicæa in ultimo Ascanio sinu, quæ prius Olbia: et Prusa. Itẽ altera sub Hippo mõte. Fuere Pythopolis, Parthenopolis, Coryphanta. Sunt in ora amnes, Eluis, Bryazon, Plataneus, Arcus, Siros, Gendos, qui & Chrysorrhoas. Promontoriũ in quo Me-

*quo Megarice oppidum fuit. Inde Craspedites sinus uocabatur, quoniã id oppidũ uelut in lacinia erat. Fuit & Astacũ, unde & ex eo Astacenus idẽ sinus. Fuit & Libyssa oppidũ, ubi nunc Annibalis tantum tumulus, et in intimo sinu Nicomedia Bithyniæ præclara. Leucadas promontoriũ, quo includitur Astacenus sinus, à Nicomedia. XLII. M.D. pas. Rursus coẽũtibus terris angustiæ ptinentes, usq; ad Bosphorum Thracium. In ijs Chalcedon libera, à Nicomedia. LXXII. D, Procerastis antè dicta, dein Compusa. Postea cæcorũ oppidum, q locum eligere nescissent, VII. stad. distans à Byzantio, tanto feliciore oĩbus modis sede. De cætero intus in Bithynia colonia Apamena, Agrippẽses, Iuliopolitæ, Bithynion. Flumina, Syrium, Lapsias, Pharmicas, Alces, Crynis, Lyleus, Scopius, Hiera, qui Bithyniã & Galatiã disterminat: ultrà Chalcedona, deinde Chrysopolis fuit. Deinde Nicopolis, à qua nomẽ etiamnum sinus retinet. In quo portus Azari. Deinde Naulocium promõtorium, Estiæ templũ Neptuni. Bosphorus. D. p. interuallo, Asiam Europæ iterum auferens, abest à Chalcedone. XII. M.D. pas. Inde fauces primæ. VIII. M. CCL. p. ubi Phinopolis oppidum fuit. Tenent oram omnem Thyni, interiora Bithyni. Finis Asiæ est, populorumq;. CCLXXXII. M. qui ad eum locum à fine Lyciæ numerãtur. Spatiũ Hellesponti & Propõtidis ad Bosphorũ Thraciũ. CLXXXVIII,*

M.p.diximus. A Chalcedone Sigæum Isidorus. CC CLXII .M.D.pas. Insulæ Propontidis ante Cyzicum Elaphonesus, unde Cyzicenum marmor. Eadē Neuris, & Præconnesus dicta. Sequuntur Ophiusa, Acāthus, Phœbe, Scopelos, Porphyrione, Halone cū oppido. Delphacia, Polydora, Artacæō cū oppido. Est & contra Nicomediam Demonnesos. Item ultra Heracleam aduersa Bithyniæ Thynnias, quam barbari Bithyniam uocāt. Est & Antiochiæ, & contra fauces Rhyndaci Besbicos. XVIII. M. passuum circuitu. Est & Elæa, & duæ Rhodiussæ, Erebynthus, Megale, Chalcitis, Pityodes.

## C. PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER SEXTVS.

### PRAEFATIO.



Ontus Euxinus antea ab inhospitali feritate Axenos appellatus est, peculiari inuidia naturæ, sine ullo fine indulgentis auiditati maris. Et ipse in Europam Asiamq; funditur. Nō fuerat satis oceano ambisse terras, et partē earum aucta immanita-

Hactenus inatte abstinu nitate lectū ē.

te abstulisse, non irrupisse fractis montibus, Calpeq; Africæ auulsa multo maiora absorbuisse q̃ reliquerit spatia, non per Hellespontum Propontida infudisse, iterũ terris deuoratis. A Bosphoro quoq; in aliam uastitatem panditur nulla satietate, donec tot expatiati lacus à Mæoti rapinã sibi iungant. Inuitis hoc accidiße terris indicio sunt tot angustiæ, atq; tã parua naturæ repugnãtis interualla ad Hellespõtum, octingentorum. LXXV. passuũ. ad Bosphoros duos, uel bubus meabili transitu. Vnde nomẽ ambobus, & tanq̃ in dissociatione germanitas concors. Alitũ quippe cantus canumq́; latratus inuicẽ audiuntur. Vocis etiã humanæ cõmercia inter duos orbes, manente colloquio, nisi cũ idipsum auferunt uenti. Mensurã Ponti à Bosphoro ad Mæotiũ lacũ quidam fecere. XIIII. XXXVIII. M. L. p. Eratosthenes. C. minorẽ. Agrippa à Chalcedone ad Phasin. X. M. Inde Bosphorum Cimmericũ. CCCLX. M. Nos interuallo generatim ponimus cõperta in nostro æuo, quando etiã in ipso ore Cimmerio pugnatũ est. Ergo à faucibus Bosphori est amnis Rhebas, quẽ aliqui Rhœsum dixerunt. Deinde Psillis, portus Calpas, Sangarius fluuius ex inclytis. Oritur in Phrygia, accipit uastos amnes, inter quos Tembrogiũ & Gallum. Et idem Sangarius à plerisq; dictus Coralius, à quo incipiunt Maryandini sinus, oppidumq́; Heraclea Lyco flumini appositũ. Abest à Ponti ore

miliarijs

miliarijs ducentis: Portus Acone, ueneno aconito dirus. Specus Acherusia. Flumina Pedopiles, Callichorum, Sonautes. Oppidum Tium, ab Heraclea XXXVIII. M. paß. Fluuius Bilæus.

Gens Paphlagonum & Cappadocum.

Caput .II.

VLtra quẽ gens est Paphlagonia, quam Pylæmeniã aliqui dixerunt, inclusam à tergo Galatia. Oppidũ Mastya Milesiorũ, deinde Cromna. Quo loco Henetos adijcit Nepos Cornelius, à qbus in Italia ortus cognõies eorũ Venetos credi postulat. Sesamũ oppidũ, quód nunc Amastris. Mons Cytorus, à Tio. LXIII. M. p. Oppida Cimolis, Stephane, amnis Parthenius. Promontoriũ Carambis uado so excursu, abest à Ponti ostio. CCCXV. M. p. uel ut alijs placuit. CCCL. M. Tantundem à Cimmerio, aut ut aliqui maluere. CCCXII. M. D. Fuit & oppidum eodẽ nõie, & aliud inde Armine, nunc est colonia, Sinope. Pteria à Cytoro. CLXIIII. Flumen Varetum. Gens Cappadocũ. Oppidũ Gaziura & Gazælũ. Amnis Halys, è radicibus Tauri per Cataoniam Cappadociamq; decurrens. Oppida Gangre, Carissa: inde Amysum liberũ, à Sinope. CXXX. M. paß. Eiusdẽq; nõis sinus tanti recessus, ut Asiam pene insulã faciant. CC. M. paſ. aut amplius per continentẽ ad Issicũ Ciliciæ sinũ. Quo in omni tractu proditur, tres tantum gentes Græcas iure dici,

Doricam, Ionicam, Aeolicam, cæteras Barbarorũ esse. Amyso iunctum fuit oppidum Eupatoria, à Mithridate conditum. Victo eo, Pompeiopolis utrunque appellatum est.

Cappadocia. Caput .III.

CAppadocia intus habet coloniã Claudij Cæsaris Archelaidã, quã præfluit Halys. Oppida Comana quod Sarus, Neocæsaream quod Lycus, Amasiã quod Iris, in regione Gazacena. In Colopena uero Sebastiam & Sebastopolin. Hæc parua, sed paria supradictis. Reliqua sui parte habet Melitã à Semiramide conditã, haud ꝑcul Euphrate. Diocæsaream, Tyanã, Castabalã, Megalopolin, Zelam. Et sub mõte Argæo Mazacã, quæ nunc Cæsarea nõiatur. Cappadociæ pars prætenta Armeniæ maiori, Melitene uocatur: Comagenæ, Cataonia: Phrygia, Garsauritis: Sargaurasanæ, Cammanene: Galatiæ, Morimeni: ubi disterminat eos Cappadox amnis, à quo nomen traxere, antea Leucosyri dicti. A Neocæsarea supradicta minorẽ Armeniã Lycus amnis disterminat. Est & Ceraunus intus clarus. In ora aũt ab Amyso oppidũ & flumẽ Chadisia, Lycastũ, à quo Themiscyra regio. Iris flumen deferens Lycum. Ciuitas Ziela intus nobilis clade Triarij, & uictoria C. Cæsaris: in ora amnis Thermodoon, ortus ad castellum quod uocãt Phanaroeam, præterq; radices Amazoni montis lapsus. Fuit oppidum eodem no

Siue Themiscyria. Step.

dem nomine, et alia quinq; Phamizonium, Themiscyra, Sortira, Amasia, Comana.

Themiscyræ regionis gẽtes. Ca. .IIII.

NVnc Manteũ Genetarũ, Chalybũ. Oppidũ Cotyorum. Gentes Tibareni, Mossyni notis signantes corpora. Gens Macrocephali, oppidũ Cerasus, portus Cordulæ. Gẽtes Bechires, Buzeri. Flumen Melas. Gens Macrones, Sideni, flumẽ Sidenũ, quo alluitur oppidũ Polemoniũ, ab Amyso. CXX. M. p. Inde flumina Iasoniũ, Melanthiũ, & ab Amyso. LXXX. M. p. Pharnace oppidũ, Tripolis castellum & fluuius. Itẽ Philocalia & sine fluuio Liniopolis, & à Pharnace. CM. p. Trapezus liberũ uasto monte clausum. Vltra quod gens Armenochalybes, & maior Armenia. XXX. M. pass. distans. In ora aũt Trapezunta flumen est Pysites. Vltrà uero gens Sannorũ Heniochorũ. Flumen Absarũ cum castello cognoĩe in faucibus, à Trapezunte. CL. M. p. eius loci à tergo montium Iberia est, in ora uero Heniochi, Ampreute, Lazi. Flumina Campseonysis, Nogrus, Bathis. Gentes Colchorũ. Oppidũ Matiũ, flumen Heracleũ, & ꝓmontoriũ eodẽ nomine. Clarissimusq; Ponti Phasis oritu in Moschis. Nauigatur quãlibet magnis nauigijs. XXXVIII. M. D. p. Inde minoribus longo spatio pontibus. CXX. perui us. Oppida in ripis habuit cõplura celeberrima, Tyritacæum, Cygnũ, & in faucibus Phasin. Maxime

autem

aũt inclaruit ea. XV. M. p. à mari, ubi Hippos & Cyanos uasti amnes è diuerso in eũ confluunt. Nunc habet Suriũ tantũ, & ipsum ab amne influente ibi cognominatũ, usquequo magnarũ nauiũ capacẽ esse diximus. Et alios accipit fluuios, magnitudĩe numeroq; mirabiles. Inter quos Glaucũ, in ora eius insulæ sine noĩe. Abest Absaro. LXXV. M. Inde aliud flumẽ Charien. Gens Salaæ, antiquis Phthirophagi dicti et Suani. Flumen Cobũ è Caucaso per Suanos fluens. Dein Rhoas. Regio Ecrectice. Amnes Sigania, Tersos, Atelpos, Chrysorrhoas, gens Absilæ, castellũ Sebastopolis. A Phaside. C. M. pass. gens Sannigarũ, oppidũ Cygnus, flumen et oppidũ *Pityus. Deinde multis nominibus Heniochorum gentes.

*Penius.

Regio Colchica, Achæi, et cæteri eodem tractu. Caput .V.

SVbiicitur Ponti regio Colchica, in qua iuga Caucasi ad Rhiphæos montes torquẽtur, ut dictum est, altero latere iu Euxinũ & Mæotin deuexa, altero in Caspiũ & Hyrcanium mare. Reliqua littora feræ nationes tenent Melanchlæni, Coraxi urbe Colchorũ Dioscuriade iuxta fluuiũ Antemunta, nunc deserta: quondã adeo clara, ut Timosthenes in eam. CCC. nationes, quæ dissimilibus linguis uterentur, descẽdere pdiderit. Et postea à nostris. CXXX. interpretibus negocia ibi gesta. Sunt qui cõditam eam ab Amphito & Telchio, Castoris ac Pol-

lucis auri

*lucis aurigis putant, à quibus ortam Heniochorum gentem feram constat. A Dioscuriade oppidum Heracleum, distat à Sabastopoli. LXXX. M. passuū. Achæi, Mardi, Cercetæ, post eos Serri, Cephalontomi. In intimo eo tractu Pityus oppidum opulentissimum, ab Heniochis direptum est. A tergo eius Epageritæ, Sarmatarum populus in Caucasi iugis, post quem Sauromatæ. Ad hos confugerat Mithridates Claudio principe, narrauitq; Thalos ijs esse confines, qui ab oriente Caspij maris fauces attingerent: siccari eas æstu recedente. In ora autē iuxta Cercetas, flumen Icarusa, cū oppido Hiero & flumine, ab Heracleo. CXXXVI. M. Inde promōtorium Cronea, quo supcilium arduū tenēt Toretæ. Ciuitas Sindica, ab Hiero. LXVII. M. p. Flumē Sceaceriges.*

Bosphorus Cimmericus, Mæotis. Ca. VI.

INde ad Bosphori Cimmerij introitum. LXXXVIII. M. D. pass. *Sed ipsius peninsulæ: inter Pontum & Mæotin lacum excurrentis, non amplior.* LXXXVII. M. D. pass. *longitudo est, latitudo nusq̄ intra duo iugera. Eionem uocant. Ora ipsa Bosphori, utrinq; ex Asia atque Europa, curuatur in Mæotin. Oppida, in aditu Bosphori primo Hermonassa, dein Cepoe Milesiorum. Mox Stratoclia, & Phanagoria, & penè desertum Apaturos: ultimoq; in ostio Cimmerium, quod antea * Cerberion uocabatur.* Cimbricum Strabo.

Gentes circa Mæotin. Ca. .VII.

INde Mæotis lacus, in Europa dictus à Cimmerio, accolũt Mæotici, Valli, Serbi, Arrechi, Zingi, Psesij. Dein Tanain amnem, gemino ore influentem, incolunt Iaxamatæ, Medorum (ut ferunt) soboles: Et ipsi in multa genera diuisi. Primo Sauromatæ Gynæcocratumeni, unde Amazonum connubia. Dein Euazæ, Cottæ, Cizimeni, Messeniani, Costobocci, Choatræ, Zigæ, Dandari, Thussagetæ, Turcæ, usq; ad solitudines saxosis conuallibus asperas, ultra quos Arimphæi, qui ad Rhiphæos pertinent montes. Tanain ipsum Scythæ Silyn uocãt, Mæotin Temerinda, quod significat matrem maris. Oppidũ in Tanais quoq; ostio fuit. Tenuere finitima primi Cares, dein Clazomenij & Mæones, postea Panticapenses. Sunt qui circa Mæotin ad Ceraunicos montes altiores has tradunt gentes, à littore Napæas, supraq; Essedonas Colchis iũctos ac montiũ cacuminibus. Dein Carmacas, Oranos, Antacas, Mazacas, Ascantios, Acapeatas, Agagãmatas, Phycaros, Rhimosolos, Ascommarcos. Et ad iuga Caucasi Icatalas, Imaduchos, Ranos, Anclacas, Tydios, Carastascos, Asuciandas. Lagoum amnem ex montibus Catheis, in quẽ defluit Opharus: ubi gẽtes Caucadas, Opharitas. Amnem Menotharum, Imituenis ex mõtibus scissum, inter Agedos, Carnapas, Gardeos, Accisos, Gabros, Gregaros. Circaq; fontem Imitißi, Imituos, & Aparthenos. Alij influxiße eò Suitas, Auchetas, Satar

γυναικοκρατουμένοι sic quẽ dicti ppli, q ab Amazonibus fœminis uictæ sint: id q nõis interpretatio ĩdicat, ut à Guil. Bud. diligenter annotatum est.

Phyceros. Põpo.

*tas, Satarneos, Asampatas. Ab his Tanaitas, & Nepheonitas, uiritim deletos. Aliq flumē Ophariū labi per Cantecos & Sapeos tradunt: Tanain uero transisse Phatareos, Herticeos, Spondolicos, Synhietas, Amassos, Issos, Catacetos, Tagoros, Catonos, Neripos, Agādeos, Mādareos, Saturcheos, Spaleos.* *Ocharium.

*Armeniae duae.* Caput .VIII.

P*Eracta est interior ora, oēsq; accolae: nūc reddātur gētes in mediterraneo sinu, ī quo multo aliter ac ueteres proditurū me nō eo inficias, anxia perqsita cura, rebus nup in eo situ gestis à Domitio Corbulone, regibusq; inde missis supplicibus, aut regum liberis obsidibus. Ordiemur aūt à Cappadocū gente. Longissime haec Ponticarū omnium introrsus recedens, minorem Armeniam maioremq; & Comagenen laeuo suo latere transit: dextra uero omnes in Asia dictas gentes, plurimis supfusa populis, magnoq; impetu scandēs ad ortū solis & Tauri iuga, trāsit Lycaoniā, Pisidiā, Ciliciam. Vadit sup Antiochiae tractū, et usq; ad Cyresticā eius regionē, parte sua quae uocatur Cataonia, cōtendit. Itaq; ibi lōgitudo Asiae. XII.L.M.p. efficit, latitudo. D.CXL.M.* Longitudo undecies cētena quadragītamilia. Martia. Capel.

*Armenia maior.* Caput .IX.

A*Rmenia aūt maior incipit à Pariedris montibus, Euphrate amne, ut dictū est, aufertur Cappadociae: & qua discedit Euphrates, Mesopotamiae, haud minus clara amne Tigri. Vtrunq; fundit*

ipsa, et initiũ Mesopotamiæ facit, inter duos amnes ituræ. Quod interest ibi, tenent Arabes Orei. Sic finem usq; in Adiabenen præfert. Ab ea trãsuersis iugis inclusa, latitudinem in læua pãdit ad Cyrũ amnẽ transuersa in Araxem, longitudinem uero ad minorem usq; Armeniam, Absaro amne in Pontum defluente, & Pariedris montibus (qui fundunt Absarum) discreta ab Illacorijs. Oritur in Heniochijs montibus, quos alij Coraxicos uocauere. Araxes eodẽ mõte quo Euphrates. VI. M. p. ĩteruallo: auctusq; amne Musi, et ipse (ut plures existimauere) à Cyro defertur in Caspiũ mare. Oppida celebrantur in minore, Cæsara, Aza, Nicopolis: in Armenia maiore * Arsamote Euphrati proximũ, Tigri Carcathiocerta, in excelsis aũt Tigranocerta, et in cãpis iuxta Araxẽ Artaxata. Vniuersæ magnitudinẽ Aufidus qnquagies cẽtena M. pdidit. Cl. Cæsar longitudinẽ à Dascusa ad confiniũ Caspij maris. XIII. M. p. latitudinem dimidiũ eius. A Tigranocerta ad Iberiam diuiditur (qđ certum est) in præfecturas, quas ij strategias uocant. Quasdã ex ijs uel singula regna, quondã barbaris nõibus. CXX. Claudũt eam ab oriente montes, sed nõ statim Ceraunij, nec Adiabene regio. Quod interest spatij, Sopheni tenẽt: ab his iuga Ceraunia: ultrà Adiabeni tenent. Per conualles autem proximi Armeniæ sunt Menobardi, & Moschæni. Adiabenen Tigris & montes in. VII. M. pass. cingunt.

Arsamosata. Ptole.

Ab læua

*Ab læua eius regio Medorum est, & prospectus Caspij maris. Ex oceano hoc(ut suo loco dicemus)funditur, totumq; Caucasijs mōtibus cingitur. Horum incolæ per confinium Armeniæ nunc dicentur.*

*Albania, Iberia.* Caput .X.

*PLaniciem omnem à Cyro usq;, Albanorū gens tenet: mox Iberūm, discreta ab ijs amne Alazone, in Cyrū è Caucasijs montibus defluente. Prævalent oppida, Albaniæ Cabalaca, Iberiæ Harmastis iuxta flumen, Neoris: regio Thasiæ, & Triaræ usque ad Partedoros montes. Vltrà sunt Colchicæ solitudines: quarū à latere ad Ceraunios uerso, Armenochalybes habitant, et Moschorum tractus ad Iberum amnem in Cyrum defluentem: & infra eos Sacassani, & deinde Macrones ad flumen Absarum. Sic plana ac deuexa obtinentur. Rursus ab Albaniæ confinio, tota montium fronte, gentes Syluorum feræ, & infrà Lubienorum, mox Diduri & Sodij.*

*Portæ Caucasiæ.* Caput .XI.

*AB ijs sunt portæ Caucasiæ, magno errore à multis Caspiæ dictæ, ingens naturæ opus, et montibus interruptis repēte, ubi fores obditæ ferratis trabibus, subter medias amne Dyriodori fluente, citraq; in rupe castello(quod uocatur Cumania)cōmunito ad arcendas transitu gentes innumeras: ubi loci terrarum orbe portis discluso, ex aduerso maxime Harmastis oppidi Iberūm, à portis Caucasijs p*

mõtes Gordyæos Valli, Suarni indomitæ gẽtes, auri tantũ metalla fodiũt. Ab ijs ad Pontũ usq; Heniochorum plurima genera, mox Achæorũ. Ita se habet terrarũ sinus è clarißimis. Aliqui inter Pontũ et Caspium mare. CCCLXXV. M.p. nõ amplius interesse tradiderunt, Cor. Nepos. CL. M. Tãtis interim angustijs infestatur Asia. Cl. Cæsar à Cimmerio Bosphoro ad Caspium mare. CL. M. prodidit, eáq; perfodere excogitasse Nicanorẽ Seleucum, quo tempore ab Ptolemæo Ceraunio sit interfectus. A portis Caucasijs ad Pontum. CC. M. pass. esse cõstat ferè.

Insulæ in Ponto. Caput .XII.

INsulæ in Ponto Planetæ, siue Cyaneæ, siue Symplegades. Deinde Apollonia Thynias dicta, ut distingueretur ab ea, quæ est in Europa. Distat à continenti paßibus. M. Cingitur tribus. M. Et contra Pharnaceã Chalceritis, quam Græci Ariam dixerunt, sacramq; Marti, & in ea uolucres cum aduenis pugnasse pennarum ictu.

Chalcitis à quibusdam.

Gentes in Scythico oceano. Ca. .XIII.

NVnc omnibus quæ sunt interiora Asiæ dictis, Rhiphæos montes transcendat animus, dextráq; littora oceani incedat. Tribus hic è partibus cæli alluens Asiam, Scythicus à septẽtrione, ab oriẽte Eous, à meridie Indicus uocatur: uarieq; per sinus & incolas in complura nomina diuiditur. Verum Asiæ quoque magna portio apposita septentrioni, iniu-

oni, iniuria sideris rigentis uastas solitudines habet. Ab extremo aquilone ad initium oriētis æstiui Scythæ sunt. Extra eos ultraq; aquilonis initiū Hyperboreos aliqui posuere, pluribus in Europa dictos. Primum inde noscitur promontoriū Celticæ Lytarmis, fluuius Carābucis, ubi laßata cum siderū ui Rhiphæorū montiū deficiunt iuga. Ibiq; Arimphæos quosdā accepimus, haud dißimilē Hypboreis gētem. Sedes illi nemora, alimenta baccæ, capillus iuxtà fœminis utrisq; in probro existimatur, ritus clementis. Itaq; sacros haberi narrant, inuiolatosq; esse etiam feris accolarū populis: nec ipsos modo, sed illos etiam qui ad eos pfugerint. Vltra eos planè iam Scythæ Cimmerij, Cisianthi, Georgi, & Amazonum gens. Hæc usque ad Caspium & Hyrcanium mare. Nanque id erumpit Scythico oceano in aduersa Asiæ, pluribus nōibus accolarū appellatū, celeberrimis duobus Caspio & Hyrcano. Non minus hoc esse q̄ pontū Euxinum Clitarchus putat. Eratosthenes ponit & mensuram ab exortu ad meridiem, per Cadusiæ et Albaniæ orā, qnquies. CCCC. stad. Inde per Aratiaticos, Amarbos, Hyrcanos, ad ostiū Zoni fluminis, quater DCCC. stadia. Ab eo & ostiū Laxatisum. M. XL. Quæ summa efficit quindecies. LXXV. M. p. Artemidorus hinc detrahit. XXV. M. p. Agrippa Caspium mare gentesq; quæ circà sunt, & cū his Armeniam disterminans, ab oriēte oceano Scrico, & ab oc

De his etiam post Pli. Solinus: Baccas edūt, inquit, ac iuxtà uiros ac fœmīas tædet crinium.

cidente Caucasi iugis, à meridie Tauri, à septentrione oceano Scythico, patere quà cognitũ est. CCCC. XC. M. p. in longitudinẽ: CCXC. M. in latitudinẽ ꝓdidit. Non desunt uero, q eius maris uniuersum circuitũ à freto. XXV. M. p. tradũt. Irrumpit aũt arctis faucibus in longitudinẽ spatiosis. At ubi cœpit in latitudinẽ pandi, lunatis obliquatur cornibus: uelut ad Mæotiũ lacũ ab ore discedens, Scythici arcus (ut autor est M. Varro) similitudine. Primus sinus appellatur Scythicus, utrunq; enim accolũt Scythæ, & ꝑ angustias inter se commeãt. Hinc Nomades & Sauromatæ multis nominibus, illinc Abzoæ non paucioribus. Ab introitu dextra, mucronem ipsum faucium tenẽt Vdini, Scytharũ populus: dein per oram Albani (ut ferũt) ab Iasone orti. Ante quos mare quod est, Albanum mominatur. Hæc gens superfusa montibus Caucasijs, ad Cyrũ amnem, Armeniæ confinium atque Iberiæ descendit, ut dictum est. Super maritima eius, Vdinorumq; gente Sarmatæ, Vtidorsi, Aroteres prætẽduntur: quorũ à tergo indicatæ iã Amazones Sauromatides. Flumina ꝑ Albaniã decurrũt in mare, Caßios & Albanos: deinde Cambyses in Caucasijs ortus mõtibus: mox Cyrus in Coraxicis, ut diximus. Oram oẽm à Caucaso præ altis rupibus inaccesso, patere. CCCC. XXV. M. p. autor est Agrippa. A Cyro Caspiũ mare uocari incipit, accolũt Caspij. Corrigẽdus est error in hoc loco multorũ, &

corum

eorum etiam qui in Armenia res proxime cum Corbulone gessere. Nanq; hi Caspias appellauere portas Iberiæ, quas Caucasias diximus uocari: situsq; depicti, et inde missi, hoc nomẽ inscriptũ habent. Et Neronis principis cõminatio, ad Caspias portas tẽdere dicebatur: cũ peteret illas, quæ p Iberiam in Sarmatas tendunt, uix ullo ꝓpter appositos montes aditu. Ad Caspium mare sunt aliæ Caspijs gẽtibus iunctæ: quod dignosci non potest, nisi in comitatu rerũ Alexandri Magni. Nanq; Persarũ regna, quæ nunc Parthorum intelligimus, inter duo maria Persicum & Hyrcanum Caucasijs iugis attolluntur, utrinq; per deuexa laterum, Armeniæ maiori à frontibus parte quæ uergit in Comagenen, Sophenæ (ut diximus) copulatur, eiq; Adiabene Assyriorum initium. Cuius pars est Arbelitis, ubi Darium Alexander debellauit, proxima Syriæ: totam eam Macedones Mygdoniam cognominauerũt à similitudine. Oppida, Alexandria, item Antiochia quam Nisibin uocãt. Abest ab Artaxatis .D.CCL.M.p. Fuit & Ninus imposita Tigri, ad solis occasum spectans, quõdam clarissima. Reliqua uero fronte qua tendit ad Caspium mare, Atropatene, ab Armenia Otene regione discreta Araxe. Oppidum eius Gazæ ab Artaxatis quadringenta quinquaginta .M. passuum. Totidem ab Ecbatanis Medorũ, quorum pars sunt Atropateni.

Media, Caspiæ portæ. Ca. .XIIII.

Ecbatana

Ecbatana caput Mediæ, Seleucus rex condidit: à Seleucia magna. D.CC.L.M.p: à portis uero Caspijs. XX.M. Reliqua Medorum oppida, Phausya, Aganzua, Apamia Rhaphane cognominata. Causa portarũ nomis eadem quæ suprà, interruptis angusto transitu iugis, ita ut uix singula meent plaustra, longitudine. VIII.M. pass. toto opere manufacto. Dextera læuaq; ambustis similes impendẽt scopuli, sitiente tractu p. XXXVIII.M.p. Angustias ĩpedit corriuatus salis à cautibus liquor, atq; eadẽ emissus. Præterea serpentium multitudo, nisi hyeme, transitum non sinit.

Gentes circa Hyrcanũ mare. Ca. XV.

Adiabenis connectuntur Cadurci quondã dicti, nũc Gordiæni, præfluẽte Tigri, Hyspiratitæ Paredoni appellati, qui tenent Caspias portas. Iis à latere occurrunt altero deserta Parthiæ, & Cytheni iuga. Mox eiusdem Parthiæ amœnissimus situs, qui uocatur Choara. Duæ urbes ibi Parthorum, appositæ quondam Medis, Calliope, & alia in rupe Issatis quõdam. Ipsius uero Parthiæ caput Hecatompylos, abest à portis. CXXXIII.M. pass. Ita Parthorũ quoq; regna foribus discluduntur. Egressos portis excipit protinus gens Caspica, ad littora usq;, quæ nomen portis & mari dedit. Læua montosa. Ab ea gente retrorsus ad Cyrum amnẽ ꝑduntur CCXX.M.p. Ab eodẽ amne si subeatur ad portas.

D.CC.M.p. *Hunc enim deinde cardinē Alexandri Magni itinera fecere. Ab ijs portis ad Indiæ principiū, stadia.* XV.D.CLXXX.M. *pcedendo ad* Ba*ctra oppidū, qđ appellant* Zariaspa *milies tria.* M.D.CC.M. *Inde ad* Iaxartem *amnem.* V.M. *pass.*

*Item aliæ gentes.* Caput XVI.

A *Caspijs ad orientē uersus regio est* Zapauortene *dicta, & in ea fertilitatis inclytæ locus* Darieū *mons, gentes* Tapyri, Anariaci, Stauri, Hyrcani, *à quorū littoribus idem mare* Hyrcanium *uocari incipit à flumine* Syderi. *Citra id amnes* Mazeras, Stratos, *omnia ex* Caucaso, *Sequitur regio* Margaine *apricitatis inclytæ, sola in eo tractu uitifera, undiq; inclusa montibus amoenis, ambitu stadiorum mille quingentorum, difficilis aditu ppter harenosas solitudines per.* CXX.M.p. *et ipsa cōtra* Parthiū *tractum sita, in qua* Alexāder Alexandriā *cōdiderat: qua diruta à* Barbaris, Antiochus Seleuci *filius eodē loco restituit* Seleuciā. *Nam interfluente* Margo *qui corriuatur in* Zotale, *is maluerat illam* Antiochiā *appellare.* Vrbis *amplitudo circuitu.* LXX. *stad. In hanc* Orodes, *Romanos* Crassana *clade captos deduxit. Ab huius excelsi p iuga* Caucasi *ptenditur ad* Bactros *usq; gens* Mardorū, *fera, sui iuris. Ab eo tractu gētes* Ochani, Chomari, Berdrigei, Pharmacotrophi, Bomarei, Coāmani, Marucæi, Mardricni, Iatii. *Flumina* * Mandrū, Cridinū. * Mardrum.

Vltraq;

Vltraq; Chorasmij, Gandari, Attasini, Parlcani, Sarangæ, Parrhasini, Maratiani, Nasotiani, Aorsi, Gelæ quos Græci Cadusios appellauere, Matiani. Oppidū Heraclea, ab Alexandro conditū: quod deinde subuersum ac restitutū, Antiochus Achaida appellauit: Derbices, quorum medios fines secat Oxus amnis, ortus in lacu Oxo: Syrmatæ, Oxij, Tagæ, Heniochi, Bateni, Saraparæ, Bactri, quorū oppidū Zariaspe, quod postea Bactrū à flumine appellatū est. Gens hæc obtinet aduersa montis Paropamissi: et ad uersus fontes Indi, includitur flumine Ocho. Vltrà Sogdiani, oppidū Panda, & in ultimis eorū finibus Alexādria, ab Alexādro magno conditū oppidum. Aræ ibi sunt, ab Hercule et Libero patre cōstitutæ, itē Cyro et Semiramide atq; Alexādro. Finis oīum eorū, ductus ab illa pte terrārū includēte flumīe Iaxarte, qđ Scythæ Silyn uocant: Alexāder milites q; eius, Tanain putauere esse. Transcēdit eū amnē Demodamas, Seleuci et Antiochi regū dux, quē maxīe sequimur in ijs, arasq; Apollini Didymæo statuit.

## Scytharum gentes. Caput .XVII.

VLtrà sunt Scytharū populi. Persæ illos Sacas uniuersos appellauere à pxima gente, antiq Arameos. Scythæ ipsi Persas, Chorsaros: et Caucasum montē, Graucasum: hoc est, niue candidū. Multitudo populorū innūera, & quæ cū Parthis ex æquo degat. Celeberrimi eorū Sacæ, Massagetæ, Dahæ, Essedones,

Eſſedões, Ariacæ, Rhymnici, Peſici, Amordi, Hiſti, Edones, Camæ, Camacæ, Euchatæ, Cotieri, Antariani, Pailæ, Arimaſpi. Antea Cacidiri, Aſæi, Octei. Ibi Napæi interiſſe dicuntur, & Apellæi. Nobilia apud eos flumina, Mandragreũ et Caſpaſiũ. Nec in alia parte maiorẽ autorũ inconſtantiã credo, ꝑpter innumeras uagasq; gentes. Hauſtũ ipſius maris dulcem eſſe, et Alex. Magnus ꝓdidit, & M. Varro talem perlatũ Pompeio, iuxtà res gerenti Mithridatico bello, magnitudine haud dubie influentiũ amniũ uicto ſale. Adijcit idẽ, Pompei ductu exploratum, in Bactros. VII. diebus ex India perueniri ad Icarum flumen, quod in Oxũ influat. & ex eo per Caſpiũ in Cyrum ſubiectos. Et quinq; non amplius diebus, terreno itinere ad Phaſin in Pontũ Indicas poſſe deuehi merces. Inſulæ toto eo mari multæ. Vulgata una maxĩe * Tazata: à Caſpio mari Scythicoq; oceano, in eam curſus inflectitur, ad orientẽ conuerſa littorũ frõte. Inhabitabilis eius prima pars, à Scythico ꝓmõtorio, ob niues: ꝓxima ĩculta, ſæuitia gentiũ, Antropophagi Scythæ inſidẽt, humanis corporibus ueſcentes. Ideoq; iuxtà uaſtæ ſolitudines, ferarumq; multitudo, haud diſſimilẽ hoĩm immanitatẽ obſidẽs. Iterũ deinde Scythæ, iterumq; deſerta cum beluis, uſq; ad iugũ incũbens mari, quod uocãt Tabin. Nec ante dimidiã fermè lõgitudinẽ eius oræ, quæ ſpectat æſtiuũ orientẽ, inhabitatur illa regio. Primi ſunt ho

Talga. Pom.

minũ, qui noſcantur, Seres, lanitio ſyluarũ nobiles, perfuſam aqua depectẽtes frondiũ caniciẽ: unde geminus fœminis noſtris labor, redordiendi fila, rurſumq; texendi: Tam multiplici opere, tam lõginquo orbe petitur, ut in publico matrona trãſluceat. Seres mites quidẽ, ſed et ipſis feris perſimiles, cœtum reliquorũ mortaliũ fugiũt, cũ cõmercia expectant Primũ eorũ noſcitur flumen Pſitaras, proximũ Carabi, tertiũ Lanos, à quo ꝓmõtorium, Chryſeſinus, Cyrnaba flumen, Attanos ſinus. Et gens hoĩm Attacorũ, apricis ab omni noxio afflatu ſecluſa collibus, eadẽ qua Hyperborei degũt tẽperie. De ijs priuatim cõdidit uolumen Amometus, ſicut Hecatæus de Hyperboreis. Ab Attacoris gentes Hunni et Tochari, & iam Indorum Caſiri, introrſus ad Scythas uerſi, humanis corporibus ueſcũtur. Nomades quoq; Indiæ uagantur. Sunt qui ab Aquilone cõtingi ab ipſis & Cyconas dixere, et Bryſanos. Sed inde (ut planè cõſentiunt oẽs) Emodi montes aſſurgunt, Indorumq; gens incipit, non eo tantũ mari adiacẽs, uerũ & à meridiano, qđ Indicũ appellauimus: quæq; ꝑs orienti aduerſa recto prætẽditur ſpatio, ad flexũ et initiũ Indici maris. XVIII. LXXV. M. p. colligit. Deinde qua flectitur in meridiẽ. XXIIII. LXXV. M. p. ut Eratoſthenes tradit, uſq; ad Indũ, qui eſt ab occidẽte finis Indiæ. Cõplures aũt, totã ipſius lõgitudinẽ. XL. dierũ noctiũq; uelifico nauiũ curſu deter

minauere

minauere. Et à septētrione ad meridiē. XXVIII. L. M. p. Agrippa lōgitudinis. XXXIII. M. latitudinis. XXIII. M. ꝓdidit. Posidonius ab æstiuo solis ortu ad hybernū exortū metatus est, eam aduersam Galliæ statuēs, quā ab occidēte æstiuo ad occidentē hybernū metebatur totā à fauonio. Itaq; obuersā eius uenti afflatu iuuari Indiā, salubrēq; fieri, haud dubia ratione docuit. Alia illius cœli facies, alij siderū ortus: binæ messes in anno, binæ æstates, media inter illas hyeme etesiarū flatu: nostra uero brumali. Lenes ibi auræ, mare nauigabile, gentes et urbes innumerabiles, si quis oēs persequi uelit. Etenim patefacta est non modo Alexandri Magni armis, regumq; qui ei successere, circūuectis etiam in Hyrcanum mare & Caspium Seleuco & Antiocho, præfectoq; classis eorum Patrocle: uerum & alijs autoribus Græcis, qui cum regibus Indicis morati sunt: sicut Megasthenes, & Dionysius à Philadelpho missus, ex ea causa uires quoq; gentium prodidere. Non tamen deest diligentiæ locus, adeo diuersa et incredibilia tradūtur. Alexandri Magni comites in eo tractu Indiæ quē subegerāt, scripserūt. V. M. oppidorū fuisse, nullū Co minus, gentiū. IX. Indiāq; tertiā partē esse terrarū oīm, multitudinē gentium innumerā, probabili sanè ratione. Indi enim propè gentiū soli, nunq̄ emigrauere finibus suis. Colliguntur à Libero patre ad Alexandrū magnū reges eorū. CLIII.

rũ.CLIII.annis.VI.M.CCCCII:adiiciũt et mẽses tres. Amniũ mira uastitas. Proditur Alex. Magnũ nullo die minus stadia. DC. nauigasse in Indo, nec potuisse ante menses.V. enauigare, adiectis paucis diebus:& tamen minorẽ Gange eße cõstat. Seneca etiã apud nos: Megasthenes tentata Indiæ commentatione. LX. amnes eius ꝑdidit, gẽtes duodeuiginti centũq;. Par labor sit montes enumerare. Iungũtur inter se Imaus, Emodus, Paropamissus, Caucasi partes, à quibus tota decurrit in planiciẽ immensam, et Aegypto similẽ. Verũ ut terrena demonstratio intelligatur, Alexandri magni uestigijs insistamus. Diognetus et Beton iterũ eius mensores, scripsere, à portis Caspijs Hecatompylon Parthorum quot diximus milia esse: inde Alexandriã Arion, quã urbẽ is rex condidit.D.LXV.M. Inde ad Prophthasiam Drangarum.CXCIX.M. Inde ad Arachosiorũ oppidũ. D.XV.M. Inde Orthospanũ.CCL.M. Inde Alexãdri oppidũ.L.M. In quibusdam exẽplaribus diuersi numeri reperiũtur: hanc urbẽ sub ipso Caucaso esse positã. Ab ea ad flumẽ Chepta, & oppidũ Indorum Peucolaitin.CCXXVII.M. Inde ad flumẽ Indum & oppidũ Taxila.LX.M. Ad Hystaspen fluuium clarũ.CXX.M. Ad Hypasin non ignobiliorẽ.LXIX.CCCXC.M. qui fuit Alexandri itinerũ terminus, exuperato tamen amne, arisq; in aduersa ripa dicatis. Epistolæ quoq; regis ipsius consentiunt his.

Reliqua

Reliqua inde Seleuco Nicanori peragrata sunt, ad Hesidrũ .CLXVIII.M. Iomanem amnẽ tantundẽ. Exemplaria aliqua adijciunt.V.M.passuũ.Inde ad Gangem.CXII.M. Ad Rhodapham.CLXIX.M. Alij.CCCXXV.M.in hoc spatio produnt ad Calinipaxa oppidum.CLXVII.D: alij.CCLXV.M. Inde ad confluentem Iomanis amnis,& Gangis.D. CXXV.M.Plerique adijciunt.XIII.M:ad oppidumq; Palibotra.CCCCXXV. Ad ostium Gangis D.CXXXVIII.M.p.Gentes quas memorare non pigeat à montibus Emodis,quorũ promontorium Imaus uocatur, incolarum lingua niuosum significãte,Isari,Cosyri,Izgi,& per iuga Chisiotosagi,multarumq; gentium cognomẽ Bracmanæ, quorũ Macco,Calingæ, flumina Pumas et Cainas(quod in Gangem influit)ambo nauigabilia.Gentes Calingæ proximæ mari,& suprà Mandei,Malli,quorum mons Mallus,tractusq; eius finis Ganges.

Fluuius Ganges. Caput .XVIII.

HVnc alij incertis fontibus ut Nilum, rigantemq; uicina eodem modo,alij in Scythicis mõtibus nasci dixerũt.Influere in eũ.XIX.amnes. Ex ijs nauigabiles, præter iam dictos, Canucham, Vamam,Erranoboam,Cosoagum,Sonũ. Alij cum magno fragore ipsius statim fontis erumpere:deiectumq; per scopulosa & abrupta, ubi primum molles planicies contingat,in quodã lacu hospitari,inde

lenem fluere, ubi minimũ. VIII. M. p. latitudĩe, ubi modicũ ſtadiorũ. C: altitudine nuſq̃ minore. p. XX.

Gentes Indiæ. Caput .XIX.

NOuiſſimæ gentes Gandaridũ, Calingarum. Regio Partalis uocatur. Regĩ. LXX. M. peditũ, equites. M. elephãti. DCC. in ꝓcinctu bellorũ excubant. Nanq; uita mitioribus pp̃lis Indorũ multipartita degitur. Alij tellurẽ exercent, militiã alij capeſſunt, merces alij ſuas euehũt, res externas inuehũt, res publicas optimi ditiſſimiq́; tẽperant, iudicia reddũt, regibus aſſidẽt. Quintũ genus celebratæ illic, & ꝓpè in religionem uerſæ, ſapiẽtiæ deditum, uoluntaria ſemp morte uitã accẽſo prius rogo finit. Vnũ ſuꝑ hoc eſt ſemiferũ, ac plenũ laboris immenſi, à quo ſupradicta cõtinetur, uenãdi elephãtes domandiq́;. Iis arãt, ijs inuehunt, hæc maxĩe nouere pecuaria, ijs dimicant, militantq́; ꝓ finibus. Delectũ in belua, uires & ætas atq; magnitudo faciunt. Inſula in Gange eſt magnæ amplitudinis, gentẽ continens unã, Modogalicã noĩe. Vltrà ſiti ſunt Modubæ, Molindæ, hubere cũ oppido eiuſdẽ nõis magnifico Galmodroeſi, Preti, Caliſſæ, Saſuri, Paſſalæ, Colubæ, Orzulæ, Abali, Taluctæ. Rex horũ, peditum L. M, equitũ. III. M, elephantorũ. CCCC. in armis habet. Validior deinde gens Andaræ, plurimis uicis, XXX. oppidis, quæ muris turribusq́; muniuntur, regi præbet peditũ. C. M: equitũ. II. M: elephãtos mille.

tos mille. Fertilissimi sunt auri Dardæ, Setæ uero argēti. Sed oīm in India ꝑpè, non modo in hoc tractu, potentiā claritatēq; antecedunt Prasij, amplissima urbe ditißimaq; Palibotra. Vnde quidā ipsam gentem Palibotros uocāt, imò uero tractū uniuersum à Gange. Regi eorū peditū sexcēta. M: equitū. XXX mil: elephantorū. IX. M. per oēs dies stipēdiantur. Vnde cōiectatio ingēs opū est. Ab ijs in iteriore situ * Monedes et Suari, quorū mōs Maleus, in quo umbræ ad septentrionē cadūt hyeme, æstate in austrū, ꝑ senos mēses. Septētriones eo in tractu semel in anno apparere, nec nisi. XV. diebus, Beton autor est: hoc idē pluribus locis Indiæ fieri, Megasthenes. Austrinum polum Indi Dramasa uocant. Amnis Iomanes per Gangē & Palibotros decurrit inter oppida Methora et Cyrisoborca. A Gange uersa ad meridiem plaga, tinguntur sole populi, iam quidem infecti, nondum tamen Aethiopum modo exusti: quantum ad Indum accedunt, tantum colore præferunt sidus. Indus statim à Prasiorum gente, quorū in montanis Pygmæi traduntur. Artemidorus inter duos amnes. XXI. milia paßus interesse tradit.

* Nomades et Oretes.

Indus fluuius. Caput .XX.

INdus, Sandus ab incolis appellatus, in iugo Caucasi montis quod uocatur Paropamissus, aduersus solis ortum effusus, & ipse undeuiginti recipit amnes: Sed clarissimos Hystaspen quatuor alios

effcrentem, Cantabram tres. Per se uero nauigabiles Acesinū & Hypasin, quadā tamē aquarū modestia nusq̄ latior quinquagīta stadijs, aut altior. XV. pas. amplissimā insulā efficiens, quæ Prasiane nominatur, & aliam minorē quæ Patale. Ipse per. XII. XL. M. p. paucissimis autoribus nauigatus, & quodam solis comitatu in occasum uersus, oceano infunditur. Mensurā in ora ad eū ponam, ut inuenio, generatim, quanq̄ inter se nullæ cōgruant. Ab ostio Gangis ad ꝓmontoriū Calingon, et oppidū Dandagula D.CCXXV. M. p. Ad Tropina. XII. XXV. mil. Ad Perimulæ ꝓmontoriū, ubi est celeberrimum Indiæ emporiū. DCCL: ad oppidū in īsula, quā supra diximus Patalam. D. CXX. M. p. Gentes montanæ inter eū & Iomanē Cesi, Cetriboni syluestres: deinde Megallæ, quorū regi quingēti elephanti, peditū & equitū numerus incertus: Chrysei, Parasangæ, Asangi tigri fera scatētes. Armant peditū. XXX. M: elephantos. CCC: equites. DCCC. Hos includit Indus, montiū corona circūdatos et solitudinibus per DCXXV. M. Infra solitudines, Dari, Suræ. Iterūq; solitudines per. CLXXXVII. M. p. plerūq; harenis ambiētibus haud alio mō q̄ insulas mari. Infra deserta hæc Maltecoræ, Singæ, Marohæ, Rarungæ, Moruntes & Masuæ, Pagungæ, Ialij. Hi montium, qui ꝑpetuo tractu oceani orā tenent, incolæ liberi, et regū expertes, multis urbibus mōtanos obtinēt colles. Nareæ

*les.* Nareæ *deinde, quos claudit mons altißimus* Indi*corum* Capitalia. Huius *incolæ, alio latere late auri & argenti metalla fodiunt.* Ab *ijs* Oraturæ, *quorũ regi elephanti quidẽ.* X.M. *ſed amplæ uires peditum:* Varetatæ, *qui ſub rege elephantos non alunt, fiducia equitũ peditumq́;:* Odomboeræ, Salabaſtræ, Horatæ *urbe pulchra, foſſis paluſtribus munita, per quas crocodili humani corporis auidißimi, aditum niſi ponte non dant.* Et *aliud apud illos laudatur oppidum* Automela, *impoſitũ littori, quinq; amnium in unum confluente concurſu, emporio nobili.* Regi *eorum elephãtos.* M.DC: *peditũ.* CL.M: *equitum quinq; mil.* Pauperior Charmarum *rex, elephãtos* LX. *paruasq́; reliquas uires habet.* Ab *ijs gẽs* Pandæ, *ſola* Indorũ *regnata fœminis.* Vnã Herculi *ſexus eius genitã ferũt, ob idq́; gratiorẽ regno donatã præcipuo.* Ab *ea deducentes originẽ imperitant* CCC. *oppidis, peditũ.* CL.M. *elephãtis quingentis.* Poſt *hãc trecentarũ urbiũ* Syrieni, Derangæ, Poſingæ, Buzæ, Gogiarei, Vmbræ, Nereæ, Brancoſi, Nobũdæ, Cocondæ, Neſei, Pedatritæ, Salobriaſæ, Oloſtræ, Patalã *inſulã attingẽtes: à cuius extrẽo littore ad* Caſpias *portas.* XVIII.XXV.M. *pdũtur.* Hic *deinde accolũt* Indũ, *aduerſus eos euidẽti demõſtratione amatæ,* Bolingæ, Gallitalutæ, Dimuri, Megari, Ordabæ, Meſæ. Ab *his* Vri, Sileni: *mox deſerta in.* CCL.M.p. Quibus *exuperatis* Organagæ, Aba-

 orta, Si-

ortæ, Sibaræ, Suertæ: et ab ijs solitudines prioribus pares. Dein Sarophages, Sorgæ, Baraomatæ, Gumbritæq́;, quorũ. XII. nationes, singulis binæ urbes. Aseni trium urbium incolæ. Caput eorum Bucephala, Alexandri regis equo (cui fuerat hoc nomen) ibi sepulto conditum. Mutani super hos, Caucaso subiecti: Soleadæ, Sondræ, transgressisq́; Indũ, et cum eo decurrentibus Samarabriæ, Sambraceni, Brisabritæ, Orsij, Antixeni, Taxilæ cũ urbe celebri, iam in plana demisso tractu, cui uniuerso nomen Amãdræ. Populi quatuor, Peucolaitæ, Arsagalitæ, Geretæ, Asoi. Etenim plerique ab occidente non Indo amne determinant, sed adijciunt quatuor satrapias, Gedrosos, Arachotas, Arios, Paropamissadas.

Arij et iunctæ gentes. Ca. XXI.

VLtimo fine Cophete fluuio, quæ omnia Ariorum esse alijs placet. Necnon et Nisam urbẽ pleriq; Indiæ ascribunt, mõtemq́; Merũ Libero patri sacrum: unde origo fabulæ, Iouis fœmine editũ: Item Aspagonas gentem, uitis & lauri & buxi, pomorumq́; omnium in Græcia nascentium fertilẽ. Quæ memoranda & propè fabulosa, de fertilitate terræ, ac genere frugum arborumq́;, aut ferarum aut uolucrũ et aliorũ animaliũ tradũtur, suis quæq; locis in reliqua parte operis cõmemorabũtur. Quatuor uero satrapiæ, mox paulo ad Taprobanẽ insulam festinante aĩo. Sed antè sunt aliæ, Patale, quam

significauimus

significauimus in ipsis faucibus Indi triquetra figura, CCXX.M.p. latitudīe. Extra ostiū Indi, Chryse et Argyræ, fertiles metallis, ut credo. Nam quod aliq tradidere, aureū argenteūq; ijs solū esse, facile crediderim. Ab ijs. XX.M.p. Crocale. Ab ea. XII M.p. Bibaga, ostreis et cōchyliis referta. Deīde Toralliba. IX.M.p. à supradicta, multæq; ignobiles.

Taprobane insula. Ca. .XXII.

TAprobanen alterum orbem terrarum esse, diu existimatum est, Antichthonum appellatione. Vt liqueret insulam esse, Alexandri Magni ætas resq; præstitere. Onesicritus classis eius præfectus, elephātos ibi maiores bellicosioresq; q̄ in India gigni scripsit: Megasthenes flumine diuidi, incolasq; Palæogones appellari, auri margaritarumq; grandium fertiliores quàm Indos. Eratosthenes & mensuram prodidit longitudinis. VII.M. stad: latitudinis. V.M: nec urbes esse, sed uicos septingentos. Incipit ab Eoo mari, inter ortum occasumq; solis Indiæ prætenta, & quondam credita. XX. dierū nauigatione à Prasiana gente distare: mox quia papyraceis nauibus armamentisq; Nili peteretur, ad nostrarū nauiū cursus. VII. dierū interuallo taxato. Mare interest uadosum, senis non amplius altitudinis paßibus: sed certis canalibus adeo ꝓfundū, ut nullæ ancoræ sidant: ob id nauibus utrinque proræ, ne ꝑ angustias aluei circumagi sit necesse. Siderū in

nauigando nulla obseruatio. Septentrio non cernitur, sed uolucres secũ uehunt emittentes sæpius, meatumq; earũ terras petentiũ comitantur. Nec plus q̃ ternis mensibus in anno nauigant. Cauent à solstitio maxime. C. dies, tũc illo mari hyberno. Hactenus à priscis memorata, nobis diligentior notitia Claudij principatu cõtigit, legatis etiã ex ĩsula aduectis. Ibi accidit hoc modo: Annij Plocanij, q maris rubri uectigal à fisco redemerat, libertus circa Arabiã nauigans, aquilonibus raptus præter Carmaniam. XV. die Hippuros portũ eius inuectus, hospitali regis clementia sex mensiũ tẽpore imbutus alloquio, percontanti postea enarrauit Romanos & Cæsarẽ: mirũ in modũ in auditis iustitiã ille suspexit, q pares pondere denarij essent in captiua pecunia, cum diuersæ imagines indicarẽt à pluribus factos. Et hoc maxĩe sollicitatus ad amicitiã, legatos quatuor misit, principe eorũ Rachia. Et ijs cognitũ. D. esse oppida; portum cõtra meridiẽ appositum, oppido Palesimundo oĩm ibi clarissimo, ac regiã. CC. p. Lebis stagnum, intus Megisba. CC. LXXV. M. p. ambitu, insulas pabuli tantũ fertiles cõplexum. Et ex eo duo amnes erumpere, Palesimundũ iuxta oppidum eiusdem nominis, influentem in portum tribus alueis, quinque stadiorum arctissimo. XV. amplissimo. Alterum ad septentrionẽ Indiamq; uersus, Cydara nomine. Proximum esse Indiæ promontorium, quod uocatur Co

laicum,

laicum, quatridui nauigatione, medio in cursu solis insula incurrēte. Mare id colore peruiridi, præterea fruticosum arboribus, iubas earū gubernaculis deterentibus. Septentriones Vergiliasq; apud nos, ueluti in nouo cælo, mirabātur, Lunam quidē apud ipsos non nisi ab octaua ad. XV. supra terram aspici fatentes, Canopum lucere noctibus, sidus ingens & clarum. Sed maxime mirum ijs erat, umbras suas in nostrum cælum cadere, non in suum, solemq; à læua oriri, & in dextera occidere potius q̃ è diuerso. Iidem narrauere latus insulæ quod prætenderet Indiæ. X. M. stad. esse ab oriente hyberno ultra mōtes Emodos. Seras quoq; ab ipsis aspici, notos etiam commercio, patrem Mabaciem commeasse cò, aduenis ibi feras occursare. Ipsos uero excedere hominum magnitudinem, rutilis comis, cæruleis oculis, oris sono truci, nulli commercio linguæ. Cætera eadem quæ nostri negociatores. Fluminis ulteriore ripa merces positas iuxta uenalia, tolli ab his si placeat, permutatio non aliter: odio tristiore luxuriæ, q̃ si perducta mens illuc usq; cogitet, quid & quod petatur & quare. Sed ne Taprobane quidē, quamuis extra orbem à natura relegata, nostris uitijs caret, aurum argentumq;, & ibi in pretio. Marmor testudinis simile, gemmæ margaritæq; in honore multo præstantiores, & totus luxuriæ nostræ cumulus. Ipsorū opes maiores esse dicebant, sed apud nos

opulentiæ

*opulentiæ maiorem usum. Serum nemini, ne in diem aut interdiu somnũ: Aedificia modice ab humo extãtia, annonam nunquam augeri, non fora litésue esse, coli Herculem: Eligi regem à populo senecta clementiaq́;, liberos non habentem: & si postea gignat, abdicari, ne fiat hæreditarium regnum. Rectores ei à populo .XXX. dari: nec nisi pluriũ sententia, quenquam capite damnari, sic quoq; appellationem esse ad populum, LXX. iudices dari: si liberẽt ij reum, amplius .XXX. ijs nullam esse dignationẽ grauißimo probro: Regi cultum Liberi patris, cæteris Arabum: Regẽ, si qd delinquat morte multari, nullo interimente, sed auersantibus cunctis, & commercia etiam sermonis negantibus: Festa uenatione absumi, gratißimã eam tigribus elephãtisq́; cõstare. Agros diligenter coli, pomis abundare: Esse in piscatu uoluptatem, testudinum maxime, quarum superficie familias habitantium contegi: tanta reperiri magnitudine: Vitam hominum centũ annis modicam. Hæc comperta de Taprobane. Quatuor satrapiæ, quas in hunc locum distulimus, ita se habent.*

*Capissenæ, Carmania.* Ca. .XXIII.

A *Proximis Indo gentibus mõtana Capissenæ habent Capissam urbẽ, quam diruit Cyrus. Arachosia cum oppido & flumine eiusdem nominis, quod quidam Cophen dixere, à Semiramide conditum. Amnis Hermandus præfluens per Abesten*

*Arachosi*

Arachosiorũ. Proximos ijs à meridie ad partẽ Arachotarum faciunt Gedrosos, & septentrione Paropamissadas. Cartana oppidũ sub Caucaso, quod post ea Cecrogonis dictum. Hæc regio est ex aduerso Bactrianorũ. Deinde eius oppidũ Alexandria à conditore dictum. Syndraci, Daugalæ, Parapianæ, Cantaces, Magi. Ad Caucasum Cadrusi oppidũ ab Alexãdro conditum. Infra hæc oĩa ora Arabindo. Ariana regio ambusta feruoribus, desertisq; circundata. Multa tamen interfusa opacitate, cultores cõgregat circa duos maxime fluuios, Tonderon et Arosapen. Oppidũ Artacacna, Arius amnis, qui præfluit Alexandriã ab Alexandro conditã. Patet oppidũ stad. XXX. multoq; pulchrius (sicut * Acticinius tradit) Attacinus. Artacabane. Itẽ ab Antiocho munitũ stad. L. Deĩde Dorisci gens. Amnes, Pharnacotis, Oppradus, Prophthasia. Oppidũ Zarasparũ, Drangæ, Argetæ, Zarãgæ, Gedrusi. Oppida, Peucolais, Lymphorta, Methoricum, deserta. Amnis Manain. Auguttiri gens. Flumẽ Borru, Gensurbi, flumẽ nauigabile Ponamus Pandorũ finibus. Itẽ Caberon, Sorarũ ostio portuosus. Oppidũ Condigrãma. Fumen Cophes: influunt in eum nauigabilia Sadarus, Parospus, Sodinus. Arianæ partẽ esse Dararin aliqui uolũt, mẽsuramq; ꝓdunt utriusq; longitudine. XIX. L. M. pass. latitudine dimidio minorẽ q̃ Indiæ. Alij Gedrusos & Syros posuere per. CLXXXIII. M. p. Mox Ichthyophagos,

phagos, Oritas, ꝓpria non Indorũ lingua loquentes, per .CC.M.p. Inde posuere Arbiorũ gentẽ p.CC. M.p. Ichthyophagos oẽs Alexander uetuit piscibus uiuere. Vltrà deserta, deinde Carmania, ac Persis, atq; Arabia. Sed priusq̃ hæc generatim ꝓsequamur, indicare cõuenit, quæ ꝓdit Onesicritus, classe Alexandri circumuectus in mediterranea Persidis & Indiæ, narrata proxime à Iuba: deinde eam nauigationem, quæ his annis comperta seruatur hodie. Onesicriti & Nearchi nauigatio nec nomina habet mansionũ nec spatia. Primumq; Xylenopolis, ab Alexandro condita, unde cœperũt exordiũ: Iuxta quod flumen aut ubi fuerit, non satis explanatur. Hæc tamẽ digna memoratu produntur. Ab ijs oppidum à Nearcho conditũ in nauigatione ea. Flumen Nabrũ nauiũ capax, contra insulam distãs. LXX. stad. Alexandria condita à Leonato iussu Alexãdri in finibus gentis. Argenuus portu salubris. Flumen Tuberum nauigabile, circa quod Pariræ. Deinde Ichthyophagi tam longo tractu, ut. XX. dierum spatio prænauigauerint insulã, quæ solis appellatur, & eadem cubile nympharũ rubens, in qua nullũ animal non absumitur incertis causis. Ori gens. Flumẽ Carmaniæ Hytanis portuosum & auro fertile. Ab eo primum septẽtriones apparuisse adnotauere. Arcturum nec omnibus cerni noctibus, nec totis unq̃. Achemenidẽ usque illò tenuisse. Aeris & ferri metalla & arsenici &

Argenus.

nici & minij exercere. Inde promontorium Carmaniæ est. Ex quo in aduersa ora ad gentē Arabiæ Macas traiectus distat. L. M. p. Insulæ tres, quarū Organa tantū habitatur. A Cosa in continenti. XXV. M. p. insulæ. IIII. intimo in sinu ante Persida. Circa has hydri marini uicenûm cubitorū adnatantes terruere classem. Insula Acrotadus, itē Gauratæ, in quibus Chiana gens. Flumē Hyperis in medio sinu Persico, onerariarū nauium capax. Flumē Sitiogagus, quo Pasargadas septimo die nauigatur. Flumen nauigabile Phirstimus, insula sine nomine. Flumē Granius modicarū nauiū capax, per Susianen fluit. Dextra eius accolunt Deximontaui, qui bitumen pficiunt. Flumen Oroatis ostio difficili nisi peritis, insulæ II. paruæ, inde uadosa nauigatio palustri similis. Per euripos tamē quosdā peragitur. Ostium Euphratis. Lacus quem faciunt Eulæus & Tigris iuxta Characem. Inde Tigri Susa. Festos dies ibi agentē Alexādrum inuenerunt septimo mense, postq̄ digressus ab ijs fuerat Patalis, tertio nauigatiōs. Sic Alexandri classis nauigauit. Postea à Syagro Arabiæ promontorio Patalen fauonio, quem Hypalum ibi uocant, peti certissimum uidebatur. XIII. XXXII. M. pass. æstimatione. Secuta uero ætas propiorē cursum tutiorem indicauit, si ab eodem promontorio Zizerum amnem portū Indiæ peteret. Diuq; ita nauigatū est, donec cōpendia inuenit mercator, lucroq; India admota est.

*mota est. Quippe omnibus annis nauigatur sagittari orum cohortibus impositis. Etenim piratæ maxime infestabant.* Nec pigebit totum *cursum ab* Aegy*pto exponere, nunc primum certa noticia patescen*te. Digna res, *nullo anno imperij nostri minus.* HS. *quingenties exhauriente* India *& merces remitten te, quæ apud nos cẽtuplicato ueneant.* Mille *milibus p. ab* Alexãdria *abest oppidum* Heliopolis. *Inde nauigant* Nilo Coptum. CCCIII. M. p. *qui cursus etesijs flantibus peragitur.* XV. *diebus.* A Copto *camelis itur aquationum ratione mansionibus dispositis:* Prima *appellatur* Hydreuma. XXXII. *Secunda in mõte, diei itinere. Tertia ĩ altero hydreumate à* Copto. XCV. *Dedie in mõte. Mox ad* Hydreũ Apollinis, *à* Copto. CLXXXIIII. M. *paß. Rursus in monte. Mox ad nouum* Hydreũ *à* Copto. CCXXXIII. p. *Est et aliud* Hydreũ *uetus,* Troglodyticum *noĩatur, ubi præsidiũ excubat diuerticulo.* II. *miliũ.* Di*stat à nouo* Hydreumate. IIII. M. p. Inde Berenice *oppidũ, ubi portus rubri maris, à* Copto. CCLVIII. p. *Sed quia maior pars itineris conficitur noctibus ꝑpter æstus, & statim die absumũtur, totũ à* Copto Berenicen *iter duodecimo conficitur die.* Nauigare *incipiũt æstate media ante canis ortũ, aut ab exortu protinus.* Veniũtq; *circiter.* XXX. *die.* Ocelin Arabiæ, *aut* Canan *thuriferæ regionis. Est et tertius portus, q uocatur* Musa, *quẽ* Indica *nauigatio nõ petit,*

*nec nisi*

nec nisi thuris odorumq; Arabicorũ mercatores. Intus oppida regia eius, unum appellatur Saphar, aliudq; Sabe. Indos aũt petẽtibus utilißimũ est ab Oceli egredi. Inde uẽto Hypalo nauigãt diebus. XL. ad primum emporiũ Indiæ. Muzirũ non expetendũ ꝓpter uicinos piratas, q obtinẽt locũ nõie Hydras, neq; est abũdans mercibus. Præterea lõgè à terra abest nauiũ statio, lintribusq; efferũtur onera, quæ geruntur. Regnabat ibi, cum proderem hæc, Celebothras. Alius utilior portus gentis Necanidon, qui uocatur Becare. Ibi regnat Paridion, longe ab emporio mediterraneo distãte oppido, qd' uocatur Modusa. Regio aũt ex qua piper monoxylis lintribus Baracen conuehitur, uocatur Cottonara, quæ oĩa gentium portuũm ue aut oppidorũ nomĩa apud neminẽ priorum inueniũtur. Quo apparet mutari locorum status. Ex india renauigãt mense Aegyptio Tybi incipiente, nostro Decembri, aut Mechiris Aegypti intra diem sextũ, qd' fit intra Idus Ian. nostras. Ita euenit, ut eodem anno remeent. Nauigant aũt ex India uento uulturno: et cũ intrauere rubrũ mare, africo uel austro. Nunc reuertemur ad propositũ. Carmaniæ oram patere duodecies. L. M. paſ. Nearchus scripsit. Ab initio eius ad flumen Sabin. C. M. p. Inde uineas coli & arua. Flumẽ Andanin. XXV. M. spatio. Regio uocatur Armuzia. Oppida Carmaniæ Zetis, Alexãdria. Irrũpit deinde & in hac ꝑte

geminum

geminũ mare in terras, quod rubrum dixere nostri, Græcia Erythræum à rege Erithreo, aut (ut alij) so lis repercussu talem reddi colorē existimantes. Alij ab harena terráque. Alij tali aquæ ipsius natura.

Sinus Persicus & Arabicus. Ca. .XXIIII.

SEd in duos diuiditur sinus. Is q ab oriētē ē, Persicus appellatur. XXV. M. p. circuitu, ut Eratosthenes tradit. Ex aduerso est Arabia, cuius. XII. M. p. est lōgitudo. Rursus altero ambitur sinu Arabico noīato, oceanũ q influit, Azaniũ appellāt. Persicũ introitũ. V. M. p. latitudinis, alij. IIII. fecerūt. Ab eo ad intimũ sinum recto cursu. XI. XXV. M. ꝓpemodũ constat esse, & situm eius humani capitis effigie. Onesicritus & Nearchus ab Indo amne in sinum Persicum, atque illinc Babylonem ab Euphratis paludibus, scripserunt. XXV. M. passuum esse. In Carmaniæ angulo sunt Chelonophagi, testudinũ superficie casas tegentes, carne uescentes. A flumine Arbi promontorium ipsum inhabitant, præter capita toto corpore hirti, corijsq; piscium uestiti.

Cascandrus insula, Parthorum regna.

Caput .XXV.

Socaicādros. Hermo. Bar. Aliâs Torois. Sicut et infrà

AB horũ tractu Indiā uersus * Cascandrus deserta insula in oceano. M. p. traditur: iuxta eā freto interfluēte * Stoidis, quæstuosa margaritis à ꝓmōtorio. Carmanis iungūtur Armozei. Quidā interponunt Arbios. CCCCXII. p. toto littore. Ibi

portus

portus Macedonũ, & aræ Alexandri. In promontorio amnes Saganos, dein Daras et Salsos. Ab eo promontorium Themisteas, insula Aphrodisias habitatur, inde Persidis initiũ ad flumen Oroatin, quo dividitur ab Elymaide. Cõtra Persidẽ insulæ, Philos, Casandra, Aracia cum mõte prælto Neptuno sacra. Ipsa Persis aduersus occasum sita obtinet littora. D. L. M. p. etiam in luxũ diues, in Parthorũ iampridẽ translata nomẽ. Horum de imperio nunc paucis. Regna Parthorum duodeuiginti sunt omnia, ita enim diuidunt prouincias circa duo (ut diximus) maria, rubrum à meridie, Hyrcanũ à septẽtrione. Ex ijs. XI. quæ superiora dicuntur, incipiunt à confinio Armeniæ, Caspijsq; littoribus: pertinent ad Scythas, cum quibus ex æquo degunt. Reliqua. VII. regna inferiora appellantur. Quod ad Parthos attinet, semper fuit Parthia in radicibus mõtium sæpius dictorũ, qui oẽs eas gẽtes prætexũt. Habẽt ab ortu Arios, à meridie Carmaniã et Arianos, ab occasu Pratitas, Medos, à septẽtrione Hyrcanos. Vndiq; desertis cincta. Vlteriores Parthi Nomades appellantur citra deserta. Ab occasu urbes eorũ, quas diximus, Issatis et Calliope, ab oriente æstiuo Europũ, ab hyberno Mania, in medio Hecatompylos, Arsacia regio, Nesæa, Parthyæne nobiles, ubi Alexandropolis à cõditore:

li. 9. fertilißima est, inquit, margaritis Taprobane et Torois. Quã q̃ et Toidis ab Hermolao an notatum est.

Forte Hyspratitas.

Media, Mesopotamia, Babylon, Seleucia.
Caput .XXVI.

NEcessariũ est in hoc loco signare & Medorum sitũ, terrarumq; faciem circũagere ad Persicũ mare, quo facilius deinde reliqua noscãtur. Nanq; Media ab occasu trãsuersa oblique Parthiæ occurrens, utraq; regna includit. Habet ipsa ab ortu Caspios & Parthos, à meridie Sittacenen & Susianen & Persida, ab occasu Adiabenen, à septẽtrione Armeniã. Persæ rubrũ mare semper accoluere, propter qđ is sinus Persicus uocatur. Regio ibi maritia Cyropolis. Quà uero ipsa subit ad Medos Elymais Megala appellatur, locus arduo montis ascensu per gradus, introitu angusto, ad Persepolin caput regni, dirutã ab Alexandro. Præterea habet in extremis finibus Laodiceã, ab Antiocho conditam. Inde ad orientẽ Magi obtinent Passargadas castellum, in quo Cyri sepulchrũ est, & horũ Ecbatana oppidum translatũ ab Dario rege ad montes. Inter Parthos & Arianos excurrunt Parætacenæ. His gentibus & Euphrate, inferiora regna includũtur. Reliqua dicemus à Mesopotamia, excepto mucrone eius Arabumq; populis, in priore dictis uolumine. Mesopotamia tota Assyriorũ fuit, uicatim dispsa, præter Babylona & Ninũ. Macedones eam in urbes cõgregauere, ꝓpter hubertatẽ soli. Oppida præter iam dicta, habet Seleuciã, Laodiceã, Artemitã. Itẽ in Arabum gente, q Arroẽi uocantur, & Mardani, Antiochia, quæ à præfecto Mesopotamiæ Nicatore condita, Nica-

ta, Nicatoris uel Arbelis uocatur. Iungũtur his Arabes, introrsus Eldamarij. Sup quos ad Pellacontam flumen Bura oppidũ, Salamani & Measei Arabes. Gordyæis uero iũcti Aloni, p quos Zerbis fluuius in Tigrin cadit, Azones, Silices, Montani, & Orõtes. Quorũ ad occidentẽ oppidum Gaugamela. Itẽ Suẽ in rupibus. Suprà Sicilaßi. III. M. p. per quos Lycus ex Armenia fertur. Absitris ad hybernum exortum. Azochis oppidũ. Mox in campestribus oppida Diospage, Polytelia, Stratonicea, Anthemus. In uicinia Euphratis Nicephorion, qđ ut diximus, Alexander iußit cõdi propter loci opportunitatẽ. Dicta est & in Zeugmate Apamia, ex qua orientem petentes excipit oppidũ apprime munitũ, quondam stad. LXV. amplitudine, & satraparũ regia appellatũ, quò tributa conferebãtur, nunc in arcem redactũ. Durãt ut fuerant Hebata, & ductu Pompeij Magni terminus Ro. imperij Orures, à Zeugmate. CCL. M. p. Sunt q tradunt Euphratem Cobaris præfecti opere deductum, ubi eum diximus findi, ne præcipiti cursu Babyloniã infestaret. Ab Assyrijs uero uniuersis appellatũ Armalchar, qđ significat regiũ flumen: quà deriuatur, oppidũ fuit Agrani è maximis, quod diruere Persæ. Babylon Chaldaicarũ gentium caput diu summam claritatẽ obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Mesopotamiæ Assyriæq; Babylonia appellata est. LX. M. p. amplexa muris, duce

Hãc urbẽ Suidas antea Niveuì dictã fuisse tradit, quæ

*nos pedes altis, quinquagenos latis, in singulos pedes ternis digitis, mensura ampliore q nostra, interfluo Euphrate mirabili opere utroq;.* Durat adhuc ibi Iouis Beli templũ. *Inuentor hic fuit sideralis scientiæ. Cætero circuitu in solitudinẽ redijt, exhausta uicinitate Seleuciæ, ob id conditæ à* Nicatore *intra nonagesimũ lapidẽ, in confluentẽ* Euphratis *fossa pducti atq;* Tigris, *quæ tamen* Babylonia *cognoĩantur.* Libera hodie, ac sui iuris, Macedonũq; moris. *Feruntur ei plebes urbanæ.* DC. *esse, situm uero mœnium aquilæ pandentis alas.* Agrũ *totius orientis fertilissimum. Inuicem ad hanc exhauriendã, & Ctesiphontem iuxta tertiũ ab ea lapidẽ in* Chalonitide *condidere* Parthi, *qđ est nunc caput regni.* Et postq̃ nihil *proficiebatur, nup* Vologesus *rex aliud oppidũ* Vologesocertã *in uicino condidit. Sunt etiã in* Mesopotamia *oppida,* Hipparenũ Chaldæorũ *doctrina clarum.* Et hoc sicut Babylon, *iuxta flumẽ* Narragam, *qui dedit ciuitati nomen.* Muros Hipparenorũ Persæ *diruere.* Orcheni *quoq; tertia* Chaldæorũ *doctrina, in eodẽ situ locãtur, ad meridiẽ uersi. Ab ijs* Notitæ & Orthophantæ, & Græciochantæ. Euphrate *nauigare* Babylonẽ et Persico *mari.* CCCCXII. M.p. *tradunt* Nearchus & Onesicritus. *Qui uero postea scripsere, à* Seleucia. CCCCXC. M. *Iuba à* Babylone Characẽ. CLXXV. M.p. *Fluere aliq ultra* Babylonem *continuo aluco priusq̃ distrahitur in*

*irrigua*

*et à nostris* Ni*niue appellatur: ut intelligamus à* Ni*no primo* As*syriorũ regeut conditã, ita nomẽ ei impositũ: Id qđ &* August. li. 15. d. ci. dei *attestari uidetur: quã urbẽ postea Semiramis cum muro circũdedisset, eodẽ* Suid. *autore,* Babylona *appellauit.* Et *id qdẽ tametsi uerisimile mihi sit id ita esse, approbare tamen nõ ausim q̃* Ios. *& alij aliter sentiant.*

*irrigua*.LXXXVII.M.*Vniuerso autē cursu*.XI. M.p.*Inconstantiā mensuræ diuersitas autorū facit, cum Persæ quoq; schœnos & parasangas alia mensura determinent. Vbi desinit alueo munire, ad cōfinium Characis accedente tractu, statim infestant Attali latrones Arabū gēs. Vltra quos Schenitæ. Ambitu uero Euphratis Nomades Arabæi usq; ad deserta Syriæ, unde in meridiē flecti eū diximus, solitudines Palmyrenas relinquentē. Seleucia abest à capite Mesopotamiæ Euphratē nauigātibus undecies*.XXV.M.p. *A mari rubro si Tigri nauigetur*.CCCXX.M. *A Zeugmate* .D.XXVII.M. *Zeugma à Seleucia Syriæ ad nostrum littus*.CXXXII.M.p. *Hæc est ibi latitudo terrarum inter duo maria. Parthici uero regni* .D. CCCC.M. XLIIII.*pass. Est etiamnū oppidum Mesopotamiæ in ripa Tigris circa confluentes, quod uocant Digbani.*

*Flumen Tigris.* *Caput* .XXVII.

SEd & de Tigri ipso dixisse conueniat. Oritur in regione Armeniæ maioris, fonte conspicuo in planicie. Loco nomē Elongosine est. Ipsius, quà tardior fluit, Diglito: unde concitatur, à celeritate Tigris incipit uocari. Ita appellant Medi sagittam. Influit lacū Arethusam, oīa illata pondera sustinentē, & nitrū nebulis exhalantē. Vnum genus ei piscium est, & hic aquæ transcurrentis non miscetur alueo, sicut nec è Tigri pisces in lacū transnatant. Fertur

autem & cursu & colore dißimilis: trãsuectusq; occurrente Tauro monte inspectu mergitur. Subterq; lapsus, à latere altero eius erumpit. Locus uocatur Zoroanda. Eundẽ esse manifestũ est, qđ demersa pfert. Alterũ deinde transit lacum, q *Tesbidis appellatur, rursusq; in cuniculos mergitur, & post. XXV.M.p. circa Nymphæũ redditur: tã uicinũ Arsaniæ (Fluere eum in regionẽ Arheni Cl. Cæsar autor est) ut & cũ intumuere, cõfluant, nec tamen misceantur. Leuiorq; Arsanias innatat. IIII.M. fermè spatio. Mox diuisus in Euphratem mergitur. Tigris autem ex Armenia acceptis fluminibus claris, Parthe ni, Agnice, Pharione, Arabas: Oreos Adiabenosq; disterminans, & quã diximus Mesopotamiã faciẽs, lustratis montibus Gordyæorũ circa Apamiam Mesenes oppidũ, citra Seleuciã Babyloniam. CXXV. M.p. diuisus in alueos duos, altero meridiem ac Seleuciam petit, Mesenen pfundens: altero ad septẽtrionem flexus, eiusdẽ gentis tergo campos Cauchas secat. Vbi remeauere aquæ, Pasitigris appellatur. Postea recipit ex Media Choaspẽ: atq; (ut diximus) inter Seleuciã & Ctesiphontẽ uectus, in lacus Chaldaicos se fundit, eosq;. LXX.M.p. amplitudine implet. Mox uasto alueo pfusus, dextra Characis oppidi infertur mari Persico decumo ore. Inter. II. amnium ostia. XXV.M.p. fuere, aut (ut alij tradunt) VII.M. utroq; nauigabili. Sed longo tẽpore Euphratem præ-

*Thospitis.

tē præclusere Orcheni, et accolæ agros rigātes, nec nisi post Tigrin defertur ī mare. Proxima Tigri regio Paropotamia appellatur. In ea dictū est de Mesene. Oppidū eius Dibitach. Iungūtur Chalonitis cū Ctesiphonte, non palmetis modo, uerum & olea pomisq́; alijsq́; arbustis nobilis. Ad eam peruenit Zagrus mons, ex Armenia inter Medos Adiabenosq́; ueniens, supra Parætacenen & Persidē. Chalonitis abest à Perside. CCCCLXXX. M. p. Tātum à Caspio mari Assyriā abesse cōpendio itinerū aliq tradunt. Inter has gentes atq; Mesenen Sittacene est, eadem Arbelitis & Palæstine dicta. Oppidū eius Sittace, Græcorum ab ortu est, & Sabata. Ab occasu aūt Antiochia, inter duo flumina Tigrin & Tornadotū. Itē Apamiæ, cui nomen Antiochus matris suæ imposuit, Tigris circūfunditur. Hæc diuiditur Archoo. Infrà est Susiane, ī qua uetus regio Persarū Susa, à Dario Hystaspis filio condita. Abest à Seleucia Babylonia. CCCCL. M. p. Tantundē ab Ecbatanis Medorum per mōtem Charbanū in septentrionali. Tigris alueo oppidū est Babytace. Abest à Susis. CXXXV. M. p. Ibi mortaliū soli aurum in odio contrahunt: Id defodiunt, ne quo cui sit in usu. Susianis ad orientē uersus iunguntur Cossæi latrones, & Mizæorum. XL populi liberæ feritatis. Supra eos patent Parthusi, Mardi, & Saitæ, Hyi, qui prætenduntur supra Elymaida, quā Persidi in ora iūximus. Su

sa à Persico mari absunt. CCL. M. pas. qua subijt ad eam classis Alexandri Pasitigri intus ad lacũ Chaldaicũ uocatur * Aphle, unde Susa nauigatiõe. LX V. M. D. p. absunt. Susianis ab oriente sunt Chosiei. Supra Chosieos ad septentrionem Mesobatenæ sub monte Cãbalido, q est Caucasi ramus. Inde mollißimo transitu in Bactros, Susianen ab Elymaide disterminat amnis Euleus, ortus in Medis: medioq; spatio cuniculo cõditus, ac rursus exortus p Mesobatenen lapsus, circuit arcẽ Susarum, ac Dianæ templũ augustißimũ cum illis gentibus. Et ipse in magna cerimonia sit. Siquidẽ reges non ex alio bibunt, & ob id in longinqua portant. Recipit amnes Oedippũ, præter Asylum à montibus Persarũ uenietem, ad unum ex Susianis oppidũ. Iuxta eum Magoga, à Charace XV. M. p. Quidã hoc in extrema Susiane ponunt, solitudinibus proximũ. Infra Euleum Elymais est, in ora iuncta Persidi, à flumine Oroati ad Characem CCXL. M. p. Oppida eius Seleucia & Sosirate, apposita mõti Casyro. Oram quæ præiacet, minorem Syrtiũ uice diximus inaccessam cœno, plurimũ limi deferentibus Brixia & Ortacea amnibus: madente & ipsa Elymaide in tãtum, ut nullus sit nisi circuitu eius à Perside aditus. Infestatur à serpentibus, quos flumina deportant. Pars eius maxime inuia, Characene uocatur ab oppido Arabiæ claudẽte regna, de quo dicemus, exposita prius M. Agrippæ sententia.

Alphle.

Nanque

Nanque is Mediam & Parthiam, & Persidem ab oriente Indo, ab occidente Tigri, à septentrione Tauro, Caucaso, à meridie rubro mari terminatas, patere in longitudine terdecies. XX.M. pass: in latitudine. D.CCCXL. ꝓdidit. Præterea per se Mesopotamiam ab oriēte Tigri, ab occasu Euphrate, à septentrione Tauro, à meridie mari Persico inclusam, longitudine octingentorum M.pass. latitudine. CCCLX. Charax oppidū Persici sinus intimum, à quo Arabia Eudæmon cognominata excurrit, habitatur in colle manu facto inter confluentes, dextra Tigrin, læua Euleum. III.M.p. laxitate. Cōditum est primū ab Alexādro Magno, q[illegible] colonis ex urbe regia Durine (quæ tum interijt) deductis, militumq; inutilibus ibi relictis, Alexandriā appellari iusserat: pagumq; Pelenæum, à patria sua, quem ꝓprie Macedonū fecerat. Flumina id oppidum expugnauere. Postea Antiochus restituit, quintus regum, & suo nomine appellauit. Iterumq; infestatū Pasiones Sogdonaci filius, rex finitimorū Arabū, quem Iuba satrapen Antiochi fuisse falsò tradit, oppositis molibus restituit, nomē suū dedit, emunito situ iuxtà in longitudinem. VI.M.p. latitudine paulo minus. Primo fuit à littore stadijs. X. maritimū, etiā inde pseudo porticus habet: Iuba uero ꝓdente. L.M.p. Nunc abesse à littore. CXX.M. legati Arabū nostriq; negociatores q inde uenere affirmāt. Nec in

nlla parte

ulla parte plus aut celerius ꝓfecere terræ fluminibus inuectæ. Magis id mirũ est, æstu lõge ultra id accedente non repercussa. Hoc in loco genitũ esse Dionysiũ, terrarũ orbis situs recentissimum autorẽ constat, quẽ ad cõmentanda omnia in orientẽ præmisit Diuus Augustus, ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicasq; res maiore filio. Non me præterit, nec sum oblitus, sui quenq; situs diligẽtissimum autorem uisum nobis in introitu huius operis. In hac tamen parte arma Romana sequi placet nobis, Iubamq; regem, ad eundem Claudium Cæsarem scriptis uoluminibus de eadem Arabica expeditione.

### Arabia, Nomades, Nabatæi, Omani: Tylos, & Ogyris insulæ. Ca. .XXVIII.

Arabia gentiũ nullis postferenda, amplitudine longissima à mõte Amano à regione Ciliciæ Commagenesq; descẽdit, ut diximus, multis gẽtibus eorũ deductis illò à Tigrane magno, spõte uero ad mare nostrũ littusq; Aegyptiacum, ut docuimus: necnon & in media Syriæ ad Libani montem penetrantibus Nubeis, quibus iungũtur Ramisi. Deinde Teranei, deinde Patami. Ipsa uero peninsula Arabia inter duo maria rubrũ Persicũq; ꝓcurrẽs, quodã naturæ artificio ad similitudinẽ atq; magnitudinẽ Itali maris etiã circũfusa, in candẽ etiã cæli partẽ nulla differẽtia spectat. Hæc quoq; in illo situ felix. Eius populos à nostro mari usq; ad Palmyrenas solitu

*nas solitudines diximus. Reliqua nunc inde peragemus.* Nomades *infestatoresq́;* Chald*æorū* Schenit*æ (ut diximus)claudunt,& ipsi uagi, sed à tabernaculis cognoīati,quæ cilicijs metātur ubi libuit.* Deinde Nabat*æi* oppidū incoluut Petrā noīe in cōualle,paulominus. II.M.p.*amplitudinis, circundatū mōtibus inaccessis amne interfluente.* Abest à Gaza oppido littoris nostri. D.C.M. à *sinu* Persico. CXXII. M. *Huc cōuenit utrūq; biuiū eorū, qui* Syri*æ* Palmyrā *petiere, et eorū qui ab Gaza uenerunt.* A Petra *incoluerūt* Omani *ad* Characē,*oppidis quondā claris à* Semiramide *cōditis,* Abesamide & Soractia. *Nūc sunt solitudines.* Deinde est *oppidū quod* Characenorum *regi paret in* Pasitigris *ripa,* Forath *nomie,in quo à* Petra *cōueniunt* Characeni. Inde. XII. M.p. *secundo æstu nauigāt.* E Parthico *enim regno nauigantibus uicus* Teredon. *Infra confluentē* Euphratis et Tigris *læua fluminis* Chald*æi obtinēt,dextra* Nomades Schenit*æ*. *Quidā & alia duo oppida longis interuallis* Tigris *pernauigari tradunt* Barbathiā,*mox* Thumatā,*quod abest à* Petra. X. *dierum nauigatione.* Nostri *negociatores dicūt* Characenorum *regi parere,&* Apamiā *sitam ubi restagnatio* Euphratis *cū* Tigi *cōfluat.* Itaq; *moliētes incursionem* Parthos,*operibus abiectis inundatione arceri.* Nunc à Charace *dicemus orā,* Epiphanio *primū exquisitā,locus ubi* Euphratis *ostiū fuit flumē salsum,* ꝑmontorium

ꝓmontoriũ Chaldone uoragini similius q̃ mari, per L.p. oræ flumẽ Achana, deserta. C. M.p. usq; ad insulã Icharã. Sinus Capeus quẽ accolunt Gaulopes et Chateni. Sinus Gerraicus. Oppidũ Gerra. V. M.p. amplitudĩe turres habet ex salis quadratis molibus. A littore. L. M. p. regio Attene. Ex aduerso Tylos insula, totidẽ milibus à littore, plurima margaritis & celeberrima cũ oppido eiusdẽ noĩs: iuxtaq; altera in ora. Promõtoria eius. XXII. M. p. Vltrà magnas aspici insulas tradũt, ad quas non sit peruentũ. Huius ambitũ. CXII. M.D.p. à Perside longius abesse, adiri uno alueo angusto. In insula Asgilia gentes Nocheti, Zurachi, Borgodi, Cataræi, Nomades. Flumẽ Cynos. Vltrà nauigationẽ incõpertam ab eo latere ꝓpter scopulos tradit Iuba, prætermissa mẽtione oppidi Omanorũ Batrasa, Anesceto, & Omane, q̃d priores celebrẽ portũ Carmaniæ fecere. Itẽ Omẽ & Athanæ, quæ nũc oppida maxĩe celebrari à Persico mari nostri negociatores dicũt. A flumĩe Canis, ut Iuba tradit, mõs adusto similis. Gentes Epimaranitæ. Mox Ichthyophagi, insula deserta, gẽtes Bathymi, Eblitei montes, insula Omœmus. Portus Machorbæ, insulæ Etaxalos, Onchobricæ: gens Cadæi, insulæ sine noĩbus multæ. Celebres uero Isura, Rhinnea, & ꝓxima in qua scriptæ sunt stelæ lapideæ literis incognitis. Goboẽa portus, Bragæ insulæ desertæ. Gens Caludæi, Dabanegoris regio. Mons

Orsa cum

Orsa cum portu. Sinus Duatus, insulæ multæ. Mons Tricoryphos. Regio Cardalena, isulæ Solanidæ, Capina. Item Ichthyophagorum, Deinde Glari. Littus Hammaeũ, ubi auri metalla. Regio Canauna, gẽtes Apitami, Gasani. Insula Deuuade. Fons Goralus, Garpheti, insulæ Alaea & Amnamethus. Gens Claræ isulæ, Chelonitis, Ichthyophagõ multæ. Eodãda deserta, Basag. Multæ Sabæorũ. Flumina Thamar, Amnõ, insulæ Dolicæ. Fontes Daulotes, Dora, insula Epteros, Labanis, Coboris, Sambracatæ, & oppidũ eodẽ noie in cõtinenti. A meridie insulæ multæ, maxima Camari. Flumen Mysecros, portus Leupas. Schenitæ Sabæi, insulæ multæ. Emporiũ eorũ Acila, ex quo in Indiã nauigatur. Regio Amithoscuta, Damnia. Mysi maiores & minores, Drimati, Macæ. Horũ ꝓmontorium cõtra Carmaniã est. Distat L.M.p. Mira res ibi traditur: Numeniũ ab Antiocho rege Misenæ præpositũ ibi uicisse, eodẽ die classe æstuq; reuersos iterũ equitatu cõtra Persas dimicantẽ, & gemina trophæa eodẽ in loco Ioui ac Neptuno statuisse. Insula in alto obiacet Ogyris, clara Erythreo rege ibi sepulto. Distat à cõtinẽte. CXXV.M.pas. Circuitu. CXII.M.p. Nec minus altera clara in Azanio mari Dioscuriada, distãs à Siagro extimo ꝓmontorio. CCLXXX.M.p. Reliq in cõtinente à noto etiamnũ Autaridæ, in montes octo dierum transitus. Gentes Larendani, Catabani, Gebanitæ plu-

nitæ pluribus oppidis, sed maximis Nagia, & Tamna templorũ. LXV. Hæc est amplitudinis significatio, hoc ꝓmontorium, à quo ad continentẽ Troglodytarũ. L. M. p. Thoani, Acchitæ, Chatramotitæ, Tomabei, Antidalei, Lexianæ, Agrei, Cerbani, Sabæi Arabũ ꝓpter thura clarißimi ad utraq; maria porrectis gentibus. Oppida eorum in rubro littore Marane, Marma, Corolia, Sabatra: intus oppida Nascus, Cardaua, Carnus, & quo merces odorũ deferunt Tomala. Pars eorũ Atramitæ, quorũ caput Sobotale. LX. M. templa muris includẽs. Regia tamen oĩum Mariaba. Sinum obtinet XCIIII. M. p. refertũ insulis odoriferis. Atramitis in mediterraneo iunguntur Minæi, mare accolunt, & Elamitæ. Oppidũ eiusdẽ noĩs. Iis iunguntur Cagulatæ. Oppidum Siby, quod Græci Appoden uocãt, Arsicodani, Vadei cũ oppido magno, Barasei, Licheni. Sygaros insula, quã canes nõ intrant, expositiq; circa littora errãdo moriuntur. Sinus intimus in quo Læanitæ q nomen ei dedere. Regia eorũ Agra, & in sinu Læana, uel ut alij Elana. Nam & ipsum sinũ nostri Elaniticũ scripsere, alij Elanaticũ, Artemidorus Alaniticũ, Iuba Læniticũ. Circuitus Arabiæ à Charace Læana colligere ꝓditur quadragies octies. LXV. pas. Iuba paulo minus. XL. M. putat. Latißima est à septẽtrione inter oppida Heroum & Characem. Nunc & reliqua mediterranea eius dicãtur. Naba

tæis Thi-

teis Thimaneos iunxerunt ueteres, nunc sunt Taueni, Suelleni, Sarraceni. Arrareni. Oppidũ in quo oĩs negociatio cõuenit, Hemuatæ, Analitæ. Oppida Domada, Egrata, Mudei. Oppidũ Badanatha, Carrei. Oppidũ Chariati, Achoali. Oppidũ Phoda, ac Minæi, à rege Cretæ Minoẽ (ut existimant) originẽ trahẽtes, quorũ Charmei oppidũ. XIIII. M. p. Mariaba, Baramalacũ, & ipsum non spernendũ. Itẽ Carnon Rhammei, & horũ origo Rhadamanthus putatur frater Minois. Homeritæ, Massala. Oppida, Hamirei, Sannei, Chantace, Bactias, Harma. Oppidum Gedranite, Ampre, Ilisanite, Bachilite, Sammei, Amathei. Cum oppidis Nessa & Cennesseri. Zamareni cum oppidis Saiace, Scantate, Bacascami. Rhiphearma oppidũ, quo uocabulo appellant hordeũ. Aurei & Raui, Gyrei & Matathæi. Helmodenes cũ oppido Ebode. Agacturi in montibus cũ oppido XXV. M. p. in quo fons Emischabales, quod significat camelorũ oppidũ. Amyelomei colonia Milesiorũ. Actrida oppidũ, Calingij, quorũ Mariaba oppidũ significat dominos oĩm. Oppida Pallon, Murannimal iuxta flumen, per quod Euphratẽ emergere putant. Gentes Agrei, Hammonij. Oppidum Athenæ, Caurarani, quod significat ditissimos armento. Coranitæ, Cæsani, Choani. Fuerunt & Græca oppida, Arethusa, Larissa, Chalcis, deleta uarijs bellis. Romana arma solus in eam terrã adhuc intulit.

Ae. Gallus

Ae.Gallus ex equeſtri ordine. Nam C. Cæſar Augu ſti filius ꝓſpexit tantũ Araciã. Gallus oppida diru it non nominata ab autoribus qui antè ſcripſerunt, Egran, Anneſtũ, Eſcam, Maguſum, Tammacũ, La beciam, et ſupradictã Mariabam, circuitu. VI. M. p. Item Caripeta, quo longiſſime ꝓceſſit. Cætera ex plorata retulit. Nomades lacte & ferina carne ue- ſci. Reliquos uinũ ut Indos palmis exprimere, oleũ Seſamæ. Numeroſiſſimos eſſe Homeritas, Minæos, fertiles agros palmetis, arbuſtis. In pecore diuites Cembanos et Arios, armis præſtare maxĩe Chatra motitas. Carræis latiſſimos et fertiliſſimos agros. Sabæos, ditiſsimos ſyluarũ fertilitate odorifera, au ri metallis, agrorum riguis, mellis ceræq; ꝓuentu. Deinde de odoribus ſuo dicemus uolumine. Arabes, mitrati degũt, aut intonſo crine: barba abraditur, præterq̃ in ſuperiore labro. Alijs & hæc intõſa: mi rumq; dictu, ex innumeris populis pars coæqua in cõmercijs aut latrocinijs degit: in uniuerſum gentes ditiſſimæ, ut apud quas maxime opes Romanorum Parthorumq; ſubſiſtãt, uendentibus quæ è mari aut ſyluis capiãt, nihil inuicẽ redimentibus. Nunc reli quam oram Arabiæ contrariam pſequemur. Timo- ſthenes totum ſinum quatridui nauigatione in longi tudinem taxauit, bidui latitudinem, anguſtias. IIII. M.D.p. Eratoſthenes ab oſtio. XIII. M. in quanque partem. Artemidorus Arabiæ latere. XIIII. L. M.

Sinus ma

*Sinus maris rubri Troglodytici & Aethiopici.*
*Caput* .XXIX.

A Troglodytico uero undecies. LXXXIII. M.p. Ptolemalda usq;, Agrippa.XIIII.XXII.M.p. sine differẽtia laterũ. Pleriq; latitudinẽ CCCCLXII. ꝑdiderunt: faucesq; hyberno orienti obuersas, alij.IIII.M, alij.VII.M, alij.XII.M.p. patere. Situs aũt ita se habet. A sinu Elanitico alter sinus quẽ Arabes Aeant uocant, in quo Heroũ oppidum est. Fuit & Cambiso inter Nelos & Marchadas, deductis eò ægris exercitus. Gens Tyra. Daneon portus, ex quo nauigabilẽ alueũ ꝑducere in Nilum, qua parte ad Delta dictũ decurrit. LXII.M. pas. interuallo (qđ inter flumen & rubrũ mare interest) primus oĩm Sesostris Aegypti rex cogitauit. Mox Darius Persarũ. Deinde Ptolemæus sequẽs, qui eduxit fossam latitudine pedum.C, altitudine.XXX, in longitudine.XXXVII.D.p. usque ad fontes amaros. Vltrà deterruit inundationis metus, excelsiore tribus cubitis rubro mari cõperto, q̃ terra Aegypti. Aliqui eam non afferũt causam, sed ne immisso mari corrũperetur aqua Nili, quæ sola potus præbet. Nihilominus iter totum terendo frequentatur à mari Aegyptio, quod est triplex: Vnum à Pelusio ꝑ harenas, in quo nisi calami defixi regant, uia non reperitur, subinde aura uestigia operiente. Alterũ uero.II.M.p. ultra Casium montẽ, quod à.LX.M.p.

redit in Pelusiacam uiam. Accolunt Arabes Autei. Tertium à Gerro (quod Adipson uocāt) per eosdem Arabes. LX. M. p. propius, asperū montibus & in ops aquarū. Eæ uiæ oēs Arsinoēn ducunt, conditam sororis noīe in sinu Charandra, à Ptolemæo Philadelpho, qui primus Troglodyticen excußit, amnem qui Arsinoēn præfluit, Ptolemæum appellauit. Mox oppidum paruū est Aennū, pro quo alij Philoteram scribūt. Deinde sunt Azarei, ex Troglodytarū con nubijs Arabes feri: insulæ, Sapirene, Scitala, mox deserta ad Myos hormō, ubi fons Tadnos, mōs Eos, insula Lambe, portus multi, Berenice oppidum matris Philadelphi noīe, ad quod iter à Copto diximus. Arabes Autei & Gnebadei. Troglodytice, quā prisci Michoēn, alij Midoēn dixere. Mons Pentedactylos. Insulæ stenæ Diræ aliquot, Halonnenses nō pauciores: Cardamin, Topazos, quæ gēmæ nomen dedit. Sinus insulis refertus: ex ijs quæ Maren uocatur, aquosa quæ Eratonos. Sinentes. Regū ij præfecti fuere. Introrsus Candei, quos Ophiophagos uocant, serpētibus uesci assueti. Neq; alia regio fertilior earū. Iuba qui uidetur diligentißime ꝓsecutus hæc, omisit in hoc tractu (nisi si exemplariū uitiū est) Berenicen alterā, quæ Panchrysos cognoīata est. Tertiam quæ Epi dires insignē loco. Est enim sita in ceruice longe ꝓcurrente, ubi fauces rubri maris. IIII. M. L. p. ab Arabia distant. Insulæ ibi Cytis topaziū ferens, & ipsa ul-

Diræ hoc loco accipiendum, ut sit nomē oppidi et ꝓmontorij, ex Stra. et Steph. quod latinis Dira, græcis Δειρὴ scribitur. Sensus ergo hmōi esse pōt: Insulæ Stenæ, hoc

ipsa ultra syluas, ubi Ptolemais à Philadelpho condi ta ad uenatus elephantorũ, ob id Epi therias cogno minata, iuxta lacũ Monoleũ. Hæc est regio secundo ex Strabone uolumine à nobis significata: in qua. XLV. diebus sex esse accipi ante solstitiũ, totidẽq; postea, horarũ. VI. consumun tur umbræ, & in meridiẽ reliqs horis cadunt, cæte- ris diebus in septentrionẽ: cum in Berenice quã pri- mam posuimus, ipso die solstitij. VI. hora umbræ in totũ absumantur, nihilq; adnotatur aliud noui. DC II. M. p. interuallo à Ptolemaide: res ingentis exem pli, locusq; subtilitatis immensæ, mundo ibi deprehẽ so, cum indubitata ratiõe umbrarum, Eratosthenes mensurã terræ ꝓdere inde cœperit. Hinc Azaniũ mare, ꝓmontorium qđ aliqui Hispalũ scripsere. La cus Mandalũ. Insula Casitis, & in alto multæ, in qui bus testudo plurima. Oppidũ Suchæ. Insula Daphni dis. Oppidum Aduliton. Aegyptiorũ hoc serui à do minis ꝓfugi cõdidere. Maximũ hic emporium Tro glodytarũ etiam Aethiopũ. Abest à Ptolemaide. V. dierũ nauigatione. Deferunt plurimũ ebur, rhinoce rotũ cornua, hippopotamorũ coria, celetum testũdi num, sphingia, mancipia. Supra Aethiopes Arrothe ras insulæ, quas Elean uocant, item Bacchias & An tibacchias, et Stratonis. Hinc in ora Aethiopiæ sinus incognitus, qđ admiremur, cum ulteriora mercato- res scrutentur. Promontoriũ in quo est fons tutius, expetitus nauigãtibus. Vltrà Isidis portus. X. dierũ

est angustæ, ad Diram: quas mus, et Plinius incerto nume ro designat.

u ij remigi

remigio ab oppido Adulitarũ distans. In eum Troglodytis myrrha confertur. Insulæ ante portũ duæ Pseudopylæ uocãtur, interiores totidẽ Pylæ. In altera stelæ lapideæ literis incognitis. Vltrà sinus Abalites. Insula Diodori, & aliæ desertæ. Oppidum Gaza, ꝑmontoriũ & portus Mossylicus, quo cinnamomum deuehitur. Hucusque Sesostris exercitũ duxit. Aliqui unum Aethiopiæ oppidũ ultrà ponunt in littore Baragaza. A Moselite ꝑmontorio Atlãticum mare incipe uult Iuba, præter Mauritanias suas Gadis usq; nauigandũ coro. Cuius tota sententia hoc in loco subtrahenda non est. A promõtorio Indorũ qđ uocatur Lepte acra, ab alijs Drepranũ, ꝓponit recto cursu præter exusta & Malocho insulam. XV. M. p. esse. Inde ad locũ quem uocant Sceneos. CCXXV. M. Inde ad insulã Sadanum. CL. M. p. Sic fieri ad apertũ mare. XVIII. LXXXV. M. p. Reliqui omnes ꝓpter solis ardorem nauigare posse non putauerunt. Quin & cõmercia ipsa infestant ex insulis Arabes Ascitæ appellati, quoniã bubulos utres binos sternẽtes ponte, piraticã exercent sagittis uenenatis. Gentes Troglodytarũ Iuba tradit Therothoas à uenatu dictos, miræ uelocitatis: sicut Ichthyophagos, natãtes ceu maris animalia. Bargenos, Zageras, Chalybas, Saxinas, Syrecas, Daremas, Domazanes. Quin & accolas Nili à Syene non Aethiopum populos, sed Arabũ esse dicit usq; Meroën. Solis quoq;

*lis quoq; oppidũ (quod non ꝓcul Memphi in Aegypti situ diximus) Arabas conditores habere. Sunt & qui ulteriorẽ ripã Aethiopiæ auferant, adnectantq́; Africæ: ripas aũt incolere ꝑpter aquam.* Nos relicto cuiq; arbitrio intelligendi, oppida quo tradũt ordine utrinq; ponemus. A Syene & prius Arabiæ latere gens Cataduppi. Deinde Syenitæ. Oppida *Tacompson, quam quidã appellauerũt Thathicen, Aranium, Sesaniũ, Sandura, Nasaudum, Anaudoma, Cumara, Beta, & Bochiana, Leuphitorga, Tãtarene, Mœchindira, Noa, Gophoa, Gystate, Megeda, Lea, Rhemnia, Nupsia, Direa, Pataga, Bagada, Dumana, Rhadata, in quo felis aurea ꝓ deo colebatur. Boron in mediterraneo, Mallos proximum Meroë. Sic ꝓdidit Bion. Iuba aliter. Oppidum Limum in mõte Megaticos inter Aegyptũ & Aethiopiam, qđ Arabes Myrson uocauere. Deinde Tacompson, Aranium, Sesaniũ, Pidne, Mamuda, Corambin. Iuxta eam bituminis fontẽ, Hammodata, Prosda, Parenta, Mama, Tessara, Gallas, Zotõ, Gaucomene, Meumpidi, Botas, Endonda, Cametas, Nomades in tabernaculis uiuẽtes: Cystæ, Pemmani, Gadagalẽi, Paloi, *Primmi, Nupsij, Deselini, Patini, Gambreues, Magasnæ, Segasmala, Cranda, Denna, Cadeumna, Thena, Batha, Alana, Macua, Scammos, Goram. In insula ab ijs ab Alexãdro Callim, Seren, Mallos, Agócen. Ex Africæ latere tradita sunt eodẽ noĩe Tacompsos al-

Metacompson Ptole.

Premni. Stra.

u iij tera,

tera, siue pars prioris Mogora, Sea, Edosa, Pelenaria, Pyndis, Magusa, Bauma, Linitima, Spyntuma, Sydopta, Gensoa, Pindicitora, Eugoa, Orsima, Suasa, Mauma, Rhuma, Vrbubuma, Mulona, quod oppidum græci Hypatiton uocarunt: Pagoargas, Zamnes, unde elephanti incipiant: Mamblia, Berresa, Cetuma. Fuit quondã & Epis oppidũ contra Meroen, anteq̃ Bion scriberet deletũ. Hæc sunt ꝑdita usq; Meroën, ex qbus hoc tẽpore nullum ꝑpè utroq; latere extat. Cæteræ solitudines. Nuꝑ renũciauere principi Neroni, missi ab eo milites prætoriani, cũ tribuno ad explorandũ, inter reliqua bella Aethiopicũ cogitãti. Intrauere aũt et eò arma Ro. diui Augusti temporibus, duce P. Petronio, & ipso equestris ordinis præfecto Aegyptijs. Oppida eorũ expugnauit, quæ sola inuenerat quo dicemus ordine, Pselchin, Primin, Aboccin, Phthurin, Cambusin, Attenan, Stadisin, ubi Nilus præcipitans se, fragore auditum accolis aufert. Diripuit & Napata. Longissimi autem à Syene ꝓgressus .D.CCCLXX. M.p. Nec tamen arma Ro. solitudinẽ ibi fecerunt. Aegyptiorũ bellis attrita est Aethiopia, uicissim imperitando seruiendoq;, clara et potens etiã usq; ad Troiana bella Memnone regnãte, & Syriæ imperitasse eam, nostroq; littore ætate regis Cephei patet Andromadæ fabulis. Simili modo & de mensura eius uaria ꝓdidere. Primus Dalion ultra Meroën longè subuectus. Mox Aristo-

Premnen. Str.

*Aristocreon, & Bion, & Basilis. Simonides minor etiam qnquennio in Meroe moratus cum de Aethiopia scriberet. Nam & Timosthenes Classium Philadelphi praefectus sine mensura dierum. LX. à Syene Meroën iter ꝓdidit. Eratosthenes. D.CXXV. M: Artemidorus. D.C.M: Sebosus ab Aegypti extrēis sexdecies. LXXV. M. p. ꝓxime dicti. LXV. Verū oīs haec finita nuper disputatio est, quoniā à Syene D.CCCCLXII. M. Neronis exploratores renūciauere his modis. A Syene Hieran sycaminon. LIIII. M. p. Inde Tania. LXXV. M. p. regionē Enominiton Aethiopū primā. CXX. M. Acinā. LXIIII. M. Pitaram. XXV. Tergedum. CVI. M. insulam Gagauden esse in medio eo tractu. Inde primum uisas aues psittacos, & ab altera (quae uocatur Artigula) animal sphingiō, à Tergedo Cynocephalos. Inde Nabata. LXXX. M. Oppidum id paruum inter praedicta solum. Ab eo ad insulā Meroën. CCCLX. M. Herbas circa Meroën demū uiridiores syluarūq; aliquid, apuisse rhinocerotū elephantorumq; uestigia. Ipsum opoidū Meroën ab introitu iusulae abesse LXX. M. p. Iuxtaq; aliā insulā tractu dextro subeuntibus aluco quae portum faceret. Aedificia oppidi pauca. Regnare foeminā Candacen, qd' multis iam annis nomen ad reginas transijt. Delubrū Ammonis est ibi religiosum, et toto tractu sacella. Caeterū cum potirētur rerū Aethiopes, īsula ea magnae claritatis*

fuit. Tradunt armatorum.CCL.M.dare solitam, artificũ.CCCC.M.alere. Reges Aethiopũ.XLV & hodie traduntur.

Multiformes & miræ hominum effigies.
Caput .XXX.

VNiuersa uero gens Etheria appellata est,deinde Atlantia,mox à Vulcani filio Aethiope Aethiopia. Animaliũ hominumq; effigies monstriferas circa extremitates eius gigni minime mirum, artifici ad formãda corpora effigiesq; cælãdas mobilitate ignea. Ferunt certe ab oriẽtis parte intima gẽtes esse sine naribus,æquali totius corporis planicie. Alias superiore labro orbas, alias sine linguis. Pars etiã ore concreto & naribus carens,uno tantũ foramine spirat,potumq; calamis auenæ trahit, & grana eiusdem auenæ sponte prouenientis ad uescendum. Quibusdã pro sermone nutus motusq; mẽbrorũ esse. Quibusdã ante Ptolemæũ Lathyrũ regem Aegypti ignotus fuit usus ignium. Quidam & Pygmæorũ gentes ꝑdiderunt ante paludes ex quibus Nilus ꝑdiretur. In ora enim ubi desiimus,continui montes ardentibus similes rubent. Troglodytis & rubro mari à Meroẽ tractus omnis qui supponitur,à Napata tridui itinere ad rubrum littus aqua pluuia ad usum cõpluribus locis seruatur,fertilissima regione (quæ interest) auri. Vlteriora Atabuli Aethiopũ gens tenet. Deinde cõtra Meroén Megabari,quos

*bari,quos aliqui Adiabaras noïauere,ꝑpidum habent Apollinis.Pars eorũ Nomades,quæ elephantis uescitur.Et ex aduerso in Africæ parte Macrobij. Rursus à Megabaris Mẽnones & Danelli, dierũq; XX.ĩteruallo Critensi. Vltra eos * Dochi.Deinde Gymnites semper nudi. Mox Anderæ, Mathitoe, Mesagebes,Hiporeæ,atri coloris tota corpora rubrica illinunt. At ex Africæ parte Medimni.Deinde Nomades cynocephalorũ lacte uiuẽtes, Olabi, Syrbotæ,qui octonũ cubitorũ esse dicũtur. Aristocreon Libyæ latere à Meroë,oppidũ * Tolen dierũ V.itinere tradit.Inde dierũ.XII.Esar Aegyptiorũ oppidũ, qui Psammetichũ fugerunt, in eo ꝑduntur annis.CCC. habitasse. Contrà in Arabico latere Daron oppidũ esse eorũ.Bion aũt Sapen uocat quod ille Esar,et ipso noïe aduenas ait significari.Caput eorũ in insula Sembobitin, & tertiũ in Arabia Sai. Inter mõtes autẽ & Nilũ Symbari sunt * Phaliges, in ipsis uero mõtibus Asachæ multis natiõibus. Abesse à mari dicũtur dierũ.V.itinere.Viuũt elephãtorũ uenatu. Insula in Nilo Sebritarum reginæ paret. Ab ea Nubei Aethiopes dierũ octo itinere.Oppidũ eorũ Nilo impositũ * Tenupsis, Sambri,apud quos quadrupedes oẽs sine auribus,etiã elephãti. At ex Africæ parte Ptoembari,Ptoemphanæ qui canẽ pro rege habẽt,motu eius imperia augurãtes. Aruspi oppido Longẽ à Nilo sito.Postea Achisarin,Pha-*

Dedacæ. Pto.

Coloën. Pto.

Phalanges. Pto.

Tenesis.Stra.

u V liges,

*Aethiopas tantũ populos habere traditur. Ephorus autor est, à rubro mari nauigantes in eam non posse ꝓpter ardores ultra quasdã columnas (ita appellantur paruæ insulæ) ꝓuehi. Polybius in extrema Mauritania contra montẽ Atlantẽ à terra stadia. VIII. abesse ꝓdidit Cernen. Nepos Cor. ex aduerso maxime Carthaginis à continente pass. M: non ampliorẽ circuitũ. II. M. Traditur et alia insula cõtra montẽ Atlantẽ, & ipsa Atlantis appellata. Ab ea. V. dierum nauigatione solitudines ad Aethiopas Hesperios, & ꝓmontoriũ quod uocamus Hesperiõceras, inde primũ circumagẽte se terrarũ fronte in occasum ac mare Atlanticũ. Contra hoc ꝓmontorium Gorgones insulæ narrantur, Gorgonũ quondã domus, bidui nauigatione distãtes à cõtinente, ut tradit Xenophon Lampsacenus. Penetrauit in eas Hãno Pœnorum imperator, ꝓdiditq; hirta fœminarũ corpora uiros pernicitate euasisse, duarumq; Gorgonũ cutes argumenti & miraculi gratia in Iunonis tẽplo posuit, spectatas usq; ad Carthaginem captam. Vltra has etiamnum duæ Hesperides insulæ narrantur. Adeoq; omnia circa hæc incerta sunt, ut Statius Sebosus à Gorgonum insulis prænauigatione Atlantis dierum. XL. ad Hesperidum insulas cursum ꝓdiderit, ab ijs ad Hesperionceras unius. Nec Mauritaniæ insularum certior fama est. Paucas modo cõstat esse ex aduerso Autololum, à Iuba repertas, in quibus Getu*

*bus Getu*

*bus Getulicam purpuram tinguere instituerat.*

De *fortunatis insulis.* Ca. .XXXII.

SVnt qui ultra eas fortunatas putãt esse quasdã & alias, quarũ numerũ idẽ Sebosus etiã spatia cõplexus, Iunoniã abeße à Gadibus. D. CCL. M. p. tradit. Ab ea tãtundẽ ad occasum uersus Pluuialiã Caprariamq́; : in Pluuialia non eße aquã nisi ex imbribus. Ab ijs. CCL. M. p. fortunatas cõtra læuam Mauritaniæ. VIII. M. p. Oram solis uocari in conualle à conuexitate, et Planariã à specie conuallis. Circuitu. CCC. M. p. Arborũ ibi ꝓceritatem ad cẽtum quadraginta quatuor pedes adolescere. Iuba de fortunatis ita inquisiuit, ut sub meridiem positas esse ꝓpe occasum, à Purpurarijs. D. CCXXV. M. paſ. sic ut. CCL. supra occasum nauigetur. Deinde per. CCCLXXV. M. p. ortus petatur. Primã uocari Ombriõ nullis ædificiorum uestigijs, habere in montibus stagnũ, arbores similes ferulæ, ex quibus aqua exprimatur, ex nigris amara, ex cãdidioribus potui iucũda. Alterã insulã Iunoniã appellari, in ea ædiculam esse tantũ lapide extructã. Ab ea in uicino eodẽ nõie minorem. Deinde Caprariam lacertis grandibus refertã. In cõspectu earũ esse Niuariam quæ hoc nomen accepit à perpetua niue nebulosam. Proximã ei Canariam uocari, à multitudine canum ingentis magnitudinis, ex quibus perducti sunt à Iuba duo, apparentq́; ibi fastigia ædificiorũ. Çum aũt

copia oẽs

*nitæ pluribus oppidis, ſed maximis* Nagia, & Ta*mna templorũ.*LXV.H*æc eſt amplitudinis ſignificatio, hoc* ꝑ*montorium, à quo ad continentẽ* Troglo*dytarũ.*L.M.p.T*hoani*, A*cchitæ*, C*hatramotitæ*, T*omabei*, A*ntidalei*, L*exianæ*, A*grei*, C*erbani*, S*abæi* A*rabũ* ꝓ*pter thura clariſſimi ad utraq; maria porrectis gentibus.* Oppida *eorum in rubro littore* Marane, Marma, Corolia, Sabatra: *intus oppida* Naſcus, Cardaua, Carnus, & *quo merces odorũ deferunt* Tomala. Pars *eorũ* Atramitæ, *quorũ caput* Sobotale.LX.M.*templa muris includẽs*.Regia *tamen oĩum* Mariaba. *Sinum obtinet*.XCIIII.M.p. *refertũ inſulis odoriferis.* Atramitis *in mediterraneo iunguntur* Minæi, *mare accolunt*, & Elamitæ. Oppidũ *eiuſdẽ noĩs.* Iis *iunguntur* Cagulatæ. Oppidum Siby, *quod* Græci Appoden *uocãt*, Arſicodani, Vadei *cũ oppido magno*, Baraſei, Licheni. Sygaros *inſula, quã canes nõ intrant, expoſitiq; circa littora errãdo moriuntur. Sinus intimus in quo* Læanitæ *q nomen ei dedere.* Regia *eorũ* Agra, & *in ſinu* Læana, *uel ut alij* Elana. Nam & *ipſum ſinũ noſtri* Elaniticũ *ſcripſere, alij* Elanaticũ, Artemidorus Alaniticũ, Iuba Læniticũ. *Circuitus* Arabiæ *à* Charace Læana *colligere* ꝓ*ditur quadragies octies.* LXV. *paſ.*Iuba *paulo minus.*XL.M.*putat.*L*atiſſima eſt à ſeptẽtrione inter oppida* Heroum & Characem. Nunc & *reliqua mediterranea eius dicãtur.* Naba

teis Thimaneos iunxerunt ueteres, nunc sunt Tauēni, Suelleni, Sarraceni. Arrareni. Oppidū in quo oīs negociatio cōuenit, Hemuatæ, Analitæ. Oppida Domada, Egrata, Mudei. Oppidū Badanatha, Carrei. Oppidū Chariati, Achoali. Oppidū Phoda, ac Minæi, à rege Cretæ Minoë (ut existimant) originē trahētes, quorū Charmei oppidū. XIIII. M. p. Mariaba, Baramalacū, & ipsum non spernendū. Itē Carnon Rhammei, & horū origo Rhadamanthus putatur frater Minois. Homeritæ, Massala. Oppida, Hamirei, Sannei, Chantace, Bactias, Harma. Oppidum Gedranite, Ampre, Ilisanite, Bachilite, Sammei, Amathei. Cum oppidis Nessa & Cennesseri. Zamareni cum oppidis Saiace, Scantate, Bacascami. Rhiphearma oppidū, quo uocabulo appellant hordeū. Aurei & Raui, Gyrei & Matathæi. Helmodenes cū oppido Ebode. Agacturi in montibus cū oppido XXV. M. p. in quo fons Emischabales, quod significat camelorū oppidū. Amyelomei colonia Milesiorū. Actrida oppidū, Calingij, quorū Mariaba oppidū significat dominos oīm. Oppida Pallon, Murannimal iuxta flumen, per quod Euphratē emergere putant. Gentes Agrei, Hammonij. Oppidum Athenæ, Caurarani, quod significat ditißimos armento. Coranitæ, Cæsani, Choani. Fuerunt & Græca oppida, Arethusa, Larissa, Chalcis, deleta uarijs bellis. Romana arma solus in eam terrā adhuc intulit.

Ae. Gallus

Ae.Gallus ex equestri ordine. Nam C.Cæsar Augusti filius pspexit tantū Araciā. Gallus oppida diruit non nominata ab autoribus qui antè scripserunt, Egran, Annestū, Escam, Magusum, Tammacū, Labeciam, et supradictā Mariabam, circuitu. VI.M.p. Item Caripeta, quo longissime pcessit. Cætera explorata retulit. Nomades lacte & ferina carne uesci. Reliquos uinū ut Indos palmis exprimere, oleū Sesamæ. Numerosissimos esse Homeritas, Minæos, fertiles agros palmetis, arbustis. In pecore diuites Cembanos et Arios, armis præstare maxīe Chatramotitas. Carræis latissimos et fertilissimos agros. Sabæos, ditißimos syluarū fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum riguis, mellis ceræq; puentu. Deinde de odoribus suo dicemus uolumine. Arabes, mitrati degūt, aut intonso crine: barba abraditur, præterq̄ in superiore labro. Alijs & hæc intōsa: mirumq; dictu, ex innumeris populis pars coæqua in cōmercijs aut latrocinijs degit: in uniuersum gentes ditissimæ, ut apud quas maxime opes Romanorum Parthorumq; subsistāt, uendentibus quæ è mari aut syluis capiāt, nihil inuicē redimentibus. Nunc reliquam oram Arabiæ contrariam psequemur. Timosthenes totum sinum quatridui nauigatione in longitudinem taxauit, bidui latitudinem, angustias. IIII. M.D.p. Eratosthenes ab ostio. XIII.M. in quanque partem. Artemidorus Arabiæ latere. XIIII.L.M.

Sinus ma

Sinus maris rubri Troglodytici & Aethiopici.
Caput .XXIX.

A Troglodytico uero undecies. LXXXIII. M.p. Ptolemaïda usq;, Agrippa. XIIII.X XII.M.p. sine differētia laterū. Pleriq; latitudinē CCCCLXII. ꝓdiderunt: faucesq; hyberno orienti obuersas, alij .IIII.M, alij .VII.M, alij .XII.M.p. patere. Situs aūt ita se habet. A sinu Elanitico alter sinus quē Arabes Aeant uocant, in quo Heroū oppidum est. Fuit & Cambiso inter Nelos & Marchadas, deductis eò ægris exercitus. Gens Tyra. Danecon portus, ex quo nauigabilē aluenū ꝑducere in Nilum, qua parte ad Delta dictū decurrit. LXII. M. pas. interuallo (qđ inter flumen & rubrū mare interest) primus oīm Sesostris Aegypti rex cogitauit. Mox Darius Persarū. Deinde Ptolemæus sequēs, qui eduxit fossam latitudine pedum. C, altitudine. XXX, in longitudine. XXXVII.D.p. usque ad fontes amaros. Vltrà deterruit inundationis metus, excelsiore tribus cubitis rubro mari cōperto, q̄ terra Aegypti. Aliqui eam non afferūt causam, sed ne immisso mari corrūperetur aqua Nili, quæ sola potus præbet. Nihilominus iter totum terendo frequentatur à mari Aegyptio, quod est triplex: Vnum à Pelusio ꝑ harenas, in quo nisi calami defixi regant, uia non reperitur, subinde aura uestigia operiente. Alterū uero. II.M.p. ultra Casium montē, quod à .LX.M.p.

u redit

redit in Pelusiacam uiam. Accolunt Arabes Autei. Tertium à Gerro (quod Adipson uocāt) per eosdem Arabes. LX. M. p. propius, asperū montibus & in ops aquarū. Eæ uiæ oēs Arsinoën ducunt, conditam sororis noīe in sinu Charandra, à Ptolemæo Philadelpho, qui primus Troglodyticen excußit, amnem qui Arsinoën præfluit, Ptolemæum appellauit. Mox oppidum paruū est Aennū, pro quo alij Philoteram scribūt. Deinde sunt Azarei, ex Troglodytarū connubijs Arabes feri: insulæ, Sapirene, Scitala, mox deserta ad Myos hormō, ubi fons Tadnos, mōs Eos, insula Lambe, portus multi, Berenice oppidum matris Philadelphi noīe, ad quod iter à Copto diximus. Arabes Autei & Gnebadei. Troglodytice, quā prisci Michoēn, alij Midoēn dixere. Mons Pentedactylos. Insulæ stenæ Diræ aliquot, Halonnenses nō pauciores: Cardamin, Topazos, quæ gēmæ nomen dedit. Sinus insulis refertus: ex ijs quæ Maren uocatur, aquosa quæ Eratonos. Sinentes. Regū ij præfecti fuere. Introrsus Candei, quos Ophiophagos uocant, serpētibus uesci assueti. Neq; alia regio fertilior earū. Iuba qui uidetur diligentißime ꝓsecutus hæc, omisit in hoc tractu (nisi si exemplariū uitiū est) Berenicen alterā, quæ Panchrysos cognoīata est. Tertiam quæ Epi dires insignē loco. Est enim sita in ceruice longe ꝓcurrente, ubi fauces rubri maris. IIII. M. L. p. ab Arabia distant. Insulæ ibi Cytis topaziū ferens, & ipsa ul-

Diræ hoc loco accipiendum, ut sit nomē oppidi et ꝓmontorij, ex Stra. et Steph. quod latinis Dira, græcis Δειρὴ scribitur. Sensus ergo hmōi esse pōt: Insulæ Stenæ, hoc

ipſa ultra ſyluas,ubi Ptolemais à Philadelpho condi
ta ad uenatus elephantorũ,ob id Epi therias cogno
minata,iuxta lacũ Monoleũ.Hæc eſt regio ſecundo
uolumine à nobis ſignificata: in qua.XLV.diebus
ante ſolſtitiũ,totidẽq; poſtea,horarũ.VI.conſumun
tur umbræ,& in meridiẽ reliqs horis cadunt,cæte-
ris diebus in ſeptentrionẽ:cum in Berenice quã pri-
mam poſuimus,ipſo die ſolſtitij.VI.hora umbræ in
totũ abſumantur,nihilq; adnotatur aliud noui.DC
II.M.p.interuallo à Ptolemaide:res ingentis exem
pli,locusq; ſubtilitatis immenſæ,mundo ibi deprehẽ
ſo,cum indubitata ratiõe umbrarum,Eratoſthenes
menſurã terræ ꝓdere inde cœperit. Hinc Azaniũ
mare,ꝓmontorium qđ aliqui Hiſpalũ ſcripſere.La
cus Mandalũ.Inſula Caſitis,& in alto multæ,in qui
bus teſtudo plurima.Oppidũ Suchæ. Inſula Daphni
dis.Oppidum Aduliton. Aegyptiorũ hoc ſerui à do
minis ꝓfugi cõdidere. Maximũ hic emporium Tro
glodytarũ etiam Aethiopũ.Abeſt à Ptolemaide.V.
dierũ nauigatione.Deferunt plurimũ ebur,rhinoce
rotũ cornua,hippopotamorũ coria,celetum teſtudi
num,ſphingia,mancipia.Supra Aethiopes Arrothe
ras inſulæ,quas Elean uocant,item Bacchias & An
tibacchias,et Stratonis.Hinc in ora Aethiopiæ ſinus
incognitus,qđ admiremur,cum ulteriora mercato-
res ſcrutentur. Promontoriũ in quo eſt fons tutius,
expetitus nauigãtibus.Vltrà Iſidis portus.X.dierũ

eſt anguſtæ,ad Diram: quas ex Strabone ſex eſſe accipimus,et Plinius incerto numero deſignat.

remigio ab oppido Adulitarũ distans. In eum Troglodytis myrrha confertur. Insulæ ante portũ duæ Pseudopylæ uocãtur, interiores totidẽ Pylæ. In altera stelæ lapideæ literis incognitis. Vltrà sinus Abalites. Insula Diodori, & aliæ desertæ. Oppidum Gaza, ꝓmontoriũ & portus Mossylicus, quo cinnamomum deuehitur. Hucusque Sesostris exercitũ duxit. Aliqui unum Aethiopiæ oppidũ ultrà ponunt in littore Baragaza. A Moselite ꝓmontorio Atlãticum mare incipe uult Iuba, præter Mauritanias suas Gadis usq; nauigandũ coro. Cuius tota sententia hoc in loco subtrahenda non est. A promõtorio Indorũ qđ uocatur Lepte acra, ab alijs Drepranũ, ꝓponit recto cursu præter exusta & Malocho insulam .XV. M.p.esse. Inde ad locũ quem uocant Sceneos. CCX XV. M. Inde ad insulã Sadanum. CL. M.p. Sic fieri ad apertũ mare. XVIII. LXXXV. M.p. Reliqui omnes ꝓpter solis ardorem nauigare posse non putauerunt. Quin & cõmercia ipsa infestant ex insulis Arabes Ascitæ appellati, quoniã bubulos utres binos sternẽtes ponte, piraticã exercent sagittis uenenatis. Gentes Troglodytarũ Iuba tradit Therothoas à uenatu dictos, miræ uelocitatis: sicut Ichthyophagos, natãtes ceu maris animalia. Bargenos, Zageras, Chalybas, Saxinas, Syrecas, Daremas, Domazanes. Quin & accolas Nili à Syene non Aethipoum populos, sed Arabũ esse dicit usq; Meroën. So

lis quoq;

lis quoq; oppidū (quod non ꝓcul Memphi in Aegypti situ diximus) Arabas conditores habere. Sunt & qui ulteriorē ripā Aethiopiæ auferant, adnectantq; Africæ: ripas aūt incolere ꝓpter aquam. Nos relicto cuiq; arbitrio intelligendi, oppida quo tradūt ordine utrinq; ponemus. A Syene & prius Arabiæ latere gens Cataduppi. Deinde Syenitæ. Oppida *Tacompson, quam quidā appellauerūt Thathicen, Aranium, Sesaniū, Sandura, Nasaudum, Anaudoma, Cumara, Beta, & Bochiana, Leuphitorga, Tātarene, Mœchindira, Noa, Gophoa, Gystate, Megeda, Lea, Rhemnia, Nupsia, Direa, Pataga, Bagada, Dumana, Rhadata, in quo felis aurea ꝓ deo colebatur. Boron in mediterraneo, Mallos proximum Meroë. Sic ꝓdidit Bion. Iuba aliter. Oppidum Limum in mōte Megaticos inter Aegyptū & Aethiopiam, qđ Arabes Myrson uocauere. Deinde Tacompson, Aranium, Sesaniū, Pidne, Mamuda, Corambin. Iuxta eam bituminis fontē, Hammodata, Prosda, Parenta, Mama, Tessara, Gallas, Zotō, Gaucomene, Meumpidi, Botas, Endonda, Cametas, Nomades in tabernaculis uiuētes: Cystæ, Pemmani, Gadagalēi, Paloi, *Primmi, Nupsij, Deselini, Patini, Gambreues, Magasnæ, Segasmala, Cranda, Denna, Cadeumna, Thena, Batha, Alana, Macua, Scammos, Goram. In insula ab ijs ab Alexādro Callim, Seren, Mallos, Agocen. Ex Africæ latere tradita sunt eodē noīe Tacompsos al-

Metacompson Ptole.

Premni. Stra.

u iij tera,

tera, siue pars prioris Mogora, Sea, Edosa, Pelenaria, Pyndis, Magusa, Bauma, Linitima, Spyntuma, Sydopta, Gensoa, Pindicitora, Eugoa, Orsima, Suasa, Mauma, Rhuma, Vrbubuma, Mulona, quod oppidum græci Hypatiton uocarunt: Pagoargas, Zamnes, unde elephanti incipiant: Mamblia, Berresa, Cetuma. Fuit quondã & Epis oppidũ contra Meroen, anteq̃ Bion scriberet deletũ. Hæc sunt ꝑdita usq; Meroēn, ex q̃bus hoc tẽpore nullum ꝓpè utroq; latere extat. Cæteræ solitudines. Nup renũciauere principi Neroni, mißi ab eo milites prætoriani, cũ tribuno ad explorandũ, inter reliqua bella Aethiopicũ cogitãti. Intrauere aũt et eò arma Ro. diui Augusti temporibus, duce P. Petronio, & ipso equestris ordinis præfecto Aegyptijs. Oppida eorũ expugnauit, quæ sola inuenerat quo dicemus ordine, Pselchin, Primin, Aboccin, Phthurin, Cambusin, Attenan, Stadisin, ubi Nilus præcipitans se, fragore auditum accolis aufert. Diripuit & Napata. Longißimi autem à Syene ꝓgressus. D.CCCLXX. M.p. Nec tamen arma Ro. solitudinẽ ibi fecerunt. Aegyptiorũ bellis attrita est Aethiopia, uicißim imperitando seruiendoq́;, clara et potens etiã usq; ad Troiana bella Memnone regnãte, & Syriæ imperitasse eam, nostroq́; littore ætate regis Cephei patet Andromadæ fabulis. Simili modo & de mensura eius uaria ꝓdidere. Primus Dalion ultra Meroēn longè subuectus. Mox Aristo-

Premnen. Str.

Aristocreon, & Bion, & Basilis. Simonides minor etiam qnquennio in Meroe moratus cum de Aethiopia scriberet. Nam & Timosthenes Clasium Philadelphi præfectus sine mensura dierum. LX. à Syene Meroēn iter ꝓdidit. Eratosthenes. D.CXXV. M: Artemidorus. D.C.M: Sebosus ab Aegypti extrēis sexdecies. LXXV. M.p. ꝓxime dicti. LXV. Verū oīs hæc finita nuper disputatio est, quoniā à Syene D.CCCCLXII. M. Neronis exploratores renūciauere his modis. A Syene Hieran sycaminon. LIIII. M.p. Inde Tania. LXXV. M.p. regionē Enominiton Aethiopū primā. CXX. M. Acinā. LXIIII. M. Pitaram. XXV. Tergedum. CVI. M. insulam Gagauden esse in medio eo tractu. Inde primum uisas aues psittacos, & ab altera (quæ uocatur Artigula) animal sphingiō, à Tergedo Cynocephalos. Inde Nabata. LXXX. M. Oppidum id paruum inter prædicta solum. Ab eo ad insulā Meroēn. CCCLX. M. Herbas circa Meroēn demū uiridiores syluarrmq; aliquid, apuisse rhinocerotū elephantorumq; uestigia. Ipsum opoidū Meroēn ab introitu iusulæ abesse LXX. M.p. Iuxtaq; aliā insulā tractu dextro subeuntibus aluco quæ portum faceret. Aedificia oppidi pauca. Regnare fœminā Candacen, qđ multis iam annis nomen ad reginas transijt. Delubrū Ammonis est ibi religiosum, et toto tractu sacella. Cæterū cum potirētur rerū Aethiopes, īsula ea magnæ claritatis

 fuit.

*fuit. Tradunt armatorum.* CCL.M.*dare solitam, artificū.* CCCC.M.*alere.* Reges Aethiopū.XLV *& hodie traduntur.*

*Multiformes & miræ hominum effigies.*

Caput .XXX.

VNiuersa uero gens Etheria appellata est, deinde Atlantia, mox à Vulcani filio Aethiope Aethiopia. Animaliū hominumq; effigies monstriferas circa extremitates eius gigni minime mirum, artifici ad formāda corpora effigiesq; cælādas mobilitate ignea. Ferunt certe ab oriētis parte intima gētes esse sine naribus, æquali totius corporis planicie. Alias superiore labro orbas, alias sine linguis. Pars etiā ore concreto & naribus carens, uno tantū foramine spirat, potumq; calamis auenæ trahit, & grana eiusdem auenæ sponte prouenientis ad uescendum. Quibusdā pro sermone nutus motusq; mēbrorū esse. Quibusdā ante Ptolemæū Lathyrū regem Aegypti ignotus fuit usus ignium. Quidam & Pygmæorū gentes ꝑdiderunt ante paludes ex quibus Nilus ꝑdiretur. In ora enim ubi desiimus, continui montes ardentibus similes rubent. Troglodytis & rubro mari à Meroē tractus omnis qui supponitur, à Napata tridui itinere ad rubrum littus aqua pluuia ad usum cōpluribus locis seruatur, fertilissima regione (quæ interest) auri. Vlteriora Atabuli Aethiopū gens tenet. Deinde cōtra Meroén Megabari, quos

bari, quos aliqui Adiabaras noĩauere, oppidum habent Apollinis. Pars eorũ Nomades, quæ elephantis uescitur. Et ex aduerso in Africæ parte Macrobij. Rursus à Megabaris Mẽnones & Danelli, dierũq; XX. ĩteruallo Critensi. Vltra eos * Dochi. Deinde Gymnites semper nudi. Mox Anderæ, Mathitoe, Mesagebes, Hiporeæ, atri coloris tota corpora rubrica illinunt. At ex Africæ parte Medimni. Deinde Nomades cynocephalorũ lacte uiuẽtes, Olabi, Syrbotæ, qui octonũ cubitorũ esse dicũtur. Aristocreon Libyæ latere à Meroẽ, oppidũ * Tolen dierũ V. itinere tradit. Inde dierũ. XII. Esar Aegyptiorũ oppidũ, qui Psammetichũ fugerunt, in eo ꝑduntur annis. CCC. habitasse. Contrà in Arabico latere Daron oppidũ esse eorũ. Bion aũt Sapen uocat quod ille Esar, et ipso noĩe aduenas ait significari. Caput eorũ in insula Sembobitin, & tertiũ in Arabia Sai. Inter mõtes autẽ & Nilũ Symbari sunt * Phaliges, in ipsis uero mõtibus Asachæ multis natiõibus. Abesse à mari dicũtur dierũ. V. itinere. Viuũt elephãtorũ uenatu. Insula in Nilo Sebritarum reginæ paret. Ab ea Nubei Aethiopes dierũ octo itinere. Oppidũ eorũ Nilo impositũ * Tenupsis, Sambri, apud quos quadrupedes oẽs sine auribus, etiã elephãti. At ex Africæ parte Ptoembari, Ptoemphanæ qui canẽ pro rege habẽt, motu eius imperia augurãtes. Aruspi oppido Longẽ à Nilo sito. Postea Achisarin, Pha

Dedacæ. Pto.

Coloẽn. Pto.

Phalanges. Pto.

Tenesis. Stra.

 liges,

liges, Marigerri, Casamarri. Bion et alia oppida in insulis tradit. A Sembobiti Meroën uersus dierū toto itinere. XX. Proximæ insulæ oppidū Sebritarū sub regina. Et aliud Asar, alterius oppidū Daron. Tertiā Medoën uocāt in qua oppidū Asel. Quartā eodē quo oppidum noīe Garodē. Inde Paropas oppidum, Nauos Modundæ, Mandatini, Secanduni, Colligati, Secandæ, Nauectabæ, Cumi, Agrospi, Aegypani, Candrogari, Arabum summorū. Regio supra Sirbitū, ubi desinunt mōtes: traditur à quibusdā habere maritimos Aethiopas, Nisicastes, Nisitas quod significat ternū & quaternū oculorū uiros: nō quia sic sit, sed quia sagittis præcipua contēplatione utuntur. Ab ea uero parte Nili quæ supra Syrtes maiores oceanūq; meridianū ꝑtenditur, Dalion uocatos esse dicit, pluuia tantū aqua utentes Cisoros, Longoporos. Ab Oecalicibus dierū. V. itinere Usibalcos, Isuelos, Pharusios, Valios, Cispios. Reliqua deserta. Deinde fabulosa ad occidētem uersus Nigroe, quorū rex unum oculū habeat in fronte. Agriophagi pantherarū et leonū carnibus maxīe uiuentes. Pamphagi omnia mandētes. Anthropophagi humana carne uescētes. Cynamolgi caninis capitibus. Arthabathitæ quadrupedū ferarū mō uagi. Deinde Hesperiæ, Perorsi quos in Mauritaniæ confinio diximus. Pars quædā Aethiopū locustis tantū uiuit, fumo et sale duratis in annua alimenta, ij quadragesimū uitæ annū non exce-

*non excedunt. Aethiopũ terrã uniuersam cum mari rubro patere in longitudinẽ semel & uicies.* LXX. M.p. *in latitudinẽ cũ superiore Aegypto duodecies* XCVII. M. *Agrippa existimauit. Quidã longitudinem ita diuiserunt.* A Meroẽ Sirbitũ. XV. *dierum nauigatiõe. Ab ea.* XII. *ad* Dabellos. *Ab ijs ad oceanum* Aethiopicum. VI. *dierum iter. In totũ enim ab oceano ad Meroẽn:* D.CC.XXV.M. *pass. esse inter autores ferè conuenit. Inde* Syenẽ *quantũ diximus. Sita est Aethiopia ab oriente hyberno ad occidentem hybernũ. Meridiano cardine syluæ hebeno maxĩe uirent: meridiana parte imminens mari mõs excelsus æternis ardet ignibus, Aeonocauma dictus, à quo nauigatio quatridui ad pmontoriũ quod* Hesperionceras *uocatur, cõfine Africæ iuxta* Aethiopas & Hesperios. *Quidam et in eo tractu modicos colles amœna opacitate uestitos Aegypanũ Satyrorumq; produnt.*

*Insulæ Aethiopici maris.* Ca. .XXXI.

INsulas toto eo mari & Ephorus complures esse tradit, & Eudoxus et Timosthenes. Clitarchus uero Alexandro regi renuntiatam adeo diuitem, ut equos insulæ talentis auri pmutarent. Alteram, ubi sacer mons opacus sylua repertus esset, distillãtibus arboribus odore miræ suauitatis. Contra sinũ Persicum Cerne noĩatur insula aduersa Aethiopiæ, cuius neq; magnitudo neq; interuallũ à continente cõstat.

Aethiopas

*Aethiopas tantũ populos habere traditur. Ephorus autor est, à rubro mari nauigantes in eam non posse ꝓpter ardores ultra quasdã columnas (ita appellantur paruæ insulæ) ꝓuehi. Polybius in extrema Mauritania contra montẽ Atlantẽ à terra stadia. VIII. abesse ꝓdidit Cernen. Nepos Cor. ex aduerso maxime Carthaginis à continente pass. M: non ampliorẽ circuitũ. II. M. Traditur et alia insula cõtra montẽ Atlantẽ, & ipsa Atlantis appellata. Ab ea. V. dierum nauigatione solitudines ad Aethiopas Hesperios, & ꝓmontoriũ quod uocamus Hesperiõceras, inde primũ circumagẽte se terrarũ fronte in occasum ac mare Atlanticũ. Contra hoc ꝓmontorium Gorgones insulæ narrantur, Gorgonũ quondã domus, bidui nauigatione distãtes à cõtinente, ut tradit Xenophon Lampsacenus. Penetrauit in eas Hãno Pœnorum imperator, ꝓdiditq; hirta fœminarũ corpora uiros pernicitate euasisse, duarumq; Gorgonũ cutes argumenti & miraculi gratia in Iunonis tẽplo posuit, spectatas usq; ad Carthaginem captam. Vltra has etiamnum duæ Hesperides insulæ narrantur. Adeoq; omnia circa hæc incerta sunt, ut Statius Sebosus à Gorgonum insulis prænauigatione Atlantis dierum. XL. ad Hesperidum insulas cursum ꝓdiderit, ab ijs ad Hesperionceras unius. Nec Mauritaniæ insularum certior fama est. Paucas modo cõstat esse ex aduerso Autololum, à Iuba repertas, in quibus Getu*

*bus Getulicam purpuram tinguere instituerat.*

De fortunatis insulis. Ca. .XXXII.

S*Vnt qui ultra eas fortunatas putāt esse quasdā & alias, quarū numerū idē Sebosus etiā spatia cōplexus, Iunoniā abesse à Gadibus.*D.CCL.M.p. *tradit. Ab ea tātundē ad occasum uersus Pluuialiā Caprariamq́; in Pluuialia non esse aquā nisi ex imbribus. Ab ijs.*CCL.M.p. *fortunatas cōtra læuam Mauritaniæ.*VIII.M.p. *Oram solis uocari in conualle à conuexitate, et Planariā à specie conuallis. Circuitu.*CCC.M.p. *Arborū ibi proceritatem ad cētum quadraginta quatuor pedes adolescere. Iuba de fortunatis ita inquisiuit, ut sub meridiem positas esse prope occasum, à Purpurarijs.*D.CCXXV.M. *pas. sic ut.*CCL. *supra occasum nauigetur. Deinde per.*CCCLXXV.M.p. *ortus petatur. Primā uocari Ombriō nullis ædificiorum uestigijs, habere in montibus stagnū, arbores similes ferulæ, ex quibus aqua exprimatur, ex nigris amara, ex cādidioribus potui iucūda. Alterā insulā Iunoniā appellari, in ea ædiculam esse tantū lapide extructā. Ab ea in uicino eodē noīe minorem. Deinde Caprariam lacertis grandibus refertā. In cōspectu earū esse Niuariam quæ hoc nomen accepit à perpetua niue nebulosam. Proximā ei Canariam uocari, à multitudine canum ingentis magnitudinis, ex quibus perducti sunt à Iuba duo, apparentq́; ibi fastigia ædificiorū. Cum aūt*

copia oēs

*copia oẽs pomorum & auium omnis generis abundent, hanc & palmetis caryotas ferentibus, ac nuce pinea abundare. Esse copiam quoq; mellis. Papyrum quoque & siluros in amnibus gigni, infestari eas beluis, quæ expellantur aßidue, putrescentibus. At abunde orbe terrarum extrà intrà indicato. collecta in arctum mensura æquior uidetur.*

*Terræ per mensuras computatæ digestio.*
*Caput* .XXXIII.

P*Olybius à Gaditano freto lõgitudine directo cursu ad os Mæotis.* XXXIIII.XXXVII. M.D.p. *ꝓdidit. Ab eodẽ initio ad orientẽ recto cursu Siciliam duodecies.* LX.M.D.p:*Cretã*.CCCLXXV.p:*Rhodũ*. CLXXXVI.D.p: *Chelidonias tantundẽ: Cyprũ*.CCCXXV.p.*Inde Syriæ Seleuciã, Pieriã*. CXV.p.*Quæ cõputatio efficit uicies ter*.XL.M.p.*Agrippa hoc idẽ interuallum à freto Gaditano ad sinũ Persicũ per longitudinẽ directam* XXXIIII.XL.M.p.*taxat, in quo haud scio an sit error numeri, quoniã idem à Siculo freto Alexandriam cursus*.XII.L.M.p.*tradidit. Vniuersus aũt circuitus per sinus dictos ab eodem exordio colligit intra Mæotin lacũ*.CLVI.M.p.*Artemidorus adijcit*.D.CCLVI.M.*Idẽ cum Mæotide*.CLXXIII.XC.*paſ. esse tradit. Hæc est mensura inermium, & pacata audacia fortunam ꝓuocantium hoĩm. Nunc ipsarũ partium magnitudo cõparatur, utcũq; difficultatem*

cultatem afferet autorũ diuersitas. Aptissime tamẽ spectabitur ad longitudinẽ latitudinẽ addita. Est ergo ad hoc præscriptum Europæ magnitudo. LXXXI. XLVIII. M. pas. Africæ (ut media ex omni uarietate prodentiũ sumatur cõputatio) efficit longitudo. XXXVII. XLVIII. M. Latitudo qua colitur, nusq̃. CCL. M. p. excedit. Sed quoniam à Cyrenaica eius parte. D. CCCCX. M. p. eã fecit Agrippa, deserta eius ad Garamantas usque quà noscebantur, cõplectẽs uniuersam mensurã quæ uenit in cõputationem. XLVI. VIII. M. p. efficit. Asiæ lõgitudo in cõfesso est. LXIII. M. D. CCCL. M. p. Latitudo sanè cõputetur ab Aethiopico mari Alexandriã iuxta Nilũ sitam, ut p Meroẽn et Syenen mẽsura currat. XVIII. LXXV. M. p. Apparet ergo Europã paulominus dimidia Asiæ parte maiorem esse q̃ Asiam, eandẽ altero tanto et sexta parte Africæ ampliorem q̃ Africã. Quod si misceãtur oẽs summæ, liq̃do patebit Europã totius terræ tertiã esse partem & octauã paulo amplius, Asiam uero quartã et quartã decimã, Africam aũt q̃ntam et insuper sexagesimã.

His addemus etiamnum unam græcæ inuẽtionis sententiã uel exq̃sitissimæ subtilitatis, ut nihil desit ĩ spectando terrarum situ: indicatisq́; regionibus noscatur, & quæ cuiq; earum societas sit siue cognatio dierum ac noctium, quibusq́; inter se pares umbræ & æqua mundi conuexitas. Ergo reddetur hoc etiam, terraq́;

terraq; uniuersa in membra cæli digeretur. Plura sunt autem hæc segmenta mundi, quæ nostri circulos appellauere, græci parallelos.

Digestio terrarum in parallelos & umbras pares. Caput .XXXIIII.

PRincipium habet Indiæ pars uersa ad austrũ. Patet usq; Arabiam & rubri maris accolas. Continentur Gedrosi, Persæ, Carmani, Elymæi, Parthyænæ, Aria, Susianæ, Mesopotamia, Seleucia cognominata Babylonia, Arabia ad Petras usque. Syriacœle, Pelusium Aegypti: inferiorq; ora quæ uocatur Alexandriæ Africæ maritima. Cyrenaica oppida oĩa, Tapsus, Hadrumentũ, Clupea, Carthago, Vtica, utraque Hippo. Numidia, Mauritania utraque, Atlanticũ mare, columnæ Herculis. In hoc cæli circumplexu æquinoctij die media, umbilicus quem gnomonẽ uocant, VII. pedes longus, umbrã non amplius. IIII. pedes longã reddit. Noctis uero dieiq; lõgißima spatia horas. XIIII. æqnoctiales habẽt, breuißima è contrario. X. Sequẽs circulus incipit ab India uergẽte ad occasum, uadit per medios Parthos, Persepolin, citima Persidis, Arabiã, citeriorẽ Iudæam, Libani montis accolas. Amplectitur Babylonẽ, Idumæam, Samariã, Hierosolymam, Ascalonẽ, Ioppen, Cæsareã, Phœnicen, Ptolemaidẽ, Sidonẽ, Tyrum, Berytũ, Botrin, Tripolin, Byblũ, Antiochiã, Laodiceam, Seleuciã, Ciliciæ maritima, Cyprũ, austrinam

strinam Cretam, Lilybæum in Sicilia, septentrionale Africæ & Numidiæ. Vmbilicus æquinoctio XXXV. pedum, umbram. XXIIII. pedes lõgam facit. Dies autem noxq; maxima. XIIII. horarum æquinoctialium est, accedente ijs quinta parte unius horæ. Tertius circulus ab Indis Imao proximis oritur. Tendit per Caspias portas Mediæ proximas, Cataoniam, Cappadociam, Taurum, Amanum, Issum, Cilicias portas, Solos, Tarsum, Cyprum, Pisidiam, Pamphyliæ Siden, Lycaoniam, Lyciæ Pataram, Xanthum, Caunum, Rhodum, Coum, Halicarnassum, Gnidum, Dorida, Chium, Delum, Cycladas medias, Gythium, Maleam, Argos, Laconiam, Elin, Olympiam, Messeniam Peloponnesi, Syracusas, Catinam, Siciliam mediam, Sardiniæ austrina, Carteiam, Gades. Gnomonis centum unciæ, umbram. LXXVII. unciarum faciunt. Longissimus dies est æquinoctialium horarum. XIIII. atq; dimidiæ, cum. XXX. parte unius horæ. Quarto subiacent circulo quæ sunt ab altero latere Imai. Cappadociæ austrina, Galatia, Mysia, Sardis, Smyrna, Sipylus, Tmolus mons Lydiæ, Caria, Ionia, Trallis, Colophon, Ephesus, Miletos, Samos, Chios, Icarium mare, Cyclades septentrionales, Athenæ, Megara, Corinthus, Sycion, Achaia, Patræ, Isthmos, Epirus, septentrionalia Siciliæ, Narbonensis Galliæ exortiua, Hispaniæ maritima

à Cartha

à Carthagine noua, & inde ad occasum. Gnomoni XXI. pedum, respondent umbræ. XVII. pedum. Longißimus dies habet æquinoctiales horas quatuordecim, & duas tertias unius horæ. Quinto continentur segmento ab introitu Caspij maris, Bactria, Iberia, Armenia, Mysia, Phrygia, Hellespontus, Troas, Tenedus, Abydos, Scepsis, Ilium, Ida mons, Cyzicum, Lampsacum, Sinope, Amisum, Heraclea in Ponto, Paphlagonia, Lemnus, Imbrus, Thassus, Cassandria, Thessalia, Macedonia, Larissa, Amphipolis, Thessalonice, Pella, Edesus, Beroea, Pharsalia, Caristum, Euboea, Boeotum, Chalcis, Delphi, Acarnania, Aetholia, Apollonia, Brundusium, Tarentum, Thurij, Locri, Rhegium, Lucani, Neapolis, Puteoli, Thuscum mare, Corsica, Baleares, Hispania media. Gnomoni septē pedes, umbræ sex. Magnitudo diei summa, horarum æquinoctialium quindecim. Sexta comprehensio qua continetur urbs Roma, amplectitur Caspias gentes, Caucasum, septentrionalia Armeniæ, Apolloniam supra Rhyndacum, Nicomediam, Nicæam, Chalcedonem, Byzantium, Lysimachiam, Cherronesum, Melanen sinum, Abderam, Samothraciam, Maroneam, Oenum, Beßicam, Thraciam, Mediam, Pæoniam, Illyrios, Dyrrachium, Canusium, Apuliæ extima, Campaniam, & Hetruriam, Pisas, Lunam, Luccam, Genuam, Liguriam, An

*riam, Antipolin, Maßiliam, Narbonem, Tarraconem, Hispaniam Tarraconensem mediam, & inde per Lusitaniam. Gnomoni pedes nouem, umbræ octo. Longißima diei spatia, horarum æquinoctialium quindecim, addita nona parte unius horæ: aut ut Nigidio placuit, quinta. Septima diuisio ab altera Caspij maris ora incipit: caditq; supra Callatim, Bosphorum, Borysthenem, Tomos, Thraciæ auersa, Triballos, Illyrici reliqua, Adriaticum mare, Aquileiam, Altinum, Venetiam, Vicentiam, Patauium, Veronam, Cremonam, Rauennam, Anconam, Picenum, Marsos, Pelignos, Sabinos, Vmbriam, Ariminum, Bononiam, Placentiam, Mediolanum, omniáque ab Apennino: transq; alpes, Galliam Aquitaniam, Viennam, Pyrenæum, Celtiberiam. Vmbilico trigintaquinque pedum, umbræ trigintasex: Vt tamen in partem Venetiæ exæquetur umbra gnomoni, amplissima dies horarum æquinoctialium quindecim, & quintarum partium horarum trium. Hactenus antiquorum exacta celebrauimus. Sequentium diligentißimi, quod superest terrarum tribus assignauere segmentis. A Tanai per Mæotin lacum & Sarmatas usque Borysthenem, atque ita per Dacos partémque Germaniæ, Gallias oceani littora amplexi, quod esset horarum sedecim. Alterum per Hyperboreos & Britanniam, horarum decem & septem. Postremo*

ſtremo Scythicum à Riphæis iugis in Thulen,in quo dies continuarentur (ut diximus) noctésque per uices. Iidem & ante principia quæ fecimus, poſuere circulos duos. Primum per inſulam Meroën, & Ptolemaidem, in rubro mari ad elephantorum uenatus conditam: ubi longiſſimus dies, duodecim horarum eſſet, dimidia hora amplior. Secundum per Syenem Aegypti euntem, qui eſſet horarum tredecim. Idemq; ſingulis dimidia horarum ſpatia uſque ultimum adiecere circulis. Et hactenus de terris.

QVINARII PRIMI FINIS.




# ARGVMENTVM QVINARII .II.

*Animalium genera, tametsi multiplici inter se differentia distinguuntur, quemadmodum & id Aristoteles cũ primis initio statim operis de historia animalium docet, utpote ꝙ eorũ differentiæ sumantur uel à uita, uel ab actiõe, uel à moribus, uel à partibus, quæ quidẽ ipsis insunt animalibus, aut certe ex quibus ipsa constituuntur: Plinius tamen animaliũ historiam scripturus, hoc secundo opis sui quinario, ea partim ab ipsa uita, partim à partibus, hoc est: ab habitu quodã corporis distinguit: ut sint hæc quidẽ quæ uitam agunt rationalẽ, cuiusmodi animal homo est, & præter hominẽ aliud nullum: hæc autem quæ uitam uiuunt rationis*





ꝓrsus expertē. Atq; inter hæc alia in terris, alia in aquis degūt. Atq; ex his rursus quæ terrestria dicūtur, alia uolucria sunt, alia gressilia, alia reptilia, alia tractilia. A q̄bus itē oībus sunt quæ alia quadā natura differāt, ut quæ insecta uocātur, ab habitu uidelicet corporis tali, qualis in alio nullo reperitur. Itaq; cū ex ijs quæ dicta sunt, quinq; fermè aīalium genera colligantur, hāc ratione quinque libris ea digessit Plinius: Ac in primo quidem de homine, atq; de ijs quæ ad hominem pertinent tractat. In secundo de gressilibus, reptilibus & tractilibus. In tertio de aquatilibus. In quarto de uolatilibus. In quinto demum de insectis: quanquam & inter hæc sunt, quæ & uolucria & reptilia et tractilia habeantur: quemadmodum horum singula suis quæq; locis contemplari licebit.

Finis argumenti.

## HISTORIAE LIBER .VII.

*Prooemium.*



VNDVS, ET IN *eo terræ, gentes, maria, insulæ, insignes urbes, ad hunc modum se habent. Animantiũ in eodem natura, nullius propè partis contemplatione minor est: Siquidem cum oĩa exequi humanus nequeat animus, principiũ iure tribuetur homini, cuius causa uidetur cũcta alia genuisse natura, magna & sæua mercede contra tanta sua munera: ut non sit satis æstimare, parens melior homini, an tristior nouerca fuerit. Ante omnia unũ animantium cunctorum, aliena alienis uelat opibus: cæteris uarie tegumenta tribuit, testas, cortices, coria, spinas, uillos, setas, pilos, plumã, pennas, squamas, uellera. Truncos etiã arboresq;, cortice interdũ gemino à frigoribus & calore tutata est. Hominẽ tantũ nudum, & in nuda humo, natali die abijcit ad uagitus statim & ploratũ, nullumq; tot animalium aliud ad lachrymas, & has protinus uitæ principio. At Hercule risus præcox illi & celerrimus, ante quadrage simum*

*Scripturus de aĩali. Plinius, iure optĩo ab homĩe exorditur. Quippe qui sit aĩalium prudẽtißimũ, et qđ domĩari in cætera possit, ut ex latinis poetis quidam etiam: & multis præter ea alijs nominibus.*

Hactenus in oĩbus excplaribus quæ uiderim, qđ, legitur: ubi, quæ, mihi legẽdum planè uidetur, ut ad uincula referatur, hoc sensu atq; ordine uerborum: Ab hoc lucis rudimẽto ipsũ hoĩem uincula et oĩm mẽbrorũ nexus excipiũt, q̃ uinculane sc. qdẽ. ctc. ut subaudiatur excipiũt: ut uel hac pte ad feras q̃ hominẽ innuere uideatur Pli. q scilicet nullis uĩculis geni tæ excipiãtur.

simum diẽ nulli datur. Ab hoc lucis rudimẽto, * quæ ne feras quidẽ inter nos genitas uincula excipiũt, & omnium membrorũ nexus: atq; infeliciter natum iacet, manibus pedibusq; deuinctis flens, animal cæteris impaturum: & à supplicijs uitã auspicatur, unã tantũ ob culpam, quia natũ est. Heu dementiã ab ijs initijs existimantiũ ad supbiam se genitos. Prima roboris spes, primumq; temporis munus quadrupedi simile facit. Quando homini incessus? quãdo uox? quãdo firmũ cibis os? q̃diu palpitans uertex, summæ inter cuncta animalia imbecillitatis indiciũ? Iam morbi tot, atq; medicinæ tot contra mala excogitatæ, et hæ quoq; subinde nouitatibus uictæ. Cætera sentire naturã suam, alia pnicitatem usurpare, alia præpetes uolatus, alia uires, alia nare: Hominẽ scire nihil sine doctrina, non fari, non ingredi, non uesci: breuiterq;, nõ aliud naturæ sponte q̃ flere. Itaq; multi extitere, q non nasci optimum censerent, aut q̃ocyssi me aboleri. Vni animantiũ luctus est datus, uni luxuria, & quidem innumerabilibus modis, ac p singula membra: uni ambitio, uni auaritia, uni immensa uiuendi cupido, uni superstitio, uni sepulturæ cura, atque etiã post se de futuro. Nulli uita fragilior, nulli rerũ oĩm libido maior, nulli pauor cõfusior, nulli rabies acrior. Denique cætera animantia in suo genere probe degunt: congregari uidemus, & stare contra dissimilia: leonum feritas inter se non dimicat: serpentum

A sdixoreb Vni sepulturæ cura atq. et post se de futuro. quã de futuro legit, ut sit ... [illegible] ... de futuro, supple sepulturæ post se, aliq legit, ut sunt ... de futuro ... [illegible] ... Hermolaus, et Beroaldus ... [illegible]

pentum morsus non petit serpentes: nec maris quidem beluæ ac pisces, nisi in diuersa genera sæuiunt: At Hercule homini plurima ex homine sunt mala.

Gentium mirabiles figuræ. Ca. .I.

ET de uniuersitate quidẽ generis humani, magna ex parte in relatione gentium diximus. Neq; enim ritus moresq; nũc tractamus. Innumeri sunt, totidẽ penè quot sunt hoĩm cœtus. Quædam tamen non omittenda duco, maximeq; longius à mari degentiũ: in quibus ꝓdigiosa aliqua & incredibilia multis, uisum iri haud dubito. Quis enim Aethiopas anteq̃ cerneret credidit, aut cui non miraculo est cũ primũ in notitiã uenit? Quàm multa fieri non posse, priusq̃ sint facta, iudicantur? Naturæ uero rerum uis atq; maiestas, in omnibus momentis fide caret: si quis modo partes eius, ac non totã cõplectatur animo. Ne pauones aut tigriũ, pantherarumq; maculas, et tot animaliũ picturas cõmemorem, paruũ dictu, sed immensum æstimatione, tot gentiũ sermones, tot linguæ, tanta loquendi uarietas, ut externus alieno penè non sit hoĩs uice. Iam in facie uultuq; nostro, cum sint. X. aut paulo plura membra, nullas duas in tot milibus hoĩm indiscretas effigies existere: quod ars nulla in paucis numero præstet affectando. Nec tamen ego in plerisq; eorũ obstringã fidem meã: potiusq; ad autores relegabo, qui de dubijs rogentur omnibus: modo ne sit fastidio Græcos sequi: tãto maiore eorum

Sileni hæc cum primis sententia fuit, de quo Cicero li. tus. q̃stio. I. fertur, inq̃t, de Sileno fabella quædã. etc. De reliquis huius sentẽtiæ autoribus habes Erasmũ Chil. scd'a, adagio: Optimũ homi nem nõ nasci.

iore eorum diligentia uel cura uetustiore.

De Scythis & aliarum diuersitate gentium.

Caput .II.

Esse Scytharum genera, & quidẽ plura, quæ corpibus humanis uescerentur, indicauimus. Idipsum incredibile fortasse, ni cogitemus in medio orbe terrarũ, ac Sicilia et Italia fuisse gentes huius monstri Cyclopas, & Læstrygonas, & nuperrime trans alpes hoiem immolari gentiũ earũ more solitum, quod paulum à mandendo abest. Sed & iuxta eos, qui sunt ad septẽtrionẽ uersi, haud pcul ab ipso aquilonis exortu, specuq; eius dicto, quẽ locũ Gesglitron appellant, produtur Arimaspi (quod diximus) uno oculo in frõte media insignes, quibus assidue bellum esse circa metalla cum gryphis, ferarũ uolucri genere quale uulgo traditur, eruẽte ex cuniculis aurum mira cupiditate, & feris custodiẽtibus, & Arimaspis rapientibus: multi, sed maxĩe illustres Herodotus & Aristeas Proconnesius scribunt. Sup alios autẽ Anthropophagos Scythas, in quadam conualle magna Imai mõtis, regio est quæ uocatur Abarimõ, in qua syluestres uiuũt hoies, auersis post crura plantis, eximiæ uelocitatis, passim cũ feris uagãtes. Hos in alio non spirare cælo, ideoq; ad finitimos reges nõ pertrahi: neque ad Alexandrum Magnum pertractos, Beton itinerum eius mensor prodidit. Priores Anthropophagos, quos ad septentrionem esse diximus. X.

Meminit huius & Cæsar cõ. suorũ li. 6.

mus. X. dierũ itinere supra Borysthenẽ amnem, ossi bus humanorũ capitũ bibere, cutibusq; cũ capillo ꝓ mãtelibus ante pectora uti, Isigonus Nicæensis. Idẽ in Albania gigni quosdã glauca oculorũ acie, à pueritia statim canos, q noctu plusq̃ interdiu cernãt. Idẽ itinere dierũ. X. supra Borysthenẽ, Sauromatas tertio die cibũ capere semper. Crates Pergamenus in Hellesponto circa Pariũ, genus hoim fuisse tradit, quos Ophiogenes uocat, serpentũ ictus cõtactu leuare solitos, & manu imposita uenena extrahere corpori. Varro etiam nunc esse paucos ibi, quorum saliuæ contra ictus serpentum medeantur. Similis & in Africa gens Psyllorũ fuit, ut Agatharchides scribit, à Psyllo rege dicta, cuius sepulchrum in parte Syrtium maiorum est. Horum corpori ingenitum fuit uirus exitiale serpentibus, ut cuius odore sopirẽt eas. Mos uero, liberos genitos protinus obijciendi sæuißimis earum: eoq; genere pudicitiam coniugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Hæc gens ipsa quidem propè internecione sublata est à Nasamonibus, qui nunc tenent has sedes. Genus tamen hominum ex his q profugerant, aut cum pugnatum est, abfuerant, hodieq; remanet in paucis. Simile et in Italia Marsorũ gente durat, quos à Cyrces filio ortos ferunt, & ideo inesse ijs uim naturalẽ eam. Et tamẽ oĩbus hominibus cõtra serpẽtes inẽst uenenũ. Feruntq; ictas saliua, ut

vel Basthrolin

In Hellespontum, passim legitur: q̃ lectio, nisi in pro uersus accipiatur à latinis nõ recipitur.

feruentis aquæ contactu fugere. Quod si in fauces penetrauerit, etiã mori: idq; maxime humani ieiuni oris. Supra Nasamonas cõfinesq; illis Maclias, Androgynos esse utriusq; naturæ, inter se uicibus coeuntes, Calliphantes tradit. Aristoteles adijcit, dextram mammã ijs uirilẽ, læuã muliebrẽ esse. In eadem Africa familias quasdã effascinantiũ, Isigonus & Memphodorus tradũt: quarũ laudatione intereant prata, arescant arbores, emoriantur infantes. Esse eiusdẽ generis in Triballis & Illyrijs adijcit Isigonus, qui uisu quoq; effascinẽt, interimãtq; quos diutius intueãtur, iratis præcipue oculis: qđ eorum malũ facilius sentire puberes. Notabilius esse, ꝙ pupillas binas in oculis singulis habeãt. Huius generis fœminas in Scythia, quæ uocãtur Bithyæ, ꝑdit Apollonides. Philarchus & in Ponto Thibiorũ genus, multosq; alios eiusdẽ naturæ: quorũ notas tradit in oculo altero geminã pupillã, in altero equi effigiem. Eosdem præterea non posse mergi, nec ueste quidem degrauatos. Haud dißimile ijs genus Pharnacum in Aethiopia ꝑdidit Damon, quorũ sudor tabẽ contactis corporibus afferat. Fœminas qdem oẽs ubique uisu nocere, quæ duplices pupillas habeant, Cicero quoq; apud nos autor est. Adeo naturæ, cum ferarũ more uescendi humanis corporibus in hoĩe rabiem genuisset, gignere in toto corpore & quorundã oculis quoq; uenena placuit: ne quid usq̃ mali esset, quod in homine

in homine non esset. Haud ꝓcul urbe Roma in Faliscorũ agro familiæ sunt paucæ, quæ uocantur Hirpiæ, quæ sacrificio annuo, qđ fit ad montẽ Soractem Apollini, sup ambustã ligni struem ambulantes non aduruntur. Et ob id ꝑpetuo senatusconsulto militiæ, oĩmq; aliorũ munerum uacationẽ habent. Quorũdam corpori partes nascuntur ad aliqua mirabiles. Sicut Pyrrho regi pollex ĩ dextro pede, cuius tactu lienosis medebatur. Hunc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditumq; loculo in templo. Præcipue India, Aethiopumq; tractus miraculis scatẽt. Maxima in India gignuntur animalia. Indicio sunt canes grãdiores cæteris. Arbores quidem tantæ ꝓceritatis traduntur, ut sagittis superari nequeant. Hæc facit hubertas soli, tẽperies cæli, aquarum abundãtia (si libeat credere) ut sub una ficu turmæ condantur equitũ. Arundines uero tantæ ꝓceritatis, ut singula internodia alueo nauigabili ternos interdũ hoĩes ferant. Multos ibi quina cubita cõstat longitudine excedere, non expuere: non capitis, non dentiũ, aut oculorũ ullo dolore affici, raro aliarum corporis partiũ: tam moderato solis uapore durari. Philosophos eorum quos Gymnosophistas uocant, ab exortu ad occasum ꝓstare, contuentes solẽ immobilibus oculis, feruentibus harenis toto die alternis pedibus insistere. In monte cui nomẽ est Milo, homines esse auersis plãtis octonos digitos in singulis pedibus habentes,

habẽtes, autor est Megasthenes. In multis aũt monti bus genus hoĩm capitibus caninis, ferarũ pellibus ue lari, pro uoce latratum edere, unguibus armatũ ue-natu & aucupio uesci. Horũ supra. CXX. M. fuisse prodũtur. Ctesias scribit in quadam gente Indiæ fœ minas semel in uita parere, genitosq; confestim ca-nescere. Item hominum genus qui Monosceli uoca-rentur, singulis cruribus miræ pernicitatis ad saltũ: eosdemq; Sciopodas uocari, quod in maiore æstu hu mi iacentes resupini, umbra se pedũ protegant: non longe eos à Troglodytis abesse. Rursusq; ab his oc cidentem uersus quosdam sine ceruice, oculos in hu-meris habentes. Sunt & Satyri subsolanis Indorum mõtibus (Cartadulorũ dicitur regio) pernicissimum animal, tanq̃ quadrupedes tam recte currentes, hu-mana effigie, ut propter uelocitatem nisi senes aut ægri non capiantur. Choromandarũ gentem uocat Tauron syluestrem sine uoce, stridoris horrẽdi, hir-tis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Eudo xus in meridianis Indiæ uiris plantas esse cubitales: fœminis adeo paruas, ut Struthopodes appellẽtur. Megasthenes gentem inter Nomadas Indos narium loco foramina tantũ habentem, anguiũ modo loripe dem, uocari Syrictas. Ad extrẽos fines Indiæ ab ori ente circa fontẽ Gangis, Astomorum gentẽ sine ore, corpore toto hirtam uestiri frondiũ lanugine, halitu tantũ uiuentem, et odore quẽ naribus trahãt. Nullũ illis cibũ,

*illis cibũ, nullumq́; potũ: tantum radicũ florumq́; uarios odores ſyluestriũ malorum, quæ ſecum portãt lõgiore itinere, ne deſit olfactus: grauiore paulo odore haud difficulter exanimari. Super hos extrema in parte montiũ Spithamæi Pygmæi narrantur, ternas ſpithamas longitudine, hoc eſt, ternos dodrantes non excedẽtes. Salubri cælo, ſemperq́; uernante, mõtibus ab aquilone oppoſitis, quos à gruibus infeſtari Homerus quoq; prodidit. Fama eſt, inſidentes arietum caprarumq́; dorſis, armatos ſagittis ueris tempore uniuerſo agmine ad mare deſcendere, & oua pulloſq́; earum alitum cõſumere: ternis eam expeditionẽ menſibus confici, aliter futuris gregibus nõ reſiſti. Caſas eorum luto penniſq́;, & ouorũ putaminibus conſtrui. Ariſtoteles in cauernis uiuere Pygmæos tradit. Cætera de his, ut reliqui. Cyrnios Indorũ genus Iſigonus tradit annis centenis quadragenis uiuere. Itẽ Aethiopas macrobios & Seras exiſtimãt, et q Athon montẽ incolant: hos quidẽ, qa uipinis carnibus alãtur: itaq; nec capiti: nec ueſtibus eorum noxia corpori ineſſe animalia. Oneſicritus qbus in locis Indiæ umbræ non ſint, corpora hominũ cubitorũ quinûm & binorũ palmorũ exiſtere, & uiuere annos. CXXX. nec ſeneſcere, ſed ut medio æuo mori. Crates Pergamenus Indos, qui centenos annos excedant, Gymnetas appellat, non pauci Macrobios. Cteſias gentem ex his quæ appellatur Pandoræ, in conualli-*

*Ili. 3. mox ſub ipſo principio ubi uidelicet ſcribit Troianos gruum more pugnã adoriri, utpote magno clamore: quæ grues inquit, cũ hyemẽ & immenſam nubẽ fugiunt, ad oceani fluenta clamore quodam uolant.* ἀνδράσι πυγμαίοισι φόνον καὶ κῆρα φέρουσαι. *De his et Ariſt. in li. de ani. 8. ca. 12.*

conuallibus sitam, annos ducenos uiuere, in iuuenta candido capillo, qui in senectute nigrescat. Contrà alios quadragenos non excedere annos, iunctos Macrobijs, quorũ fœminæ semel pariant: idq; & Agatharchides tradit. Præterea locustis eos ali, & esse pernices. Mandorũ nomen ijs dedit Clitarchus & Megasthenes, tricẽtosq; eorum uicos annumerant. Fœminas septimo ætatis anno parere, senectã quadragesimo anno accidere. Artemidorus, in Taprobana insula longissimã uitam sine ullo corporis languore traduci. Viros Indorũ quosdã cũ feris coire, mixtosq; & semiferos esse partus. In Calingis eiusdem Indiæ gente qnquennes cõcipere fœminas, octauum uitæ annũ non excedere. Et alibi cauda uillosa hoĩes nasci pernicitatis eximiæ, alios auribus totos cõtegi. Oritas ab Indis Arbis fluuius disterminat. Ii nullũ aliũ cibum nouere q̃ piscium, quos unguibus dissectos sole torreant, atq; ita panẽ ex his faciunt, ut refert Clitarchus. Troglodytas super Aethiopiam uelociores esse equis, Pergamenus Crates. Item Aethiopas octona cubita longitudine excedere. Syrbotas uocari gentem eam Nomadum Aethiopũ, secundum flumen Astapũ ad septentrionem uergentẽ. Gẽs Menisminorũ appellata, abest ab oceano dierũ itinere. XX. animalium quæ cynocephalos uocamus, lacte uiuit, quorũ armenta pascit maribus interemptis, præterq̃ sobolis causa. In Africæ solitudi

nibus ho-

nibus hominum species obuiæ subinde fiunt, momen toq; euanescunt: Hæc atq; talia ex hominũ genere ludibria sibi, nobis miracula, ingeniosa fecit natura. Et singula quidẽ quæ facit indies, aut prope horas, quis enumerare ualeat? Ad detegẽdam eius potentiam, satis sit inter ꝓdigia posuiße gentes. Hinc ad confessa in homine pauca.

De prodigiosis partubus. Caput .III.

TErgeminos nasci certũ est, Oratiorũ Curitiorũq; exẽplo. Suprà inter ostenta adducitur, præterq̃ in Aegypto, ubi fœtifer potu Nilus. Proxĩe supremis diui Augusti annis, Fausta quædã è plebe, Ostiæ duos mares, totidẽ fœminas enixa, famẽ quæ secuta est portendit haud dubie. Reperitur et in Peloponneso quinos quater enixa, maiorẽq; partẽ ex omni eius uixisse partu. Et in Aegypto septenos utero simul gigni, autor est Trogus. Gignũtur et utriusq; sexus, quos Hermaphroditos uocamus, olim Androgynos uocatos, et in ꝓdigijs habitos, nũc uero in delicijs. Põpeius Magnus ĩ ornamẽtis theatri mirabiles fama posuit effigies, ob id diligẽtius magnorũ artificũ ingenijs elaboratas: inter quas legitur Eutyclas à. XX. liberis rogo illata Trallibus, enixa XXX. partus. Alcippe elephantum, quanq̃ id inter ostenta est. Nanq; et serpentem peperit inter initia Marsici belli ancilla. Multiformes pluribus modis inter monstra partus eduntur. Claudius Cæsar scribit Hippo

bit Hippocentaurum in Thessalia natũ eodem die interisse. Et nos principatu eius allatum illi ex Aegypto in melle uidimus. Est inter exempla, in uterũ protinus reuersus infans Sagunti, quo anno ab Annibale deleta est.

De mutatione sexus, & geminis partubus. Caput .IIII.

EX fœminis mutari in mares non est fabulosum. Inuenimus in annalibus, Licinio Crasso C. Cassio Longino coss. Casini puerũ factũ ex uirgine sub parẽtibus, iussuq; aruspicũ deportatũ in insulam desertam. Licinius Mutianus ꝓdidit uisum à se Argis Ariscontẽ (cui nomẽ Arescusæ fuisset) nupsisse etiam, mox barbã et uirilitatẽ ꝓueniße, uxorẽq; duxiße. Eiusdẽ sortis & Smyrnæ puerũ à se uisum. Ipse in Africa uidi mutatũ in marẽ nuptiarũ die L. Coßiciũ ciuẽ Tisdritanũ. Editis geminis rarã esse, aut puerperæ, aut puerperio, præterq̃ alteri, uitã. Si uero utriusq; sexus editi sint gemini, rariorẽ utriq; salutẽ. Fœminas gigni celerius q̃ mares, sicuti celerius senescere. Sæpius uero moueri mares in utero, et in dextra ferè parte, in læua fœminas cõstat.

De tpe partus humãi et alijs hmõi circa hominis generationem, habes

De homine generando, & pariendi tempore per illustria exẽpla à mensibus. VII. ad. XI. Caput .V.

CAeteris animantibus statutũ, & pariẽdi, & partus gerẽdi tẽpus est. Homo toto anno & incerto gignitur

gignitur spatio. Alius septimo mense, alius octauo, et usque ad initia decimi undecimiq;. Ante septimum mensem haud unquã uitalis est. Septimo, non nisi pri die posteróue plenilunij die, aut interlunio concepti nascuntur. Translatitium in Aegypto est, & octauo gigni. Iam quidem & in Italia tales partus esse uitales. Contra priscorum opiniones uariant hæc pluribus modis. Vestilia C. Herdicij, ac postea Pomponij atque Orfiti clarißimorum ciuium coniunx, ex his quatuor partus enixa, Sempronium septimo mẽse genuit, Suillum Ruffum undecimo, Corbulonem septimo, utrunque consulem: & postea Cæsoniam Caij principis coniugem, octauo. In quo mensium numero genitis, intra quadragesimum diem maximus labor grauidis. Quarto autem & octauo mense, letales in ijs abortus. Masurius autor est, L. Papyrium prætorem, secũdo hærede lege agente, bonorum possesßionem cõtra eum dedisse, cum mater partum XIII. mensibus diceret tulisse, quoniam nullum certum tempus pariendi statutum uideretur.

Aristo. de nat. aĩaliũ li. 7. ca 3. et. 4. Habes itẽ Au. Gel. li. 3. ca. 16.

De conceptibus, & signa sexus in grauidis præuenientia partum.

Caput .VI.

A Conceptu decimo die dolores capitis, oculorum uertigines tenebræq;, fastidiũ in cibis, redundatio stomachi, indices sunt hoĩs inchoati. Melior color marem ferenti, & facilior partus: motus

in utero

*in utero quadragesimo die. Contraria omnia in altero sexu. Ingestabile onus, crurũ & inguinũ leuis tumor. Primus autem. XC. die motus. Sed plurimum languoris in utroq; sexu, capillum germinante partu, & in plenilunio, quod tẽpus editos quoq; infantes præcipue infestat. Adeoq; incessus, atq; omne qc quid dici potest in grauida, refert: ut salsioribus cibis usæ, carentẽ unguiculis partum edãt, et si respirauere, difficilius enitantur. Oscitatio quidem in enixu letalis est: sicut sternuisse à coitu, abortiuum.*

De conceptu hominum & generatione. Caput .VII.

*Miseret hoĩs Pliniũ, ꝑpter naturæ cõsortium: ac eiusdẽ eũ pudet interim, ꝑpter suꝑbiæ uitium: quo ita insolescere hoĩes soleãt, ut seipsos plerunque non norint, cum tamẽ tam friuola eorũ sit origo, simul et exitus, ut hoĩe ꝑpemodũ nihil sit fragilius.*

*Miseret atq; etiam pudet æstimantẽ q̃ sit friuola animaliũ superbißimi origo, cũ plerũq; abortus causa fiat odor à lucernarũ extinctu. His principijs nascũtur tyrãni: carnifex his animus. Tu q corporis uiribus fidis, tu qui fortunæ munera amplexaris, & te ne alumnum quidem eius existimas, sed partum: tu cuius semper in uictoria mens, tu qui te deum credis, aliquo succeßu tumens, tanti tamẽ perire potuisti. Atqui etiam hodie minoris potes, quantulo serpẽtis ictus dente: aut etiam, ut Anacreon poëta, acino uuæ passæ: ut* Fabius *senator prætor, in lactis haustu uno pilo strangulatus.* Is *demũ profecto uitã æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit.*

De Agrippis. Caput .VIII.

*In pedes*

IN pedes ꝓcedere nascentẽ, cõtra naturã est: ex quo argumento eos appellauere Agrippas, ut ægre partos: qualiter M. Agrippã ferunt genitũ, unico ꝓpè felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modũ genitis. Quanq̃ is quoq; aduersa pedum ualetudine, misera iuuenta, exercito æuo inter arma hostesq́;, & ad mortẽ obnoxio accessu, infelici terris stirpe omni, sed per utrasq; Agrippinas maxĩe, quæ Caiũ & Comitiũ Neronẽ principes genuere, totidẽ faces generis humani: præterea breuitate æui, quin quagesimouno raptus anno, in tormẽtis adulteriorũ coniugis, socerıq́; prægraui seruitio, luiße præposteri ortus auguriũ existimatur. Neronem quoq; paulo ante principem, & toto principatu suo hostem generis humani, pedibus genitum parens eius scribit Agrippina. Ritu naturæ capite hominem gigni mos est, pedibus efferri.

Monstruosi partus excisi utero. Ca. .IX.

AVspicatius enecta parente gignuntur: Sicut Scipio Africanus prior natus, primusq́; Cæsar à cæso matris utero dictus: qua de causa & Cæsones appellati. Simili modo natus et Manlius, qui Carthaginem cum excercitu intrauit.

Qui sint Vopisci. Caput .X.

VOpiscum appellant unũ è geminis, qui recẽti utero nasceretur, altero interempto abortu. Nanq; maxĩa, et si rara, circa hoc miracula existũt.

Exempla numerosæ sobolis. Ca. .XI.

PRæter mulierẽ, pauca animalia coitũ nouere grauida. Vnũ qdem oĩno, aut alterũ supfœtat. Extat in monumentis etiam medicorũ, & quibus talia consectari curæ fuit, uno abortu. XII. puerperia egesta. Sed ubi paululũ temporis inter duos conceptus intercessit, uterq; est pfectus: ut in Hercule & Iphiclo fratre eius apparuit: et in ea, quæ gemino partu alterũ marito similẽ, alterũ adultero genuit: Item Proconesia ancilla, quæ eiusdẽ diei coitu, alterum domino similẽ, alterum procuratori eius: Et in alia, quæ unũ iusto partu, quinq; mensium alterũ edidit: Rursus in alia, quæ septẽ mensiũ edito puerpio, insecutis mensibus geminos enixa est. Iam illa uulgata est, uariee x integris truncos gigni, ex truncis integros, eademq; parte truncos: signa quædã næuosq; & cicatrices etiam regenerari. Quarto partu aliquorum originis nota in brachio redditur.

Exempla similitudinum. Ca. .XII.

IN Lepidorũ gente tres, intermisso ordine, obducto membrana oculo, genitos accepimus. Similes quidem alios auo: Et ex geminis quoque alterum patri, alterum matri: annoq; pòst genitum, maiori similem fuisse ut geminum. Quasdam sibi similes semper parere; quasdam uiro, quasdam nulli, quasdã fœminam patri, marem sibi. Indubitatum exemplum est Nicei nobilis poëtæ Byzãtij geniti, qui adulterio

Aethiopis

*Aethiopis nata matre, nil à cæteris colore differente, ipſe in auum regenerauit Aethiopem. Similitudinum quidem in mente reputatio eſt, & in qua credãtur multa fortuita pollere, uiſus, auditus, memoriaq́; hauſtæ imagines ſub ipſo conceptu. Cogitatio etiam utriuſlibet animo ſubito tranſuolans, effingere ſimilitudinem aut miſcere exiſtimatur. Ideoq; plures in homine, quàm in cæteris omnibus animalibus differentiæ: quoniam uelocitas cogitationum, animiq; celeritas, & ingenij uarietas multiformes notas imprimit: cum cæteris animantibus immobiles ſint animi, & ſimiles omnibus, ſingulisq; in ſuo cuique genere. Antiocho regi Syriæ, è plebe nomine Arteon intantum ſimilis fuit, ut Laodice coniunx regia, necato iã Antiocho, munus per eum commendationis, regniq; ſucceſſionis peregerit. Magno Pompeio Vibius quidam è plebe et Publicius etiã ſeruitute liberatus, indiſcreta propè ſpecie fuere ſimiles, illud os probum reddentes, ipſumq́; honorem eximiæ frontis. Qualis cauſa patri quoque eius, Menogenis coci ſui cognomen impoſuit Strabonis, à ſpecie oculorum nomen habentis, uitium imitata: Et Scipioni in ſeruo Serapione uictimarij negociatoris, uili mancipio. Eiuſdẽ familiæ Scipioni poſt Cn. cognomen Salutio mimus dedit: Sicut ſpinter Secundanus, retiariusq́; Pamphilius, collegio Lentuli et Metelli coſſ. In quo perq̃ informe fortuitũ hoc quoq; fuit, duorũ*

De proliũ ſimi-tudie ſiue ad ipſos parẽtes, ſiue ad alios, & qua ratione id eueniat, tũ & de alijs pleriſque, quæ hic à

*Plinio cōtinua serie referuntur, habes Aristo. de hist. anima. li. 1. c. 6. & sequētibus aliquot, & itē de ani. gen. li. 4. c. 3. & toto ferè. 2. de gener. libro.*

simul consulū in scena imagines cerni. E diuerso L. Plācus orator, histrioni Rubrio cognomē imposuit. Rursus Curioni patri Burbuleius: itemq; Messalæ Censorio Menogenes, pinde histriones. Suræ qdem procōsulis etiā rictū in loquēdo, contractionēq; linguæ, & sermonis tumultū, non imaginē modo, piscator quidā in Sicilia reddidit. Cas. Seuero celebri oratori, armētarij Mirmillōis obiecta silitudo est. Toranius M. Antonio iam triūuiro, eximios forma pueros, alterū in Asia genitū, alterū trās alpes, ut geminos uēdidit: tanta unitas erat. Postq̄ deinde sermone puerūm detecta fraude à furente increpitus Antonio est, inter alia magnitudinem pretij requirente, (nam ducentis erat mercatus sestertijs) respōdit uersutus ingenij mango, ob id ipsum se tanti uendidisse, quoniam non esset mira similitudo in ullis eodem utero editis: Diuersarū quidem gentiū natales tam concordi figura reperiri, super omnem esse taxationē: Adeoq; tempestiuam admirationem intulit, ut ille proscriptor animus, mero & cōtumelia furens, non aliud in censu maius & in fortuna sua duceret.

Quæ sit generandi ratio. Ca. XIII.

Est quædam priuatim dissociatio corporū, & inter se sterilis: at ubi cum alijs iunxere, gignunt: sicut Augustus et Liuia. Item alij aliæq; fœminas tantum generant, aut mares: Plerunq; alternant: sicut Gracchorum mater duodecies, & Agrippina Ger.

pūa Germanici nouies. Alijs sterilis est iuuenta: alijs semel in uita datur gignere. Quędā non perferūt partus: quales siquādo medicina & cura uicere, fœminā ferè gignunt. Diuus Augustus in reliqua exemplorum raritate, neptis suæ nepotem uidit genitum quo excessit anno M. Syllanum: qui cum Asiam obtineret post consulatum, Neronis principis successione, ueneno eius interemptus est. Q. Metellus Macedonicus cum sex liberos relinqueret, undecim nepotes reliq̄t: nurus uero, generosq; & oēs qui se patris appellatione salutaret, uigintiseptē. In actis diui Augusti tpm inuenitur. XII. cōsulatu eius (quē L. Sylla collega ad. III. Idus Aprilis gessit) Crispinum Hilarium ex ingenua plebe Fesulana, cum liberis nouem (in quo numero filiæ duæ fuerunt) nepotibus. XXVII, pronepotibus. XXIX, neptibus. IX. prælata pōpa, cum omnibus his in Capitolio immolasse. vel prælata

Item de eodē multiplicius. Ca. .XIIII.

MVlier post quinquagesimū annum non gignit, maiorq; pars quadragesimo profluuium genitale sistit. Nam in uiris Masinissam regem, post. LXXXVI. annos generasse filium, quem Methymathnū appellauerit, clarum est: Catonē Censorium octogesimo exacto, è filia Salonij clientis sui. Qua de causa, aliorum eius liberorum propago, Liciniani sunt cognominati, hi Saloniani, ex q̄bus Vticensis fuit. Nuper etiam L. Volusio Saturnino in ur

post lxxii.

bis præfectura extincto, notum est Corneliam è Scipionum gente Volusium Saturninum, qui fuit cõsul, post.LXII.annum genuisse. Et usque ad.LXXV. apud ignobiles uulgaris reperitur generatio.

De menstruis mulierũ. Ca. .XV.

Solum autem animal menstruale mulier est. In unius utero, quas appellarũt molas. Ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuens. Mouetur, sistitq; menses: & ut partus, aliâs letalis, aliâs unà senescens, aliquãdo aluo citatiore excidẽs. Simile quiddam & uiris in uentre gignitur, quod uocant scirron: sicut Oppio Capitoni prætorio uiro. Sed nihil facile reperitur mulierum profluuio magis monstrificum. Acescunt superuentu musta, sterilescunt tactæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, & fructus arborum quibus insidẽre, decidunt: speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, acies ferri præstringitur eborisque nitor, aluei apum emoriuntur: æs etiam ac ferrum rubigo protinus corrumpit, odorq; dirus aëra. Et in rabiem aguntur gustato eo canes, atque insanabili ueneno morsus infigitur. Quin & bituminum sequax alioquin & lenta natura, in lacu Iudææ (qui uocatur Asphaltites) certo tempore anni supernatans nequit sibi auelli, ad omnem contactum adhærens, præterquam filo quod tale uirus infecerit. Etiam formicis animali minimo, inesse sensum eius ferunt, abijciq; gusta-

gustatas fruges, nec postea repeti. Et hoc tale tantumq́; omnibus tricenis diebus malũ in muliere existit, & trimestri spatio largius. Quibusdã uero sæpius mense, sicut aliquibus nunquam: sed tales non gignunt, quando hæc est generando homini materia, semine è maribus coaguli modo hoc in sese glomerante, qđ deinde tempore ipso animatur, corporaturq́;. Ergo cũ grauidis fluxit, inualidi aut non uitales partus eduntur, aut saniosi, ut autor est Nigidius

Item de ratione partuum. Ca. .XVI.

IDem, lac fœminæ non corrumpi alentì partum, si ex eodem uiro rursus conceperit, arbitratur. Incipiente autem hoc statu aut desinente, conceptus facillimè traduntur. Fœcunditatis in fœminis prærogatiuam accepimus, inunctis medicamine oculis, saliuam infici. Cæterum editis primores septimo mẽse gigni dentes, priusq́; in supera ferè parte, haud dubium est: Septimo eosdem decidere anno, aliosq́; suffici. Quosdam & cum dentibus nasci, sicut M. Curium, qui ob id Dẽtatus cognominatus est: & Cn. Papyrium Carbonẽ, præclaros uiros. In fœminis ea res inauspicati fuit exempli regũ temporibus. Cum ita nata esset Valeria, exitio ciuitati in quam delata esset futurũ, respõso aruspicũ uaticinãte, Sessapiam etiã illa tẽpestate florentissimã deportata est, ueridico exitio cõsecuto. Quasdã cõcreto genitali gigni, infausto omine, Cornelia Gracchorũ mater ĩdicio est.

Aliqui uice dentium, continuo osse gignuntur: sicuti Prusiæ regis Bithyniorum filius, superna parte oris. Dentes aũt tantũ inuicti sunt ignibus, nec cremãtur cõburunt cũ reliquo corpore. Iidem flammis indomiti, tabe ca uantur pituita ue. Candorẽ trahunt quodã medicamine. Vsu atteruntur, multoq; primum in aliquibus deficiunt. Nec cibo tantum & alimentis necessarij: quippe uocis sermonisq; regimẽ primores tenent, cõcentu quodã excipientes ictũ linguæ, seriemq; structuræ, atq; magnitudine mutilãtes, mollientésue, aut hebetantes, uerba: & cũ defluxere, explanationem oẽm adimẽtes. Quin et auguriũ in hac esse creditur parte. Triceni bini uiris attribuũtur, excepta Turdulorũ gente. Quibus plures fuere, longiora ꝓmitti uitæ putãt spatia. Fœminis minor numerus. Quibus in dextra ꝑte gemini sup̃ne, à canibus cognoĩati, fortunæ blandimenta pollicentur, sicut in Agrippina Domitij Neronis matre: cõtrà in læua. Hoĩem priusq̃ genito dente cremari, mos gentium non est. Sed mox plura de hoc, cum mẽbratim historia decurret. Risisse eodẽ die quo genitus esset, unũ accepimus hoĩem Zoroastren. Eidem cerebrũ ita palpitasse, ut impositã repelleret manũ, futuræ præsagio scientiæ. In trimatu suo cuiq; dimidiam esse mensuram staturæ, certũ est. In plenum aũt cuncto mortalium generi minorẽ in dies fieri, propemodũ obseruatur. Rarosq; patribus procериores, consumẽte hubertatem

suauitate quadam

per singula mẽbra

exteriores

bertatem ſeminum exuſtione, in cuius uices nũc uergat æuum. In Creta terræ motu rupto monte, inuentum eſt corpus ſtans .XLVI. cubitorũ, qđ alij Orionis, alij Etionis fuiſſe tradunt. Oreſtis corpus oraculi iuſſu refoſſum .VII. cubitorũ fuiſſe, monumẽtis traditur. Iam uero ante annos propè mille, uates ille Homerus non ceſſauit minora corpora mortalium q̃ priſca cõqueri. Næuij Polliõis amplitudinẽ annales non tradunt. Sed quia populi concurſu penè interemptus eſſet, ꝓdigij uice habitũ. Proceriſſimũ hominẽ ætas noſtra diuo Claudio principe Gabbaram noĩe, ex Arabia aduectũ, IX. pedum & totidẽ unciarum uidit. Fuere ſub diuo Auguſto ſemipede addito: quorum corpora eius miraculi gratia, in conditorio Salluſtianorũ aſſeruabãtur hortorũ: Puſioni et Secũdillæ erant noĩa. Eodẽ præſide minimus homo duos pedes & palmũ Conopas noĩe, in delicijs Iuliæ neptis eius fuit: Et mulier Andromeda liberta Iuliæ Auguſtæ. Manium Maximũ, & M. Tulliũ equites Ro. binũm cubitorum fuiſſe, autor eſt Varro: & ipſi uidimus in loculis aſſeruatos. Seſqpedales gigni quoſdam longiores, in trimatu implentes uitæ curſum, haud ignotũ eſt. Inuenimus in monumẽtis Salamiã Euthimenis filiũ, in tria cubitá triennio adoleuiſſẽ, inceſſu tardum, ſenſu hebetẽ, & iam puberẽ factum uoce robuſta, abſumptum cõtractione mẽbrorum ſubita, triennio circũacto. Ipſi nos pridẽ uidimus eadem fermè

Ilia. 5. de Diomede inibi loquens, ut ſaxũ ſuſtulerit, ὅ οὐ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν, οἷοι νῦν βροτοὶ εἰσι. Quam qui dẽ Homeri ſententiã Iuuenalis poſtea ſat. 15. his uerbis cõfirmat: Nã genus hoc uiuo iam decreſcebat Homero. Terra malos hõies nunc educat atque puſillos.

omnia,

*omnia, præter pubertatem, in filio Cor. Taciti equitis Ro. Belgicæ Galliæ rationes procurantis. Ectrapelos græci uocant eos: in latino non habent nomen.*

*Insignia corporum.* Ca. .XVII.

*QVod sit hominum spatium à uestigio ad uerticem, id esse sparsis manibus inter longißimos digitos obseruatū est: sicuti uires quibusdam dextra parte maiores, quibusdam æquas utraque, aliquibus læua manu præcipuas: nec id unquā in fœminis. Mares præstare pondere, & defuncta uiuentibus corpora omnium animalium, & dormientia uigilantibus. Virorum cadauera supina fluitare, fœminarū prona: uelut pudori defunctarum parcente natura.*

Hippocrates li. aphoris. 1. *Ambidextra, inquit, fœmina non fit.*

*Exempla uariarū figurarū.* Ca. .XVIII.

*COncretis quosdā oßibus, ac sine medullis uiuere accepimus. Signū eorū esse, nec sitim sentire, nec sudorē emittere: quanq̄ et uolūtate sciamus sitim uictā: equitemq; Ro. Iuliū Viatorem è Vocontiorum gente fœderata, in pupillaribus annis aquæ subter cutem fusæ morbo, prohibitum humore à medicis, naturam fecisse consuetudine, atque senecta caruiße potu. Necnon & alij multa sibi imperauere.*

*Diuersorū morū exempla.* Ca. .XIX.

*FErunt Crassum auū Craßi in Parthis interempti nunq̄ risisse, ob id Agelastum uocatū: sicuti nec flesse multos. Socratem clarū sapiētia eodem semp uisum uultu, nec aut hilari magis aut turbato.*

Exit hic

Exit hic animi tenor aliquãdo in rigorẽ quendã tor uitatemq; naturæ durã, et inflexibilẽ, affectusq; humanos adimit, quales apathes græci uocant, multos eius generis expti: quodq; mirũ ſit, autores maxime ſapiẽtiæ, Diogenẽ Cynicum, Pyrrhonẽ, Heraclitũ, Timonem, hunc quidem etiã in totius odiũ generis humani euectũ. Sed hæc parua naturæ inſignia in multis uarie cognoſcuntur: ut in Antonia Druſi nunquam expuiſſe, in Pomponio conſulari poëta nunquam ructaſſe. Quibus natura concreta ſunt oſſa, qui ſunt rari admodum, cornei uocantur.

De fortitudine et uelocitate. Ca. .XX.

Corpore ueſco fuiſſe, ſed eximijs uiribus Tritanum, in gladiatorio ludo Samnitiũ armatura celebrẽ: filiumq; eius militẽ Magni Pompeij, & rectos, et trãſuerſos cãcellatim toto corpore habuiſſe neruos, in brachijs etiã manibusq;, autor eſt Varro in prodigioſa uirium relatione. Atque etiam hoſtem, ab eo, ex prouocatione dimicantem, inermi dextra uno digito, ſuperatũ, & poſtremo correptũ in caſtra tranſlatũ. A. Iunius Valens meruit in prætorio diui Auguſti cẽturio, uehicula cũ culeis onuſta donec exinanirẽtur, ſuſtinere ſolitus: carpẽta cõprehẽſa una manu retinere obnixius, cõtra nitẽtibus iumẽtis: et alia mirifica facere, quæ inſculpta monumẽto eius ſpectãtur. Ideo M. Varro: Ruticellus, inqt, Hercules appellatus, mulũ ſuum tollebat. Fuſius Saluius duocente-

duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, & ducenaria duobus humeris cōtra ſcalas ferebat. Nos quoque uidimus Athanatum nomine, prodigioſæ oſtentationis, quinquagenario thorace plūbeo indutum, cothurnisq; quingentorū pondo calciatum p̄ ſcenam ingredi. Crotoniatam Milonē athletam, cū conſtitiſſet, nemo ueſtigio educebat: malum tenenti nemo digitum corrigebat. Cucurriſſe. M. CLX. ſtadia, ab Athenis Lacedæmonē, biduo Philippidē, magnum erat: donec Caniſtius curſor Lacedæmonius et Philonides Alexādri Magni, à Sicyone Elin, uno die M. CC. ſtad. cucurrerūt. Nūc quidē in circo quoſdā CLX. p. tolerare non ignoramus. Nupq; Fōteio & Vipſano coſſ. annos. IX genitū puerū à meridie ad ueſperum. XLV. M. p. cucurriſſe. Cuius rei admiratio ita demum ſolida perueniet, ſi quis cogitet nocte ac die longißimū iter uehiculis tribus Tiberiū Neronem emenſum, feſtinantem ad Druſum fratrem ægrotantē in Germania: in eo fuerūt CC. M. paſſ.

De uiſu. Caput .XXI.

Oculorum acies uel maxime fidem excedentia inuenit exempla. In nuce incluſam Iliada Homeri carmen in mēbrana ſcriptum tradidit Cicero. Idem fuiſſe qui peruideret. CXXXV. M. paſ. Huic & nomen M. Varro reddidit Strabonē uocatū. Solitum aūt Punico bello, à Lilybæo Siciliæ promontorio exeūte claſſe Carthaginis portu, etiam numerū nauium

nauium dicere. Callicrates ex ebore formicas, & alia tam parua fecit animalia, ut partes earum à cæteris cerni non possent. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit, à quo quadrigam ex eadē materia, quam musca integeret alis fabricatam, & nauem quam apicula penitus absconderet.

De auditu. Caput .XXII.

AVditus unū exemplum habet mirabile. Prœliū quo Sybaris deleta est, eo die quo gestū erat, auditum Olympiæ. Nam Cimbriæ uictoriæ, Castoresq; Ro. (qui Persicam uictoriā ipso die quo contigit, nunciauere) uisus & auditus, et numinū fuere præsagia.

Exempla patientiæ. Ca. .XXIII.

PAtientia corporis (ut est crebra sors calamitatum) innumera documēta peperit. Clarissimū in fœminis Leænæ meretricis exemplum, quæ torta non indicauit Harmodiū & Aristogitonem tyrannicidas. In uiris Anaxarchus, qui simili de causa cū torqueretur, præcisam dētibus linguā, unamq; spem indicij, in tyranni os expuit.

Memoriæ exempla. Ca. .XXIIII.

MEmoria necessariū maxime uitæ bonū, cui precipua fuerit haud facile dictu est, tā multis gloriā eius adeptis. Cyrus rex oībus in exercitu suo militibus noīa reddidit. L. Scipio pplo Romano. Cyneas Pyrrhi regis legatus senatui & equestri ordini Romæ postero die q̄ aduenerat. Mithridates du

arum & .XX. gentium rex, totidem linguis iura dixit, p cōcione singulas sine interprete affatus. Charmidas qdam in Græcia, quæ qs exegerit uolumina in bibliothecis, legētis modo repræsentauit. Ars postremo eius rei facta, et inuenta est à Simonide melico, consummata à Metrodoro Scepsio, ut nihil non iisdē uerbis redderetur auditū. Nec aliud est æque fragile in hoīe, morborū et casus īiurias atq; etiam metus sentiens, aliâs pticulatim, aliâs uniuersa. Ictus lapide oblitus est literas tātū. Ex prealto tecto lapsus, matris et affiniū, ppinquorūq; cepit obliuionē. Alius ægrotus, seruorū etiā. Sui uero noīs oblitus Messala Coruinus orator, itaq; sæpe deficere tentat et meditatur uel quieto corpore & ualido. Somno quoque serpente cōputat, ut inanis mens quærat ubi sit loci.

Laus C. Iulij Cæsaris. Ca. .XXV.

ANimi uigore præstantißimū arbitror C. Cæsarem dictatorem. Nec uirtutem constantiamq; nunc commemoro, nec sublimitatem omnium capacem, quæ cælo continentur: sed proprium uigorem celeritatemq; quodam igne uolucrem. Scribere & legere simul, dictare & audire solitum accepimus. Epistolas uero tantarum rerum quaternas pariter librarijs dictare: aut si nihil aliud ageret, septenas. Idem signis collatis quinquagies dimicauit: solus M. Marcellum transgressus, qui undequadragies dimicauerat. Nam præter ciuiles uictorias, undecies

decies. C.&.XCII.M. hominum occisa prælijs ab eo, non equidem in gloria posuerim, tantã etiam coactam humani generis iniuriam: quod ita esse confessus est ipse, bellorum ciuilium stragem non prodendo: ut iustius Põpeio Magno tribuatur. DCCC.XLVI. naues piratis ademisse. Cæsari propriũ et peculiare fuit, præter iam supradicta, clemẽtiæ insigne: qua usq; ad pœnitentiã oẽs supauit. Idem magnanimitatis ꝓhibuit exemplũ, cui cõparari nõ poßit aliud. Spectacula enim edita effusasq; opes, aut operũ magnificentiã in hac parte enumerare, luxuriæ fauẽtis est. Illa fuit uera et incõparabilis inuicti animi sublimitas: captis apud Pharsaliam Pompeij Magni scrinijs epistolarum, iterumq; apud Tapsum Scipionis, ea optima concremasse fide, atque non legisse.

Laus Pompeij Magni. Ca. .XXVI.

VErũ ad decus ĩperij Ro. nõ solũ ad uiri unius ꝑtinet uictoriã, Pompeij Magni titulos oẽs, triũphosq; hoc in loco nuncupare: æquato nõ modo Alexandri Magni rerũ fulgore, sed etiam Herculis ꝓpè ac Liberi patris. Igitur Sicilia recupata, unde primum Syllanus in reip. causa exoriens auspicatus est: Africa uero tota subacta, & in deditionem redacta, Magniq; nomine spolio inde capto, eques Romanus (id quod antea nemo) curru triumphali reuectus est: & statim ad solis occasum transgressus, excitatis in Pyrenæo trophæis, oppida. DCCC.LXXVI.

ab alpi-

ab alpibus ad fines Hispaniæ ulterioris in ditionem redacta, uictoriæ suæ ascripsit: et maiore animo Sertoriũ domuit, belloq; ciuili (quod oĩa cõcutiebat externa) extincto, iterũ triũphales currus eques Ro. induxit, toties imperator anteq̃ miles. Postea ad tota maria et deinde solis ortus missus, hos retulit patriæ titulos, more sacris certaminibus uincentium. Neq; enim ipsi coronantur, sed patrias suas coronant. Hos ergo honores urbi tribuit in delubro Mineruæ, qđ ex manubijs dicabat. (Cn. Pompeius Magnus Imp. bello. XXX. annorũ confecto, fusis, fugatis, occisis, in deditionem acceptis hoĩm centies uicies semel. LXXXIII. M: depressis aut captis nauibus. DCCCXLVI: oppidis, castellis. M.D.XXXVIII in fidẽ receptis: terris à Mæotis lacu ad rubrũ mare subactis, uotum merito Mineruæ. Hoc est breuiariũ eius ab oriente. Triumphi uero, quem duxit ad. III. Calen. Oct. M. Messala, M. Pisone coss. præfatio hæc fuit: Cum oram maritimã à prædonibus liberasset, & imperiũ maris populo Ro. restituisset, ex Asia, Põto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Iudæis, Albanis, Iberia, insula Creta, Basternis, & super hæc de regibus Mithridate atque Tigrane triumphauit.) Summa summarum in illo gloria fuit (ut ipse in cõcione dixit, cum de suis rebus dissereret) Asiam ultimam prouinciarum accepisse, eandemq; mediam patriæ reddidisse. Siquis

e contra-

è contrario simili modo uelit percēsere Cæsaris res, qui maior illo apparuit, totū profecto terrarum orbem enumeret: quod infinitum esse conueniet.

Laus Catonis primi. Ca. .XXVII.

CAeteris uirtutū generibus uarie et multi fuere præstātes. Cato primus Portiæ gētis, tres summas in hoīe res præstitiße existimatus est, optimus orator, optimus impator, optimus senator: quæ mihi omnia, etiamsi non prius, attamen clarius fuisse in Scipione Aemiliano uidētur: dempto præterea plurimorum odio, quo Cato laborauit. Itaq; sit propriū Catonis, quater et quadragies causam dixisse: nec quenq̄ sæpius postulatū, & semper absolutum.

Item de fortitudine. Ca.XXVIII.

FOrtitudo in quo maxime extiterit, immensæ quæstionis est, utiq; si recipiatur poetica fabulositas. Q. Ennius T. Cæciliū Teucrū, fratremq; eius præcipue miratus, ꝓpter eos sextum annalem adiecit. L. Sicinius Dentatus, qui tribunus plebis fuit, Sp. Tarpeio, A. Thermo consulibus, haud multo post exactos reges, inumerosissima suffragia habet, centies uicies præliatus, octies ex prouocatione uictor .XLV. cicatricibus aduerso corpore insignis, nulla in tergo. Item spolia cepit .XXXIIII, donatus hastis puris duodeuiginti, phaleris .XXV, torquibus tribus &.LXXX, armillis CLX, coronis .XXXVI, ciuicis .XIIII, aureis, VIII, muralibus .III,

z obsi-

Exempla numerosæ sobolis. Ca. .XI.

PRæter mulierē, pauca animalia coitū nouere grauida. Vnū qdem oīno, aut alterū supfœtat. Extat in monumentis etiam medicorū, & quibus talia consectari curæ fuit, uno abortu .XII. puerperia egesta. Sed ubi paululū temporis inter duos conceptus intercessit, uterq; est pfectus: ut in Hercule & Iphiclo fratre eius apparuit: et in ea, quæ gemino partu alterū marito similē, alterū adultero genuit: Item Procōnesia ancilla, quæ eiusdē diei coitu, alterum domino similē, alterum procuratori eius: Et in alia, quæ unū iusto partu, quinq; mensium alterū edidit: Rursus in alia, quæ septē mensiū edito puerpio, insecutis mensibus geminos enixa est. Iam illa uulgata est, uarie ex integris truncos gigni, ex truncis integros, eademq; parte truncos: signa quædā næuosq; & cicatrices etiam regenerari. Quarto partu aliquorum originis nota in brachio redditur.

Exempla similitudinum. Ca. .XII.

IN Lepidorū gente tres, intermisso ordine, obducto membrana oculo, genitos accepimus. Similes quidem alios auo: Et ex geminis quoque alterum patri, alterum matri: annoq; pòst genitum, maiori similem fuisse ut geminum. Quasdam sibi similes semper parere; quasdam uiro, quasdam nulli, quasdā fœminam patri, marem sibi. Indubitatum exemplum est Nicei nobilis poëtæ Byzātij geniti, qui adulterio

Aethiopis

*Aethiopis nata matre, nil à cæteris colore differente, ipſe in auum regenerauit Aethiopem. Similitudinum quidem in mente reputatio eſt, & in qua credãtur multa fortuita pollere, uiſus, auditus, memoriaq́; hauſtæ imagines ſub ipſo conceptu. Cogitatio etiam utriuſlibet animo ſubito tranſuolans, effingere ſimilitudinem aut miſcere exiſtimatur. Ideoq; plures in homine, quàm in cæteris omnibus animalibus differentiæ: quoniam uelocitas cogitationum, animiq; celeritas, & ingenij uarietas multiformes notas imprimit: cum cæteris animantibus immobiles ſint animi, & ſimiles omnibus, ſingulisq; in ſuo cuique genere. Antiocho regi Syriæ, è plebe nomine Arteon intantum ſimilis fuit, ut Laodice coniunx regia, necato iã Antiocho, munus per eum commendationis, regniq; ſucceſſionis peregerit. Magno Pompeio Vibius quidam e plebe et Publicius etiã ſeruitute liberatus, indiſcreta propè ſpecie fuere ſimiles, illud os probum reddentes, ipſumq́; honorem eximiæ frontis. Qualis cauſa patri quoque eius, Menogenis coci ſui cognomen impoſuit Strabonis, à ſpecie oculorum nomen habentis, uitium imitata: Et Scipioni in ſeruo Serapione uictimarij negociatoris, uili mancipio. Eiuſdẽ familiæ Scipioni poſt Cn. cognomen Salutio mimus dedit: Sicut ſpinter Secundanus, retiariusq; Pamphilius, collegio Lentuli et Metelli coſſ. In quo perq̃ informe fortuitũ hoc quoq; fuit, duorũ*

*De proliũ ſimilitudie ſiue ad ipſos parẽtes, ſiue ad alios, & qua ratione id eueniat, tũ & de alijs pleriſque, quæ hic à*

*Plinio cōtinua serie referuntur, habes Aristo. de hist. anima. li. 1. c. 6. & sequētibus aliquot, & itē de ani. gen. li. 4. c. 3. & toto ferè. 2. de gener. libro.*

simul consulū in scena imagines cerni. E diuerso L. Plācus orator, histrioni Rubrio cognomē imposuit. Rursus Curioni patri Burbuleius: itemq; Messalæ Censorio Menogenes, pinde histriones. Suræ qdem procōsulis etiā rictū in loquēdo, contractionēq; linguæ, & sermonis tumultū, non imaginē modo, piscator quidā in Sicilia reddidit. Cas. Seuero celebri oratori, armētarij Mirmillōis obiecta silitudo est. Toranius M. Antonio iam triūuiro, eximios forma pueros, alterū in Asia genitū, alterū trās alpes, ut gemi nos uēdidit: tanta unitas erat. Postq̄ deinde sermone puerûm detecta fraude à furente increpitus Antonio est, inter alia magnitudinem pretij requirente, (nam ducentis erat mercatus sestertijs) respōdit uer sutus ingenij mango, ob id ipsum se tanti uendidisse, quoniam non esset mira similitudo in ullis eodem utero editis: Diuersarū quidem gentiū natales tam cōcordi figura reperiri, super omnem esse taxationē: Adeoq; tempestiuam admirationem intulit, ut ille proscriptor animus, mero & cōtumelia furens, non aliud in censu maius & in fortuna sua duceret.

## Quæ sit generandi ratio. Ca. XIII.

Est quædam priuatim dissociatio corporū, & inter se sterilis: at ubi cum alijs iunxere, gignunt: sicut Augustus et Liuia. Item alij aliæq; fœminas tantum generant, aut mares: Plerunq; alternant: sicut Gracchorum mater duodecies, & Agrippina Ger.

pius Germanici nouies. Alijs sterilis est iuuenta: aliis semel in uita datur gignere. Quædã non perferũt partus: quales siquãdo medicina & cura uicere, fœminã ferè gignunt. Diuus Augustus in reliqua exemplorum raritate, neptis suæ nepotem uidit genitum quo excessit anno M. Syllanum: qui cum Asiam obtineret post consulatum, Neronis principis successione, ueneno eius interemptus est. Q. Metellus Macedonicus cum sex liberos relinqueret, undecim nepotes reliqt: nurus uero, generosq;, & oẽs qui se patris appellatione salutaret, uigintiseptẽ. In actis diui Augusti tpm inuenitur. XII. cõsulatu eius (quẽ L. Sylla collega ad. III. Idus Aprilis gessit) Crispinum Hilarium ex ingenua plebe Fesulana, cum liberis nouem (in quo numero filiæ duæ fuerunt) nepotibus. XXVII, pronepotibus. XXIX, neptibus. IX. prælata põpa, cum omnibus his in Capitolio immolasse. vel prælat

Item de eodẽ multiplicius. Ca. .XIIII.

MVlier post quinquagesimũ annum non gignit, maiorq; pars quadragesimo profluuium genitale sistit. Nam in uiris Masinissam regem, post. LXXXVI. annos generasse filium, quem Methymathnũ appellauerit, clarum est: Catonẽ Censorium octogesimo exacto, è filia Salonij clientis sui. Qua de causa, aliorum eius liberorum propago, Liciniani sunt cognominati, hi Saloniani, ex qbus Uticensis fuit. Nuper etiam L. Volusio Saturnino in ur

bis præfectura extincto, notum est Corneliam è Scipionum gente Volusium Saturninum, qui fuit cōsul, post.LXII.annum genuisse. Et usque ad.LXXV. apud ignobiles uulgaris reperitur generatio.

post lxxij.

De menstruis mulierū. Ca. .XV.

Solum autem animal menstruale mulier est. In unius utero, quas appellarūt molas. Ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuens. Mouetur, sistitq; menses: & ut partus, aliâs letalis, aliâs unà senescens, aliquādo aluo citatiore excidēs. Simile quiddam & uiris in uentre gignitur, quod uocant scirron: sicut Oppio Capitoni prætorio uiro. Sed nihil facile reperitur mulierum profluuio magis monstrificum. Acescunt superuentu musta, sterilescunt tactæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, & fructus arborum quibus insidēre, decidunt: speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, acies ferri præstringitur eborisque nitor, aluei apum emoriuntur: æs etiam ac ferrum rubigo protinus corrumpit, odorq; dirus aëra. Et in rabiem aguntur gustato eo canes, atque insanabili ueneno morsus infigitur. Quin & bituminum sequax alioquin & lenta natura, in lacu Iudææ (qui uocatur Asphaltites) certo tempore anni supernatans nequit sibi auelli, ad omnem contactum adhærens, præterquam filo quod tale uirus infecerit. Etiam formicis animali minimo, inesse sensum eius ferunt, abijciq;

gusta-

*gustatas fruges, nec postea repeti. Et hoc tale tantumq; omnibus tricenis diebus malũ in muliere existit, & trimestri spatio largius. Quibusdã uero sæpius mense, sicut aliquibus nunquam: sed tales non gignunt, quando hæc est generando homini materia, semine è maribus coaguli modo hoc in sese glomerante, qđ deinde tempore ipso animatur, corporaturq;. Ergo cũ grauidis fluxit, inualidi aut non uitales partus eduntur, aut saniosi, ut autor est Nigidius*

*Item de ratione partuum.* Ca. .XVI.

IDem, *lac fœminæ non corrumpi alenti partum, si ex eodem uiro rursus conceperit, arbitratur. Incipiente autem hoc statu aut desinente, conceptus facillimè traduntur. Fœcunditatis in fœminis prærogatiuam accepimus, inunctis medicamine oculis, saliuam infici. Cæterum editis primores septimo mẽse gigni dentes, priusq; in supera ferè parte, haud dubium est: Septimo eosdem decidere anno, aliosq; suffici. Quosdam & cum dentibus nasci, sicut M. Curium, qui ob id Dẽtatus cognominatus est: & Cn. Papyrium Carbonẽ, præclaros uiros. In fœminis ea res inauspicati fuit exempli regũ temporibus. Cum ita nata esset Valeria, exitio ciuitati in quam delata esset futurũ, respõso aruspicũ uaticinãte, Sessapiam etiã illa tẽpestate florentissimã deportata est, ueridico exitio cõsecuto. Quasdã cõcreto genitali gigni, infausto omine, Cornelia Gracchorũ mater ĩdicio est.*

Aliqui uice dentium, continuo osse gignuntur: sicuti Prusiæ regis Bithyniorum filius, superna parte oris. Dentes aũt tantũ inuicti sunt ignibus, nec cremãtur cũ reliquo corpore. Iidem flammis indomiti, tabe ca uantur pituita ue. Candorẽ trahunt quodã medicamine. Vsu atteruntur, multoq; primum in aliquibus deficiunt. Nec cibo tantum & alimentis necessarij: quippe uocis sermonisq; regimẽ primores tenent, cõcentu quodã excipientes ictũ linguæ, seriemq; structuræ, atq; magnitudine mutilãtes, mollientésue, aut hebetantes, uerba: & cũ defluxere, explanationem oẽm adimẽtes. Quin et auguriũ in hac esse creditur parte. Triceni bini uiris attribuũtur, excepta Turdulorũ gente. Quibus plures fuere, longiora ꝑmitti uitæ putãt spatia. Fœminis minor numerus. Quibus in dextra ꝑte gemini supne, à canibus cognoĩati, fortunæ blandimenta pollicentur, sicut in Agrippina Domitij Neronis matre: cõtrà in læua. Hoĩem priusq̃ genito dente cremari, mos gentium non est. Sed mox plura de hoc, cum mẽbratim historia decurret. Risisse eodẽ die quo genitus esset, unũ accepimus hoĩem Zoroastren. Eidem cerebrũ ita palpitasse, ut impositã repelleret manũ, futuræ præsagio scientiæ. In trimatu suo cuiq; dimidiam esse mensuram staturæ, certũ est. In plenum aũt cuncto mortalium generi minorẽ in dies fieri, propemodũ obseruatur. Rarosq; patribus prόceriores, consumẽte hubertatem

bertatem ſeminum exuſtione, in cuius uices nūc uergat æuum. In Creta terræ motu rupto monte, inuentum eſt corpus ſtans. XLVI. cubitorū, qđ alij Orionis, alij Etionis fuiſſe tradunt. Oreſtis corpus oraculi iuſſu refoſſum. VII. cubitorū fuiſſe, monumētis traditur. Iam uero ante annos propè mille, uates ille Homerus non ceſſauit minora corpora mortalium q̃ priſca cōqueri. Næuij Polliōis amplitudinē annales non tradunt. Sed quia populi concurſu penè interemptus eſſet, ꝓdigij uice habitū. Proceriſsimū hominē ætas noſtra diuo Claudio principe Gabbaram noīe, ex Arabia aduectū, IX. pedum & totidē unciarum uidit. Fuere ſub diuo Auguſto ſemipede addito: quorum corpora eius miraculi gratia, in conditorio Salluſtianorū aſſeruabātur hortorū: Puſioni et Secūdillæ erant noīa. Eodē præſide minimus homo duos pedes & palmū Conopas noīe, in delicijs Iuliæ neptis eius fuit: Et mulier Andromeda liberta Iuliæ Auguſtæ. Manium Maximū, & M. Tulliū equites Ro. binûm cubitorum fuiſſe, autor eſt Varro: & ipſi uidimus in loculis aſſeruatos. Seſqpedales gigni quoſdam longiores, in trimatu implentes uitæ curſum, haud ignotū eſt. Inuenimus in monumētis Salamiā Euthimenis filiū, in tria cubita triennio adoleuiſſē, inceſſu tardum, ſenſu hebetē, & iam puberē factum uoce robuſta, abſumptum cōtractione mēbrorum ſubita, triennio circūacto. Ipſi nos pridē uidimus eadem fermè omnia,

Ilia. ε. de Diomede inibi loquens, ut ſaxū ſuſtulerit, ὃ οὐ δύο γ᾽ ἄνδρε φέροιεν, οἷοι νῦν βροτοί εἰσι. Quam qui dē Homeri ſententiā Iuuenalis poſtea ſat. 15. his uerbis cōfirmat: Nā genus hoc uiuo iam decreſcebat Homero. Terra malos hoīes nunc educat atque puſillos.

omnia, præter pubertatem, in filio Cor. Taciti equitis Ro. Belgicæ Galliæ rationes procurantis. Ectrapelos græci uocant eos: in latino non habent nomen.

Insignia corporum. Ca. .XVII.

QVod sit hominum spatium à uestigio ad uerticem, id esse sparsis manibus inter longißimos digitos obseruatū est: sicuti uires quibusdam dextra parte maiores, quibusdam æquas utraque, aliquibus læua manu præcipuas: nec id unquā in fœminis. Mares præstare pondere, & defuncta uiuentibus corpora omnium animalium, & dormientia uigilantibus. Virorum cadauera supina fluitare, fœminarū prona: uelut pudori defunctarum parcente natura.

Hippocrates li. aphoris. I. Ambidextra, inquit, fœmina non fit.

Exempla uariarū figurarū. Ca. .XVIII.

COncretis quosdā oßibus, ac sine medullis uiuere accepimus. Signū eorū esse, nec sitim sentire, nec sudorē emittere: quanq̄ et uolūtate sciamus sitim uictā: equitemq; Ro. Iuliū Viatorem è Vocontiorum gente fœderata, in pupillaribus annis aquæ subter cutem fusæ morbo, prohibitum humore à medicis, naturam fecisse consuetudine, atque senecta caruiße potu. Necnon & alij multa sibi imperauere.

Diuersorū morū exempla. Ca. .XIX.

FErunt Crassum auū Craßi in Parthis interempti nunq̄ risiße, ob id Agelastum uocatū: sicuti nec flesse multos. Socratem clarū sapiētia eodem semp uisum uultu, nec aut hilari magis aut turbato.

Exit hic

Exit hic animi tenor aliquãdo in rigorẽ quendã toruitatemq; naturæ durã, et inflexibilẽ, affectusq; humanos adimit, quales apathes græci uocant, multos eius generis expti: quodq; mirũ sit, autores maxime sapiẽtiæ, Diogenẽ Cynicum, Pyrrhonẽ, Heraclitũ, Timonem, hunc quidem etiã in totius odiũ generis humani euectũ. Sed hæc parua naturæ insignia in multis uarie cognoscuntur: ut in Antonia Drusi nunquam expuisse, in Pomponio consulari poëta nunquam ructasse. Quibus natura concreta sunt ossa, qui sunt rari admodum, cornei uocantur.

De fortitudine et uelocitate. Ca. .XX.

Corpore uesco fuisse, sed eximijs uiribus Tritanum, in gladiatorio ludo Samnitiũ armatura celebrẽ: filiumq; eius militẽ Magni Pompeij, & rectos, et trãsuersos cãcellatim toto corpore habuisse neruos, in brachijs etiã manibusq;, autor est Varro in prodigiosa uirium relatione. Atque etiam hostem ab eo, ex prouocatione dimicantem, inermi dextra uno digito superatũ, & postremo correptũ in castra translatũ. A. Iunius Valens meruit in prætorio diui Augusti cẽturio, uehicula cũ culeis onusta donec exinanirẽtur, sustinere solitus: carpẽta cõprehẽsa una manu retinere obnixius, cõtra nitẽtibus iumẽtis: et alia mirifica facere, quæ insculpta monumẽto eius spectãtur. Ideo M. Varro: Ruticellus, inqt, Hercules appellatus, mulũ suum tollebat. Fusius Saluius duocente-

duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, & ducenaria duobus humeris cõtra scalas ferebat. Nos quoque uidimus Athanatum nomine, prodigiosæ ostentationis, quinquagenario thorace plũbeo indutum, cothurnisq; quingentorũ pondo calciatum per scenam ingredi. Crotoniatam Milonẽ athletam, cũ constitisset, nemo uestigio educebat: malum tenenti nemo digitum corrigebat. Cucurrisse. M. CLX. stadia, ab Athenis Lacedæmonẽ, biduo Philippidẽ, magnum erat: donec Canistius cursor Lacedæmonius et Philonides Alexãdri Magni, à Sicyone Elin, uno die M. CC. stad. cucurrerũt. Nũc quidẽ in circo quosdã CLX. p. tolerare non ignoramus. Nupq; Fõteio & Vipsano coss. annos. IX genitũ puerũ à meridie ad uesperum. XLV. M. p. cucurrisse. Cuius rei admiratio ita demum solida perueniet, si quis cogitet nocte ac die longißimũ iter uehiculis tribus Tiberiũ Neronem emensum, festinantem ad Drusum fratrem ægrotantẽ in Germania: in eo fuerũt. CC. M. pass.

De uisu. Caput .XXI.

Oculorum acies uel maxime fidem excedentia inuenit exempla. In nuce inclusam Iliada Homeri carmen in mẽbrana scriptum tradidit Cicero. Idem fuisse qui peruideret. CXXXV. M. pas. Huic & nomen M. Varro reddidit Strabonẽ uocatũ. Solitum aũt Punico bello, à Lilybæo Siciliæ promontorio exeũte classe Carthaginis portu, etiam numerũ nauium

nauium dicere. Callicrates ex ebore formicas, & alia tam parua fecit animalia, ut partes earum à cæteris cerni non possent. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit, à quo quadrigam ex eadē materia, quam musca integeret alis fabricatam, & nauem quam apicula penitus abscōderet.

De auditu. Caput .XXII.

AVditus unū exemplum habet mirabile. Præliū quo Sybaris deleta est, eo die quo gestū erat, auditum Olympiæ. Nam Cimbriæ uictoriæ, Castoresq; Ro. (qui Persicam uictoriā ipso die quo contigit, nunciauere) uisus & auditus, et numinū fuere præsagia.

Exempla patientiæ. Ca. .XXIII.

PAtientia corporis (ut est crebra sors calamitatum) innumera documēta peperit. Clarissimū in fœminis Leænæ meretricis exemplum, quæ torta non indicauit Harmodiū & Aristogitonem tyrannicidas. In uiris Anaxarchus, qui simili de causa cū torqueretur, præcisam dētibus linguā, unamq; spem indicij, in tyranni os expuit.

Memoriæ exempla. Ca. .XXIIII.

MEmoria necessariū maxime uitæ bonū, cui precipua fuerit haud facile dictu est, tā multis gloriā eius adeptis. Cyrus rex oībus in exercitu suo militibus noīa reddidit. L. Scipio pplo Romano. Cyneas Pyrrhi regis legatus senatui & equestri ordini Romæ postero die q̄ aduenerat. Mithridates du-

arum & .XX. gentium rex, totidem linguis iura dixit, p cõcione singulas sine interprete affatus. Charmidas qdam in Græcia, quæ qs exegerit uolumina in bibliothecis, legẽtis modo repræsentauit. Ars postremo eius rei facta, et inuenta est à Simonide melico, consummata à Metrodoro Scepsio, ut nihil non iisdẽ uerbis redderetur auditũ. Nec aliud est æque fragile in hoïe, morborũ et casus ĩiurias atq; etiam metus sentiens, aliâs pticulatim, aliâs uniuersa. Ictus lapide oblitus est literas tãtũ. Ex præalto tecto lapsus, matris et affiniũ, ppinquorũq; cepit obliuionẽ. Alius ægrotus, seruorũ etiã. Sui uero nõis oblitus Messala Coruinus orator, itaq; sæpe deficere tentat et meditatur uel quieto corpore & ualido. Somno quoque serpente cõputat, ut inanis mens quærat ubi sit loci.

Laus C. Iulij Cæsaris. Ca. .XXV.

ANimi uigore præstantißimũ arbitror C. Cæsarem dictatorem. Nec uirtutem constantiamq; nunc commemoro, nec sublimitatem omnium capacem, quæ cælo continentur: sed proprium uigorem celeritatemq; quodam igne uolucrem. Scribere & legere simul, dictare & audire solitum accepimus. Epistolas uero tantarum rerum quaternas pariter librarijs dictare: aut si nihil aliud ageret, septenas. Idem signis collatis quĩquagies dimicauit: solus M. Marcellum transgressus, qui undequadragies dimicauerat. Nam præter ciuiles uictorias, un

decies

decies. C. & .XCII. M. hominum occisa prælijs ab eo, non equidem in gloria posuerim, tantã etiam coa ctam humani generis iniuriam: quod ita esse confessus est ipse, bellorum ciuilium stragem non prodendo: ut iustius Põpeio Magno tribuatur. DCCC. XL VI. naues piratis ademisse. Cæsari propriũ et peculiare fuit, præter iam supradicta, clemẽtiæ insigne: qua usq; ad pœnitentiã oẽs supauit. Idem magnanimitatis phibuit exemplũ, cui cõparari nõ poßit aliud. Spectacula enim edita effusasq; opes, aut operũ magnificentiã in hac parte enumerare, luxuriæ fauẽtis est. Illa fuit uera et incõparabilis inuicti animi sublimitas: captis apud Pharsaliam Pompeij Magni scrinijs epistolarum, iterumq; apud Tapsum Scipionis, ea optima concremasse fide, atque non legisse.

Laus Pompeij Magni. Ca. .XXVI.

VErũ ad decus ĩperij Ro. nõ solũ ad uiri unius ptinet uictoriã, Pompeij Magni titulos oẽs, triũphosq; hoc in loco nuncupare: æquato nõ modo Alexandri Magni rerũ fulgore, sed etiam Herculis ppè ac Liberi patris. Igitur Sicilia recupata, unde primum Syllanus in reip. causa exoriens auspicatus est: Africa uero tota subacta, & in deditionem redacta, Magniq; nomine spolio inde capto, eques Romanus (id quod antea nemo) curru triumphali reuectus est: & statim ad solis occasum transgressus, excitatis in Pyrenæo trophæis, oppida. DCCC. LXXVI.

ab alpi-

*ab alpibus ad fines Hispaniæ ulterioris in ditionem redacta, uictoriæ suæ ascripsit: et maiore animo Sertoriũ domuit, belloq; ciuili (quod oĩa cõcutiebat externa) extincto, iterũ triũphales currus eques* Ro. *induxit, toties imperator anteq̃ miles.* Postea *ad tota maria et deinde solis ortus missus, hos retulit patriæ titulos, more sacris certaminibus uincentium.* Neq; *enim ipsi coronantur, sed patrias suas coronant.* Hos *ergo honores urbi tribuit in delubro* Mineruæ, *q̃d ex manubijs dicabat.* (Cn. Pompeius Magnus Imp. *bello.* XXX. *annorũ confecto, fusis, fugatis, occisis, in deditionem acceptis hoĩm centies uicies semel.* L XXXIII. M: *depressis aut captis nauibus.* DCCC XLVI: *oppidis, castellis.* M.D.XXXVIII *in fidẽ receptis: terris à* Mæotis *lacu ad rubrũ mare subactis, uotum merito* Mineruæ. Hoc *est breuiariũ eius ab oriente.* Triumphi *uero, quem duxit ad.* III. Ca*len.* Oct. M. Messala, M. Pisone *coss. præfatio hæc fuit:* Cum *oram maritimã à prædonibus liberasset, & imperiũ maris populo* Ro. *restituisset, ex* Asia, Põto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Iudæis, Albanis, Iberia, *insula* Creta, Basternis, *& super hæc de regibus* Mithridate *atque* Tigrane *triumphauit.*) Summa *summarum in illo gloria fuit (ut ipse in cõcione dixit, cum de suis rebus dissereret)* Asiam *ultimam prouinciarum accepisse, eandemq; mediam patriæ reddidisse.* Siquis

*e contra-*

ẽ contrario simili modo uelit percẽsere Cæsaris res, qui maior illo apparuit, totũ profecto terrarum orbem enumeret: quod infinitum esse conueniet.

Laus Catonis primi. Ca. .XXVII.

CAeteris uirtutũ generibus uarie et multi fuere præstãtes. Cato primus Portiæ gẽtis, tres summas in hoĩe res præstitiße existimatus est, optimus orator, optimus imꝑator, optimus senator: quæ mihi omnia, etiamsi non prius, attamen clarius fuisse in Scipione Aemiliano uidẽtur: dempto præterea plurimorum odio, quo Cato laborauit. Itaq; sit propriũ Catonis, quater et quadragies causam dixisse: nec quenq̃ sæpius postulatũ, & semper absolutum.

Item de fortitudine. Ca. XXVIII.

FOrtitudo in quo maxime extiterit, immensæ quæstionis est, utiq; si recipiatur poetica fabulositas. Q. Ennius T. Cæcilium Teucrũ, fratremq; eius præcipue miratus, ꝓpter eos sextum annalem adiecit. L. Sicinius Dentatus, qui tribunus plebis fuit, Sp. Tarpeio, A. Thermo consulibus, haud multo post exactos reges, ĩnumerosissima suffragia habet, centies uicies præliatus, octies ex prouocatione uictor . XLV . cicatricibus aduerso corpore insignis, nulla in tergo. Item spolia cepit. XXXIIII, donatus hastis puris duodeuiginti, phaleris. XXV, torquibus tribus & . LXXX, armillis CLX, coronis. XXXVI, ciuicis. XIIII, aureis, VIII, muralibus. III,

obsidionali una. Fisco æris. X, captiuis. XX. M. Im
peratores. IX. ipsius maxime opa triũphantes secu-
tus: præterea (qđ optimũ in opibus eius reor) uno ex
ducibus T. Romulo ex coss. ad populũ cõuicto male
acti impij rei militaris. Haud minora forẽt Manlij
Capitolini decora, ni pdidisset illa exitu uitæ. Ante
XXII. annos bina cepat spolia. Primus oĩm eques
coronã muralẽ accepat, VI. ciuicas, XXXVII. do
na, XXXIII. cicatrices aduerso corpore excepat.
Seruiliũ magistrũ eqtũ seruauerat, ipse uulneratus
humerũ ac femur. Super oĩa, Capitoliũ summamq;
rem in eo solus à Gallis seruauerat, si non regno suo
seruãsset. Verũ sunt ĩ his quidẽ uirtutis opa magna,
sed maiora fortunæ. M. Sergio, ut eqdẽ arbitror, ne
mo quenq̃ hoĩm iure prætulerit: licet ꝓnepos Catili
na gratiã noĩ derogarit. Secũdo stipẽdio dextrã ma
num pdidit: stipendijs duobus ter et uicies uulnera-
tus est, ob id neutra manu, neutro pede satis utilis:
uno tantũ seruo, plurimis postea stipẽdijs debilis mi
les. Bis ab Annibale captus, (neq; enĩ cũ quolibet ho
ste res fuit) bis uinculorũ eius ꝓfugus, XX. mẽsibus
nullo nõ die in catenis aut cõpedibus custoditus. Sini
stra manu sola quater pugnauit, duobus eqs insiden-
te eo suffossis. Dextrã sibi fecit ferreã, eaq; religa-
ta præliatus, Cremonã obsidione exemit, Placẽtiam
tutatus est: duodena castra hostium in Gallia cepit:
quæ oĩa ex oratione eius apparẽt, habita cũ in præ-
toria

torio sacris arceretur à collegis ut debilis. Quos hic coronarũ aceruos cõstructurus hoste mutato? Etenĩ plurimũ refert, in quæ cuiusq; uirtus tẽpora inciderit. Quas Trebia Ticinusq; aut Trasimenus ciuicas corõas dedere? Quæ Cannis corona merita? un de fugisse, uirtutis summũ opus fuit. Cæteri pfecto uictores hominũ fuere, Sergius uicit etiam fortunã.

De ingenijs, siue laudibus quorundam ab ingenijs Caput XXIX.

INgeniorum gloriæ quis poßit agere delectum, p tot disciplinarum genera, & tantam rerum operum uarietatẽ? nisi forte Homero uate Græco, nullum feliciorem extitisse conuenit, siue operis fortuna, siue materia æstimetur. Itaque Alexander Magnus (etenim insignibus iudicijs optime citraq; inuidiam, tam superba censura peragetur) inter spolia Darij Persarum regis unguentorum scrinio capto, quod erat auro gemmisq; ac margaritis pretiosum, uarios eius usus amicis demonstrantibus (quandò tædebat unguẽti bellatorem & militia sordidum) imò Hercule, inquit, librorum Homeri custodiæ detur: ut pretiosißimum humani animi opus, quãmaxime diuiti opere seruaretur. Idem Pindari uatis familiæ penatibusq; iußit parci, cum Thebas caperet. Aristotelis philosophi patriã cõdidit: tantæq; rerũ claritati, tam benignũ testimoniũ miscuit. Archilochi poetæ interfectores Apollo arguit Delphis. Sophoclẽ

tragici cothurni principem defunctũ ſepeliri Liber pater iußit, obſidẽtibus mœnia Lacedæmonijs: Lyſandro eorum rege in quiete ſæpius admonito, ut pateretur humari delicias ſuas. Requiſiuit rex quis ſupremũ diem Athenis obijſſet: Nec difficulter ex ijs quæ deus ſignificaſſet, itellexit: paceq; funeri dedit.

De Platone, Ennio, Virgilio; M. Varrone, et M. Cicerone Caput XXX.

Platoni ſapientiæ antiſtiti Dionyſius tyrannus, aliâs ſæuitiæ ſuperbiæq; natus, uittatam nauẽ miſit obuiam: ipſe quadrigis albis egredientem in littore excepit. Viginti talentis unam orationẽ Iſocrates uendidit. Aeſchines Athenienſis ſummus orator, cum accuſationẽ qua fuerat uſus, Rhodi legiſſet, legit et defenſionem Demoſthenis, ob quam in illud depulſus fuerat exilium: mirantibusq; tum magis fuiſſe miraturos dixit, ſi ipſum orantem audiuiſſent: in calamitate teſtis ingens factus inimici. Thucydidem imperatorem Athenięſes in exiliũ egere, rerũ geſtarũ conditorẽ reuocauere: eloquẽtiam mirati, cuius uirtutẽ damnauerãt. Magnũ et Menãdro in comico ſocco teſtimoniũ regũ Aegypti et Macedoniæ contigit, claſſe et p legatos petito: maius ex ipſo regiæ fortunæ prælata literarũ conſcientia. Perhibuere et Ro. proceres etiã exteris teſtimonia. Cn. Pompeius cõfecto Mithridatico bello, intraturus Poſidonij ſapientiæ pfeſſione clari domũ, fores pcuti de more à lictore uetuit

ꝑe uetuit: & fasces lictorios ianuæ submisit is, cui se oriēs occidensq; submiserat. Cato Censorius, in illa nobili triū sapiētiæ procerū ab Athenis legatiōe, audito Carneade, q̄primū legatos eos censuit dimittendos: quoniā illo uiro argumētāte, qd ueri esset haud facile discerni posset. Quanta morū cōmutatio? Ille ſp alioqn exitiali appellans noīe, uniuersos ex Italia pellēdos censuit Græcos: at ꝑnepos eius Vticēsis Cato, unum ex tribunatu militū philisophū, alterū ex Cypria legatiōe deportauit. Eandēq; linguā ex duobus Catonibus, in illo abiecisse, in hoc īportasse memorabile est. Sed et nostrorū gloriā ꝑcēsеamus. Prior Africanus Q. Ennij statuā sepulchro suo imponi iußit: clarūq; illud nomē, imò uero spoliū ex tertia orbis parte raptū, in cinere supremo cū poetæ titulo legi. Diuus Augustus carmina Virgilij cremari cōtra testamēti eius uerecūdiā uetuit: maiusq; ita uati testimoniū contigit, q̄ si ipse sua carmina ꝑbauißet. M. Varronis ī bibliotheca, quæ prima ī orbe ab Asinio Pollione de manubijs publicata Romæ, & unius uiuentis posita imago est: haud minore (ut equidem reor) gloria, principe, oratore, et ciue, ex illa ingenio rū, quæ tūc fuit, multitudine, uni hāc coronā dante, quā cū eidē Mag. Pompeius piratico ex bello naualē dedit. Innumerabilia deinde sunt exēpla Romana, si ꝑsequi libeat: cum plures una gens in quocunq; genere eximios tulerit, q̄ cæteræ terræ. Sed quo & te

Habes de his tribus Atheniensium legatis A. Gellium li. 7 c. Quorū Diogenes, ī qt, Stoicus fuit: Carneades, Academicus: Critolaus, Peripateticus. Meminit eorū dē etiā Mac. li. Satur. 1. c. 2. Fuit, inqt, facundia Carneades uiolenta & rapida: scita & tereti Critolaus: modesta Diogenes & sobria.

Hinc illud de Cic. extat elogiũ: & si Sal. credimus, ab ipso Cic. de se iactatũ: Cedãt arma togæ, cõcedat laurea linguæ.

M. Tulli piaculo taceã? quóue maxĩe excellẽtẽ insignĩ prædicẽ, quo potius q̃ uniuersi ppl̃i et illius gẽtis ãplissimo testimõio, et ĩ tota uita tua, et ad cõsulatũ tantũ opibus electis? Te dicẽte, legẽ agrariã, hoc est alimẽta sua, abdicauerũt tribus: te suadente, Roscio theatralis seditiõis autori, leges ignouerũt, notatasq; sedes ignominiæ discrimine æquo aĩo tulerunt: te orãte, pscriptorũ liberos honores petere puduit: tuum Catilina fugit ingeniũ: tu M. Antoniũ pscripsisti. Salue, primus oĩm parens patriæ appellate, primus ĩ toga triũphũ, linguæq; laureã merite, et facũdiæ literarũ latinarũ parẽs: atq; (ut dictator Cæsar hostis quondã tuus, de te scripsit) oĩm triumphorum lauream adepte maiorem, quanto plus est, ingenij Ro. terminos in tantum promouisse, quàm imperij.

De morum maiestate. Caput XXXI.

Reliquis animi bonis præstitere, &, apud cæteros mortales, sapientia: ob id Cati, Corculi, apud Romanos cognominati. Apud Græcos, Socrates, oraculo Apollinis Pythij prælatus cunctis.

De autoritate. Caput XXXII.

Rvrsus mortales oraculorum societatem dedere Chiloni Lacedæmonio, tria præcepta eius Delphis cõsecrãdo aureis literis, quæ sunt hæc: Nosse se quenquam: & nihil nimium cupere: comitemq; æris alieni atque litis, esse miseriam. Quin et funus eius, cũ uictore filio Olympiæ expirasset gaudio, tota



dio, tota Græcia prosecuta est.

De diuinitate. Caput .XXXIII.

DIuinitas, & quædam cælitũ societas nobilissima, ex fœmis in Sibylla fuit: ex uiris in Melampode apud Græcos, apud Romanos in Martio.

De Nasica. Caput .XXXIIII.

VIr optimus semel à condito æuo iudicatus est Scipio Nasica, à iurato senatu. Idem in toga candida bis repulsa notatus à populo. In summa, ei in patria mori nõ licuit: non Hercule magis, q̃ extra uicula illi sapiẽtissimo ab Apollĩe iudicato Socrati.

De pudicitia. Caput .XXXV.

PVdicissima fœmina semel matronarũ sententia iudicata est Sulpitia Paterculi filia, uxor Fuluij Flacci: electa ex centũ præcipuis, quæ simulacrũ Veneris ex Sibyllinis libris dedicaret. Iterũ religionis expimẽto Claudia, inducta Romã deorũ matre.

De pietate. Caput .XXXVI.

PIetatis exẽpla infinita qdẽ toto orbe extitere, sed Romæ unũ, cui cõparari cũcta non possint. Humilis in plebe, et ideo ignobilis puerpera, supplicij causa carcere inclusa matre, cum impetrasset aditum, à ianitore semper excussa ne quid inferret cibi, deprehensa est uberibus suis alẽs eã. Quo miraculo, matri salus donata filiæ pietate est, ambæq; ppetuis alimẽtis. Et locus ille eidẽ cõsecratus est deæ, C. Quintio, M. Attilio coss. tẽplo Pietatis extructo

Valer. Max. lib. 5. cap. 4 [illegible] Historiam [illegible]

*in illius carceris sede, ubi nunc Marcelli theatrum est. Gracchorum pater, anguibus apprehensis in domo, cum respōderetur ipsum uicturū alterius sexus interempto: imò uero, inquit, meū necate: Cornelia enim iuuenis est, & parere adhuc potest. Hoc erat uxori parcere, & reipublicæ consulere. Idq; mox consecutum est. M. Lepidus Apuleiæ uxoris charitate post repudiū obijt. P. Rutilius morbo leui impeditus, nunciata fratris repulsa in consulatus petitione, ilico expirauit. P. Catienus Philotimus, patronum adeo dilexit, ut hæres omnibus bonis institutus, in rogum eius se iaceret.*

*De artium plurimarum excellentia, Astrologia, Grāmatica, Geometria.* Caput XXXVII.

*VAriarū artiū scientia innumerabiles enituere, quos tamen attingi par sit, florem hoīum libantibus. Astrologia Berosus: cui ob diuinas prædictiones, Athenienses publico in gymnasio statuā inaurata lingua statuêre. Grammatica Apollodorus, cui Amphyctiones Græciæ honorem habuere. Hippocrates medicina pollens, qui uenientē ab Illyrijs pestilentiam prædixit, & discipulos ad auxiliandū circa urbes dimisit: cui ob meritū, honores illos, quos Herculi, decreuit Græcia. Eandē scientiā in Theombroto Ptole. rex Megalensibus sacris donauit. C. talentis, seruato Antiocho rege. Magna et Critobulo fama est, extracta Philippi regis oculo sagitta, &*

citra

citra deformitatē oris curata orbitate lumīs. Sūma aūt Asclepiades Prusiensis, condita noua secta, spretis legatis et pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione qua uinū ægris medetur, relato e funere hoīe & cōseruato: sed maxīe, sponsione facta cū fortuna, ne medicus crederetur, si unq̄ inualidus ullo modo fuißet ipse, & uictor suprema in senecta lapsu scalarū exanimatus est. Grande et Archimedi geometricæ ac machinalis scientiæ testimonium M. Marcelli cōtigit, interdicto, cū Syracusæ caperentur, ne uiolaretur unus, nisi fefellisset imperium militaris imprudentia. Laudatus Ctesiphon Gnosius, æde Ephesiæ Dianæ admirabiliter fabricata: Philō Athenis, armamētario mille nauiū: Ctesibius, pneumatica rōne et hydraulicis organis reptis: Dinocrates, metatus Alexādro cōdēte in Aegypto Alexādriam. Idē hic impator edixit, ne qs ipsum alius q̄ Apelles pingeret, q̄ Pyrgoteles sculperet, q̄ Lysippus ex ære duceret: quæ artes plībus inclaruere exēplis.

Historiam huius rei latius ꝑsequtur T. Liuius li. 5. dec. 3. Repetit eādem et L. Florus ī epitomate lib. 1. de scd'o bello Puniço.

Item mira opa artificis. Ca. .XXXVIII.

ARistidis Thebani pictoris unam tabulā, centum talentis rex Attalus licitatus est. Octoginta emit duas Cæsar dictator, Medeā et Aiacē Timomachi, in templo Veneris genitricis dicaturus. Candaules rex Bularchi picturā Magnetum exitij mediocris spatij pari rependit auro. Rhodū non incendit rex Demetrius, expugnator cognominatus, ne tabulam

ne tabulam Protogenis cremaret, à parte ea muri locatam. Praxiteles marmore nobilitatus est, Gnidiaq; Venere, præcipue uesano amore cuiusdam iuuenis insigni: & Nicomedis æstimatione regis, grandi Gnidiorũ ære alieno permutare eam conati. Phidiæ Iupiter Olympius quotidie testimonium perhibet, Mentori Capitolinus & Diana Ephesia, quibus fuere consecrata artis eius uasa.

De seruitijs. Caput .XXXIX.

PRetiũ hoĩs in seruitio geniti maximũ ad hãc diem (qđ equidẽ comperim) fuit grãmaticæ artis Daphnidis, Cn. Pisaurensi uendẽte, et M. Scauro prĩcipe ciuitatis. III. M. D. CC. sestertijs licente. Excessere hoc ĩ nostro æuo nec modice histriones, sed libertatẽ suã mercati. Quippe cũ iam apud maiores Roscius histrio. HS. qngẽta annua meritasse pdatur: nisi si qs ĩ hoc loco desiderat, Armeniaci belli, paulo antẽ ppter Tyridatem gesti, dispensatorẽ, quem Nero HS. C. XX. manumisit. Sed hoc pretiũ belli nõ hominis fuit, tã Hercule q̃ libidinis nõ fortunæ Perone tomi spadonis, Seiano III. M. D. mercante à Sutorio Prisco. Quam qdem iniuriã lucrifecit ille mercatus in luctu ciuitatis, quoniam arguere nulli uacabat.

Ex Budæi uiri undecunq; doctißimi castigatione haud male cõiecisse uideor legẽdũ Peronetomi, nõ ut hactenus Paronetemi,

De præstantia gentium. Ca. .XL.

GEntium in toto orbe præstãtissima una omni uirtute haud dubie Romana extitit. Felicitas cui præcipua fuerit homini, non est humani iudicij: cum pro-

eum prosperitatem ipsam alius alio modo, & suopte ingenio quisq; terminet. Si uerũ facere iudicium uolumus, ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere, mortalium nemo est felix. Abunde igitur atq; indulgenter fortuna decidit cum eo, qui iure dici nõ infelix potest. Quippe ut alia non sint, certe ne lassat fortuna metus est: quo semel recepto, solida felicitas non est. Quid, q nemo mortalium oĩbus horis sapit? utinamq; falsum hoc, et non à uate dictũ q̃plurimi iudicent. Vana mortalitas, & ad circunscribẽdam seipsam ingeniosa, computat more Thraciæ gẽtis: quæ calculos colore distinctos pro experimento cuiusque diei in urnam condit, ac supremo die separatos dinumerat, atque ita de unoquoq; pronunciat. Quid, quod iste calculi cãdore illo laudatus dies, originem mali habuit? Quàm multos accepta afflixere imperia? quàm multos bona pdidere, et ultimis mersere supplicijs? ista nimirum bona, si cui inter illa, hora in gaudio fuit. Ita est profecto, alius de alio iudicat dies, & tamen supremus de omnibus: ideoq; nullis credendum est. Quid, quod bona malis paria non sunt, etiã pari numero? Nec lætitia ullo minimo mœrore pensanda. Heu uana & imprudens diligentia: numerus dierum computatur, ubi quæritur pondus.

qua uoce ut pote græcanica, et cõposita, is ĩtelligitur, cui testes excecti sunt. πειρόνης enĩ græce, fibula latine dicitur, et τόμος incisio siue sectio: ut sit πειρονότομος quasi infibulatus.

De felicitate fœminæ. Caput .XLI.

VNa fœminarũ in oĩ æuo Lãpido Lacedæmonia refertur, quæ regis filia, regis uxor, regis mater

gis mater fuit: Vna Pherenice, quæ filia, soror, mater Olympionicarum: Vna familia Curionū, in qua tres continua serie oratores extiterunt: Vna Fabiorum, in qua tres continui principes senatus, M. Fabius Ambustus, Fabius Rutilanus filius. Q. Fabius Gurges Nepos.

Varia exempla fortunæ. . Ca. XLII.

CAetera exempla fortunæ uariātis innumera sunt. Etenim quæ facit magna gaudia, nisi ex malis? aut q̄ mala immēsa, nisi ex ingētibus gaudijs?

De bis proscriptis. L. Sylla. Q. Metello.

Caput XLIII.

SEruauit ꝓscriptū à Sylla M. Fidustiū senatorē, annis. XXXVI. Sed iterū ꝓscriptus superstes Syllæ, uixit usq; ad Antoniū. Constat nulla alia de cā ab eo proscriptū, q̄ quia ꝓscriptus fuißet. Triumphare P. Ventidiū de Parthis uoluit quidē solū, sed eundē in triūpho Asculano Cn. Pompei Strabonis duxit puerū: quanq̄ Maßurius autor est, bis in triumpho ductū, Cicero mulionē castrensenm suffarraneum fuisse. Plurimos iuuentā inopē in caliga militari tolerasse. Fuit & Bal. Cornelius maior cōsul, sed accusatus, atq; de iure uirgarū in iudicū exiliū mißus, primus externorū, atq; etiam in oceano genitorum, usus illo honore, quem maiores Latio quoq; negauerūt. Est & L. Fuluius, inter insignia exēpla Tusculanorū rebellātium, cōsul, eodē quoq; bonore, cum trans

tum transisset exornatus confestim à populo Ro: qui solus eodẽ anno quo fuerat hostis, Romæ triũphauit ex ijs, quorũ consul fuerat. Vnus hoim ad hoc æui; felicis sibi cognomẽ asseruit L. Sylla. Ciuili nẽpe sanguine; ac patriæ oppugnatione adoptatus, et qbusdã felicitatis ĩductus argumẽtis, ꝙ pscribere tot milia ciuiũ ac trucidare potuisset. O praua interpretatio, et futuro tpe infelix. Non melioris sortis tũc fuere peuntes, quorũ miseremur hodie, cum Syllã nemo non oderit? Age, nõ exitus uitæ eius, oĩm proscriptorum ab illo calamitate crudelior fuit, erodente seipso corpore, et supplicia sibi gignẽte? qd' ut dissimulauerit, & supremo somno eius (cui immortuus quodãmodo est) credamus ab uno illo inuidiã gloria uictam. Hoc tamen nẽpe felicitati suæ defuisse confessus est, ꝙ Capitoliũ nõ dedicauisset. Q. Metellus in eã oratione quã habuit in supremis laudibus patris sui L. Metelli, pontificis, bis cõsulis, dictatoris, magistri equitũ, quindecimuiri agris dandis, q primus elephantos primo Punico bello duxit in triũpho; scriptum reliqt: decẽ maximas res optimasq; in quibus quærẽdis sapientes ætatẽ exigerent, cõsummasse eũ. Voluisse enim primariũ bellatorẽ esse, optimũ oratorem, fortißimũ impatorem, auspicio suo maximas res geri, maximo honore uti, summa sapientia esse; summũ oratorem haberi, pecuniam magnam bono modo inuenire, multos liberos relinquere, et clarissimum in

ſimum in ciuitate eſſe. Hæc contigiſſe ei, nec ulli alij poſt Romam conditam, longum eſt refellere & ſuperuacuum, abunde uno caſu refutante. Siquidem is Metellus orbam luminibus exegit ſenectam, amiſſis incendio cum Palladiũ raperet ex æde Veſtæ, memorabili cauſa, ſed euentu miſero. Quo fit, ut infelix quidem dici non debeat, felix tamen eſſe non poſſit. Tribuit ei p. Ro. quod nunquã ulli alij ab condito æuo, ut quotiẽs in ſenatum iret, curru ueheretur ad curiam: Magnum & ſublime, ſed pro oculis datum.

De altero Metello. Ca. XLIIII.

HVius quoq; Q. Metelli, qui illa de patre dixerat, filius inter rara felicitatis humanæ exempla numeratur. Nam præter honores ampliſſimos, cognomen Macedoniæ, à quatuor filijs illatus eſt rogo: uno prætore, tribus cõſularibus, duobus triumphalibus, uno cenſorio: quæ ſingula quoq; paucis cõtigere. In ipſo tamẽ flore dignitatis ſuæ, ab Catinio Labeone, cui cognomen fuit Macerioni, tribuno plebis, quẽ è ſenatu cenſor eiecerat, reuertens è campo meridiano tempore uacuo foro & capitolio, ad Tarpeium raptus, ut præcipitaretur, cõuolante quidem tam numeroſa illa cohorte, quæ patrem eum appellabat, ſed (ut neceſſe erat in ſubito) tarde & tanq̃ in exequias, cũ reſiſtendi ſacroq; ſanctũ repellendi ius non eſſet, uirtutis ſuæ opera & cenſura periturus, ægre tribuno qui intercederet reperto, à limine ipſa

mine ipso mortis reuocatus, alieno beneficio, postea uixit, bonis inde etiã cõsecratis à damnatu suo: tanq̃ parũ esset, fauciũ certe intortarũ, expressiq; p aures sanguis, pœnã exactã esse. Equidẽ & Africani Aemiliani inimicũ fuisse, inter calamitates dixerim, ipso teste Macedonico. Siquidẽ liberis dixit: Ite filij celebrate exeqas, nunq̃ ciuis maioris funus uidebitis. Et hoc dicebat iã Balearicis et Creticis et Dalmaticis iã Macedonicus ipse. Verũ ut illa sola iniuria æstimetur, qs hũc iure felicẽ dixerit, piclitatũ ad libidinem inimici, nec Africano saltẽ paris, quos hostes uicisse tãti fuit? aut quos nõ honores currusq;, illa sua uiolẽtia fortũa retroẽgit, p mediã urbẽ censore tracto? Etenĩ sola hæc moriẽdi ratio fuerat, tracto in capitoliũ illo, in qđ triũphans ipse de eorũ exuuijs, ne captiuos quidẽ sic traxerat. Maius hoc scelus, felicitate cõsecuta, factũ est, piclitato Macedonico uel funus tantũ ac tale pdere, in quo à triũphalibus liberis portaretur in rogũ, uelut exequijs quoq; triũphãs. Nulla est pfecto solida felicitas, quã cõtumelia ulla uitæ rũpit, nedũ tanta. Quod superest, nescio maior gliæ an indignationi dolor accedat, inter tot Metellos tã sceleratã Catinij audaciã semp fuisse inultã.

De diuo Augusto. Caput XLV.

IN diuo quoq; Augusto, quẽ uniuersa mortalitas in hac censura nuncupat, diligenter æstimentur cuncta, magna sortis humanæ repientur uolumina.

Repulsa in magisterio equitũ apud auunculũ, & contra uoluntatem eius prælatus Lepidus: ꝓscriptionis inuidia in collegã: collegiũ in triumuiratu pessimorum ciuiũ, nec æqua saltẽ portione, sed prægraui Antonio: Philippensi prælio morbus, fuga, & triduo in palude latebræ ægroti: & (ut fatẽtur Agrippa & Mœcenas) aqua subter cutem fusa: turgida latera, naufragia Sicula, & alia ibi quoq; in spelũca occultatio. Iam in nauali fuga urgẽte hostiũ manu, preces Proculeio mortis admotæ: cura Perusinæ contentionis: sollicitudo Martis Actiaci, Pannõiciq; belli: ruinæ pontis: tot seditiones militũ, tot ancipites morbi corporis: suspecta Marcelli uota, pudẽda Agrippæ ablegatio, totiẽs petita insidijs uita, incusatæ liberorum mortes, luctusq; nõ tantũ orbitate tristes: adulteriũ filiæ, et consilia patricidæ palàm facta: contumeliosus priuigni Neronis secessus: aliud neptis adulteriũ: iuncta deinde tot mala: inopia stipẽdij: rebellio Illyrici, seruitiorũ delectus: iuuẽtutis penuria: pestilentia urbis, fames sitisq; Italiæ, destinatio expirandi: et quatridui inedia, maior pars mortis in corpus recepta: Iuxta hæc Variana clades, et maiestatis eius fœda suggillatio, abdicatio Posthumi Agrippæ post adoptionem, desiderium post relegationem: inde suspicio in Fabium, arcanorumq; proditionem: hinc uxoris et Tiberij cogitationes suprema eius cura. In summa, deus ille, cælumq; nescio adeptus magis an me-

gis an meritus, hærede hostis sui nō suo filio excessit.

Quos beatissimos dij iudicauerūt. Ca. XLVI.

SVbeunt in hac reputatione Delphica oracula, uelut ad castigandū hominum uanitatem à deo emissa. Duo sunt hæc: Phedium felicissimū, qui pro patria proxime occubuisset. Iterum à Gyge rege tunc amplissimo terrarum consultum, Aglaum Psophidium esse feliciorem. Senior hic in angustissimo angulo Arcadiæ, paruum, sed annuis uictibus large sufficiens, prædium colebat, nunquā ex eo egressus: atq; (ut è uitæ genere manifestum est) minimam cupidine minimum in uita mali expertus.

Quē uiuentē ut deū coli iusserūt. Ca. XLVII.

COnsecratus est uiuus sentiensq;, oraculi eiusdem iussu, & Iouis deorū summi astipulatu, Euthymus * Pycta, semper Olympiæ uictor et semel uictus. Patria ei Locri in Italia, ibi imaginem eius esse: & Olympiæ alteram eadem die tactam fulmine, Callimachum ut nihil aliud miratum uideo, deumq; iussisse sacrificari, & quod uiuo factitatum et mortuo: nihilq; adeo mirū aliud, q̄ hoc placuisse dijs.

* Quidam Pyctes legere malunt, quoniam Græcis πύκτης est, quod nomen pugilē latinis significat. Sed & Pycta legi potest eadem consuetud. poeta, cum græcis sit ποιητής.

De spatijs uitæ lōgissimis. Caput .XLVIII.

DE spatio atq; longinqtate uitæ hominū, non locorū modo situs, uerū exēpla, ac sua cuiq; sors nascendi incertū fecere. Hesiodus qui primus de hoc aliqua ꝑdidit, fabulose (ut reor) multa de hoīm æuo referens, cornici nouē nostras attribuit ætates, quadruplū

In his Hesiodi opibus quæ circūferuntur, nō

q̃druplũ eius ceruis, id triplicatũ coruis. Et reliqua fabulosius in phœnice ac nymphis. Anacreon poeta Argãthonio Tartessiorum regi. CL. tribuit annos, Cyniræ Cypriorum. X. annos amplius, Aegimio. C C. Theopompus Epimenidi Gnosio. CLVII. Hellanicus quosdã in Aetholia Epiorũ gentis. CC. explere. Cui astipulatur Damiates, memorans Pictoreum ex ijs præcipuũ corpore uiribusq;, etiã. CCC. uixisse. Ephorus Arcadũ reges. CCC. annis. Alexãder et Cornelius Dãdonem quendã in Illyrico. D. uixisse. Xenophon Impetrim, Latinorum insulæ regem: D CCC. atque parce mẽtitus, filium eius. DC: quæ oĩa inscitia temporũ acciderunt. Annum enim alij æstate unum determinabant, & alterũ hyeme: alij quadripartitis temporibus, sicut Arcades, quorum anni trimestres fuere: quidã lunæ senio, ut Aegyptij: itaque apud eos aliqui & singula milia annorũ uixisse produntur. Sed ut ad confessa transeamus, Arganthoniũ Gaditanũ. LXXX: annis regnasse, ppè certum est: putant quadragesimo cœpisse Masinissam LX. annis regnasse, indubitatũ est. Gorgiam Siculum. CVIII. uixisse. Q. Fabius Maximus. LXIII. annis augur fuit, M. Perpenna, & nup L. Volusius Saturninus, oĩm quos in consulatu sententiã rogauerãt, superstites fuere. Perpenna. VII. reliquit ex ijs quos censor legerat: uixit annos. XCVIII. Qua in re et illud adnotare succurrit, unũ oĩno quinquẽniũ fuisse,

legitur id qđ hic à Plinio ex Hesio. citatur, nisi q̃ Plutarchus Hesiodum citans hæc referat in cõmen. q̃ ĩscribitur περὶ τῶν ἐκλελειπότων χρηστηρίων, atq; inibi uersus aliquot ab eo ĩ hãc sententiã scriptos repetat. Quidẽ q̃ ab Erasmo quoq; repetantur chil. 1. adagio: cornicibus uiuacior, eos idcirco hoc loco ascribere minime necessariũ duxi.

fuiſſe, quo ſenator nullus moreretur:cũ Flaccus & Albinus cenſores luſtrum condidere uſque ad proximos cenſores, ab anno urbis quingẽteſimoſeptuageſimonono. M. Valerius Coruinus. C. annos impleuit: cuius inter primum & ſextum conſulatum. XLVI. anni fuere. Idem ſella curuli ſemel ac uicies ſedit, quoties nemo alius. Aequauit eius uitæ ſpatium Metellus pontifex. Et ex fœminis Liuia Rutilij. XCVII. annos exceſſit: Statilia Claudio principe ex nobili domo nonagintanouem: Terentia Ciceronis CXVII: Clodia Ofelli. CXV, hæc quidem etiam enixa quindecies. Luceia mima centum annis in ſcena pronunciauit. Valeria Copiola Emboliaria reducta eſt in ſcenam, Cn. Pompeio, Q. Sulpitio coſſ. ludis pro ſalute diui Auguſti uotiuis, annum centeſimũ quartum agens: quæ producta fuerat tyrocinio à M. Pompeio ædili plebis, C. Mario, C. Carbone conſulibus, ante annos nonagintaunũ. Et à Magno Pompeio magni theatri dedicatione, anus pro miraculo reducta. Sammulam quoque centumdecem annis uixiſſe, autor eſt Aſconius Pedianus. Minus miror Stephanionẽ (qui primus togatus ſaltare inſtituit) utriſque ſecularibus ludis ſaltaſſe, & diui Auguſti, & quos Claudius Cæſar cõſulatu ſuo quarto fecit, quando. LXIII. non amplius anni interfuere, quanquam & poſtea diu uixerit. In Tmoli montis cacumine, quod uocant Tempſin, CL. annis uiuere, Mutianus

autor est. Totidem annos item censum, Claudij Cæsaris censura T. Fullonium Bononiensem: idq; collatis censibus quos ante detulerat, uitæq; argumentis (etenim id curæ principi erat) uerum apparuit.

De uarietate nascendi. Caput .XLIX.

Poscere uidetur locus ipse sideralis scientiæ sententiã. Epigenes. CXXII. annos impleri negauit posse: Berosus excedi. CXVII. Durat & ea ratio, quam Petosyris ac Necepsos tradiderunt, & tetartemorion appellant à trium signorum portione, quam posse in Italiæ tractu. CXXVI. annos uitæ cõtingere apparet. Negauere illi quenquam. XC. partium exortiuam mensuram (quod anaphoras uocãt) transgredi, & has ipsas incidi occursu maleficorum siderum, aut etiam radijs eorum solisq;. Rursus Aesculapij sententiã secuti, qui statuta uitæ spatia à stellis accipi dicit. Sed quantum plurimum tribuat, incertum est. Rara autẽ esse dicunt longiora tẽpora, quandoquidẽ momentis horarũ insignibus lunæ dierum'ue septẽ atq; .IX. (quæ nocte ac die obseruantur) ingẽs turba nascatur, scansili annorum lege occidua, quã climacteras appellant, non ferè ita genitis quinquagesimumquartum annum excedentibus. Primum ergo artis ipsius inconstantia declarat, q̃ incerta res sit. Accedunt expimenta & exẽpla recentissimi census, quem intra quadrienniũ impatores Cæsares Vespasiani, pater filiusq; censores egerũt. Nec sunt

Trimorion hactenus lectum est ĩ impressis exẽplaribus, loco cuius tetartemorion legendum cõtendit Budæus, nõ absq; pbabili conictura, q; scilicet ĩ uetustis quibusdam exẽpl. non trimorion sed tetartemoriõ se legisse ptestetur li. 1. de asse et pti. eius.

*sunt oĩa uasaria excutiẽda: mediæ tantum partis, inter Apenninũ montẽ Padumq́; ponemus exẽpla. Cẽtũuiginti natos annos Parmæ tres edidere, Brixelli unũ. CXXV, Parmæ duos. CXXX, Placẽtiæ unũ CXXXI, Fauentiæ unã mulierẽ. CXXXII, Boboniæ L. Terentiũ Marci filiũ, Arimini uero M. Apomũ. C. et. L, Tertulã. CXXXVII. Circa Placẽtiã in collibus oppidũ est Velleiaciũ, in quo. CX. natos annos sex detulere, quatuor cẽtenos uicenos, unũ. CL. M. Mutius M. filius, Galerius Felix. Ac ne pluribus moremur in re cõfessa, in regione Italiæ octaua centenûm annorum censi sunt hoĩes. LIIII, centenũ denũ hoĩes. LVII, centenũ uicenũ quinũ hoĩes duo, cẽtenũ tricenũ hoĩes quatuor, centenũ tricenũ quinũ aut septenũ totidẽ, centenũ quadragenũ hoĩes tres.* (ex quo lib. qd sit tetartemorion, diligẽs lector repetere potest.)

*Alia mortalitatis cõstãtia. Home. eadẽ nocte natos Hectorem & Polydamanta tradit, tam diuersæ sortis uiros. C. Mario. Cn. Carbone. III. cõs. ad. V. Kalen. Iunias. M. Cælius Ruffus & Cornelius Licinius Caluus eadẽ die geniti sunt: oratores quidem ambo, sed tamen dispari euentu. Hoc etiam iisdem horis nascentibus in toto mũdo quotidie euenit, pariterq́; domini ac serui gignuntur, reges & inopes.* (Ilia. 18. πουλυδάμας πεπνυμένος ἦρχ' ἀγορεύειν. ἕκτορι δ' ἦεν ἑταῖρος, ἰῇ δ' ἐν νυκτὶ γένοντο ἀλλ' ὁ μὲν ἂρ μύθοισιν, ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα.)

*In morbis uaria exempla. Ca. L.*

*Publius Cornelius Ruffus, qui consul cum Manio Curio fuit, dormiẽs oculorũ uisum amisit, cum id sibi accidere somniaret. E diuerso Phalereus*

*iam tum deploratus à medicis uomicæ morbo, cum mortem in acie quæreret, uulnerato pectore medicinam inuenit ex hoste. Q. Fabius Maximus consul apud flumen Isaram prælio commißo aduersus Allobrogũ regem Aruernorumq; gentes, ad. VI. idus Augustas. CXXX. perduellium cæsis, febri quartana liberatus est in acie. Incertũ ac fragile nimirũ est hoc munus naturæ, qcquid datur nobis: malignũ uero et breue in ijs etiã, qbus largißime contingit, uniuersum utiq; æui tempus intuẽtibus. Quid, quod æstimatione nocturnæ quietis, dimidio quisq; spatio uitæ suæ uiuit? Pars æqua morti similis exigitur, aut pœnæ, nisi contingit quies. Nec reputantur infantiæ anni qui sensu carent, nec senectæ in pœnam uiuacis. Tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, totiens inuocata morte, ut nullum frequentius sit uotum. Natura uero nihil hominibus breuitate uitæ præstitit melius. Hebescũt sensus, membra torquentur, præmoritur uisus, auditus, inceßus, dentes etiã ac ciborum instrumenta, & tamen uitæ hoc tempus annumeratur. Ergo ꝓ miraculo & id solitariũ repitur exemplũ, Xenophilũ musicũ centũ et quinq; annis uixisse sine ullo corporis incõmodo. At Hercule reliquis oĩbus per singulas membrorũ partes, qualiter nullis alijs aĩalibus, certis pestifer calor remeat horis, aut rigor: neq; horis modo, sed et diebus noctibusq; trinis quadrinis ue, etiam toto anno: Atq;*

no: Atq; etiam morbus est aliquis, per sapientiā mori. Morbis enim quoq; quasdā leges natura imposuit. Quadrini circuitus febrē, nunq̄ bruma, nunq̄ hybernis mēsibus incipere: quosdā post sexagesimū uitæ spatium non accedere: Alios pubertate deponit à fœminis præcipue. Senes minime sentire pestilentiam. Nanq; uniuersis gentibus ingruunt morbi, & generatim modo seruitijs, modo ꝓcerū ordini, aliósq; ꝑ gradus. Qua in re obseruatū, in meridiāis ꝑtibus, ad occasum solis pestilētiam ſp ire: nec unq̄ ferè aliter fieri nisi hyeme, nec ut ternos excedat mēses.

De signis mortis. Caput .LI.

IAm signa letalia: in furoris morbo risum: sapientiæ uero ægritudine, fimbriarum curam et stragulæ uestis plicaturas, à somno mouentium neglectum, ꝓfundi humoris è corpore effluuiū, in oculorū quidem et narium aspectu, indubitata maxime, etiā supino assiduo cubitu: uenarum inæquali aut formicante percussu: et alia quoque Hippocrati principi medicinæ, obseruata sunt: Et cum innumerabilia sint mortis signa, salutis securitatisq; nulla sunt: Quippe cum Censorius Cato ad filium de ualetudinis quoq; obseruatione (ut ex oraculo aliquo) prodiderit, senilem iuuentam prænaturæ mortis esse signū. Morborū uero tam infinita est multitudo, ut Pherecides Syrus copia serpentiū ex corpore eius erūpente expirauerit. Quibusdā ꝑpetua febris est.

Hoc tpe uulgus medicorū hūc honorem tribuit Auicēnæ, et pricipē eum appellat: dubiū, terræ alicuius an medicinæ, quo tamē honore ne Auicenna qdē ipse se usquā dignatur: qppe q se Galeni nō nisi interpretē appellet. Potiore igitur iure Galen. post Hipp. si modo alius qspiā ab illo, medicinæ princeps diceretur. Sed simi les habent labra lactucas.

ut C. Mœcenati. Eidem triennio supremo nullo horæ momento contigit somnus. Antipater Sidonius poëta omnibus annis, uno die natali tantum corripiebatur febre, et eo cõsumptus est satis longa senecta.

De his qui elati reuixerunt. Ca. LII.

AViola consularis in rogo reuixit: & quoniã subueniri non potuerat præualẽte flamma, uiuus crematus est. Similis causa in L. Lamia prætorio uiro traditur. Nam Cælium Tuberonem prætura functũ à rogo relatũ, Messala, Rufus, & pleriq; tradunt. Hæc est conditio mortaliũ: ad has & eiusmodi occasiones fortunæ gignimur, uti de homĩe ne morti quidem debeat credi. Reperimus inter exempla Hermotini Clazomenij animam relicto corpore errare solitam, uagamq; è lõginquo multa annuntiare, quæ nisi à præsenti nosci non possent, corpore interim semianimi: donec cremato eo, inimici (qui Cantaridæ uocabãtur) remeanti animæ uelut uaginam ademerint: Aristæi etiam uisam euolantem ex ore in Procõneso, corui effigie, magna quæ sequitur fabulositate, quam equidẽ & in Gnosio Epimenide simili modo accipio: Puerũ æstu et in itinere fessum, in specu. VII. & L. dormisse annis: rerũ faciẽ mutationemq; mirantẽ, uelut postero experrectũ die: huic pari numero dierũ senio ingruente, ut tamẽ in septimũ & quinquagesimũ atq; centesimũ uitæ duraret annũ. Fœminarũ sexus huic malo uidetur maxime

*xime opportunus, conuersione uuluæ: quæ si corrigatur, spiritus restituitur. Huc pertinet nobile illud apud Græcos uolumen Heraclidis, septē diebus fœminæ exanimis ad uitā reuocatæ. Varro quoq; autor est. XX. uiris agros diuidētibus, Capuæ quendā qui efferretur feretro, domum remeasse pedibus: Hoc idē Aquini accidisse. Romæ quoq; Corfidiū materteræ suæ maritū funere locato reuixisse, et locatorem funeris ab eo elatum. Adiecit miracula, quæ tota indicasse cōueniat. E duobus fratribus equestris ordinis Corfidio maiori accidisse, ut uideretur expirasse, apertoq; testamento recitatū hæredē minorem funeri institisse: interim eum, qui uidebatur extinctus, plaudēdo cōcinuisse mysteria, & narrasse à fratre se uenisse, commendatā sibi filiā ab eo. Demōstratum præterea quo in loco defodisset aurū nullo cōscio, & rogasse ut ijs funebribus, quæ cōparasset, efferretur. Hoc eo narrāte, fratris domestici ꝓpere annunciauere exanimatū illū, & aurū ubi dixerat repertū est. Plena præterea uita est his uaticiniis, sed non cōferenda, cū sæpius falsa sint, sicut ingēti exēplo docebimus. Bello Siculo Gabienus Cæsaris classiarius fortißimus captus à Sex. Pompeio, iußu eius incisa uertice, et uix cohærēte, iacuit in littore tota die. Deinde cū aduesperauisset, cū gemitu precibusq; cōgregata multitudine petijt, uti Pompeius ad se ueniret, aut aliquem ex charis mitteret: se autem ab*

tem ab inferis remissum, haberéq; quod nunciaret. Misit plures Pompeius ex amicis, quibus Gabienus dixit: Inferis dijs placere Pompei causas & partes pias. Proinde euentum futurũ quem optaret, hoc se nunciare iussum. Argumentũ fore ueritatis, q; peractis mãdatis ꝓtinus expiraturus esset. Idq; ita euenit. Post sepulturã quoq; uisorũ exempla sunt: nisi q; naturæ opera, non prodigia consectamur.

De mortibus repentinis. Ca. LIII.

IN primis aũt miraculo sunt atq; frequenti mortes repentinæ. Hæc est summa uitæ felicitas, quã esse naturalem docebimus. Plurimas prodidit Verrius: nos cum delectu modũ seruabimus. Gaudio obiere præter Chilonem, de quo diximus. Sophocles et Dionysius Siciliæ tyrannus, uterq; accepto tragicæ uictoriæ nuncio. Mater pugna illa Cannensi, filio incolumi uiso contra falsum nuncium. Pudore Diodorus sapientiæ dialecticæ professor, lusoria quæstione non protinus ad interrogationes Stilbonis dissoluta. Nullis euidentibus causis obiere, dum calciantur matutino duo Cæsares, prætor & prætura populi Ro. functus dictatoris Cæsaris pater: hic Pisis exanimatus, ille Romæ. Q. Fabius Maximus in cõsulatu suo pridie Kalend. Ianua. In cuius locum M. Orellius paucissimarum horarum cõsulatum petijt: item C. Vulcatius Gurges senator. Omnes adeo sani atque tempestiui, ut de progrediendo cogitarẽt. Q. Aemilius Lepi-

lius Lepidus iam egrediens incusso pollice limini cu biculi. C. Aufidius cum egressus in senatum iret offenso pede in comitio. Legatus quoq; qui Rhodioru causam in senatu magna cu admiratione orauerat, in limine curiæ ꝓtinus expirauit ꝓgredi uolēs. Cn. Bebius Pamphilus, præfectura & ipse functus, cu à puero quæsisset horas. A. Pōpeius i capitolio cu deos salutasset. M. Iuuentius Talua conf. cum sacrificaret. C. Seruilius Pansa cum staret in foro ad tabernam hora diei secunda, in P. Pansam fratrē innixus. Bebius iudex cu uadimoniu differri iubet. M. Terētius Corax dum tabellas scribit in foro. Nec non & ꝓximo anno, du consulari uiro in aurem dicit, eques Romanus, ante Apollinē eborcu, qui est in foro Augusti. Super oēs C. Iulius medicus, dum inungit, specillum per oculum trahens. A. Manlius Torquatus consularis cum in cœna placentā appeteret. L. Durius medicus Valla, dum mulsi potionē haurit. Ap. Saufeius, cum à balneo reuersus mulsum bibisset, ouūq; sorberet. P. Quintius Scapula cu apud Aquil. Gallum cœnaret. Decimus Saufeius scriba cum domi suæ pranderet. Cor. Gallus prætorius et T. Aetherius eques Ro. in Venere obiere. Et quos nostra adnotauit ætas, duo equestris ordinis in eodē Pantomimo Mythico, tu forma præcellente. Operosissima tamen securitas mortis in M. Ofilio Hilaro ab antiqs traditur, comœdiaru histrione, cum pplo admo-

dum pla-

dum placuißet natali die ſuo, conuiuiumq́; haberet, edita cœna calidā potionē in pultario popoſcit, ſilq́; perſonā eius diei acceptā intuens, coronam è capite ſuo in eā tranſtulit, tali habitu rigens nullo ſentiēte, donec accubantiū ꝓximus tepeſcere potionē ammoneret: Hæc felicia exēpla: at contrà miſeriarū innumera. L. Domitius clariſſimæ gentis apud Maſſiliam uictus, Corfini captus ab eodem Cæſare, ueneno poto propter tædium uitæ, poſtquam biberat, omni opere ut uiueret annixus eſt. Inuenitur in actis Felicis Ruſſati aurigæ, iam igne illato, in rogum eius unum è fauentibus iecißе ſeſe. Friuolū dictu, ne hoc gloriæ artificis daretur, aduerſis ſtudijs copia odorum corruptum criminantibus. Cum antè non multo M. Lepidus nobiliſſimæ ſtirpis, quem euenti anxietate diximus mortuum, flammæ ui è rogo eiectus, recondi propter ardorem non potuiſſet, iuxtà ſarmentis alijs nudus crematus eſt.

## De ſepultura. Caput LIIII.

Ipſum cremare, apud Romanos non fuit ueteris inſtituti: terra cōdebantur. At poſtq̄ longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc inſtitutum. Et tamen multifariè priſcos ſeruauere ritus: ſicut in Cornelia domo nemo ante Syllam dictatorem traditur eſſe crematus. Idq́; eum uoluiſſe, ueritum talionem, eruto C. Marij cadauere. Sepultus intelligitur quoquo modo conditus, humatus uero humo contectus.

De anima

De anima, uel de manibus, uel de resurrectio-
ne uerba gentiliũ inania. Ca. .LV.

Post sepulturam aliæ atq; aliæ manium amba-
ges. Omnibus à suprema die eadem quæ ante
primum: nec magis à morte sensus ullus aut corpori
aut animæ, q̃ ante natalẽ. Eadem enim uanitas in fu
turum etiam se propagat, et in mortis quoq; tẽpora
ipsa sibi uitã mentitur: aliâs immortalitatẽ animæ;
aliâs transfigurationẽ, aliâs sensum inferis dando, et
manes colẽdo, deumq; faciẽdo, qui iam etiam homo
esse desierit: ceu uero ullo modo spirãdi ratio hoĩ à
cæteris aĩalibus distet, aut nõ diuturniora ĩ uita mul
ta repiantur, qbus nemo similẽ diuinat immortalitã
tẽ. Quòd aũt corpus aĩæ pseqtur materiã? ubi cogi
tatio illi? quõ uisus, auditus, aut q tãgit, qui usus eius;
aut qđ sine his bonũ? Quæ deĩde sedes, quantáue mul
titudo tot seculis animarũ uelut umbrarũ? Puerilium
ista deliramentorũ, auidæq; nunq̃ desinere mortali-
tatis commenta sunt. Similis & de asseruandis cor-
poribus hominum ac reuiuiscẽdis promissa à Demo
crito uanitas, q non reuixit ipse. Quæ (malũ) ista de-
mentia est, iterari uitã morte? Quæ genitis qes unq̃,
si in sublimi sensus animæ manet, inter inferos um-
bræ? Perdit profecto ista dulcedo credulitasq; præ-
cipuũ naturæ bonum mortẽ, ac duplicat obitus, si do
lere etiam post futuri æstimationem euenit. Etenim
si dulce uiuere, cui potest esse uixisse? At quanto fa-
cilius cer

Hæc tã impia
hoc loco de a-
nimorũ ĩmor-
talitate, et mor
tuorũ resurre
ctiõe sentẽtia;
& quæ supra
li:2.c:7: de di
uina circa res
humanas pui
dẽtia, à Plinio
hinc pdita ap
paret, q̃ præ-
ter naturæ po
tentiã nõ uide
atur ipse aliã
ullã agnoscere
quæ si semel re
cepta fuerit;
nihil erit hoĩe
infelicius. Vn
de et illđ haud
dubie emanas
se cõstat ada
giũ: Optimũ,
hominem non
nasci.

cilius certiusq́, ſibi quenquam credere, ac ſpecimen ſecuritatis antè genitali ſumere experimento.

*Quæ quis inueneret in uita.* Ca. .LVI.

COnſentaneum uidetur, priuſq̃ digrediamur à natura hoĩm, indicare quæ cuiuſq; ſcientia, à quoq; inuẽta ſunt. Emere ac uendere inſtituit Liber pater. Idem diadema regũ inſigne, & triumphũ inuenit. Ceres frumenta, cum antea glande ueſcerentur. Eadem molere & conficere in Attica, Italia et Sicilia: ob id dea iudicata. Eadẽ prima leges dedit, ut alij putauere Rhadamanthus. Literas ſẽp arbitror Aſſyrias fuiſſe, ſed alij apud Aegyptios à Mercurio, ut Gellius. Alij apud Syros repertas uolunt. Vtiq; in Græciam attuliſſe è Phœnice Cadmum ſedecim numero .A.B.C.D.E.G.I.L.M.N.O.P.R.S.T.V. Quibus Troiano bello Palamedẽ adieciſſe quatuor hac figura. Θ.Ξ.Φ.Χ. Totidẽ poſt eũ Simonidem Melicum. Ζ.Η.Ψ.Ω. Quarum oĩm uis in noſtris recognoſcitur. Ariſtoteles decẽ & octo priſcas fuiſſe. Α.Β.Γ.Δ.Ε.Ζ.Ι.Κ.Λ.Μ.Ν.Ο.Π.Ρ.Σ.Τ.Υ.Φ: et duas ab Epicharmo additas. Θ.Χ, q̃ à Palamede mauult. Anticlides in Aegypto inueniſſe quendam noĩe Menona tradit. XV. annis ante Phoroneũ antiquiſſimũ Græciæ regem. Id monumentis approbare conatur. E diuerſo Epigenes, apud Babylonios ſeptingentorũ uiginti annorum obſeruationes ſiderũ coctilibus laterculis inſcriptas docet, grauis autor in primis.

*Aſſyrias, hoc ē Chaldaicas. Ab iſtorũ opinione haud lõge diſcedere uidetur Curtius lib. 4. de rebus geſt. Alex Magni ita de Tyrijs ſcribẽs Hæc gens, iq̃t, literas prima aut docuit aut didicit. Cæterum ſi Ioſepho credimus, non mede literarũ ſolũ, ſed et aliarum fere artiũ oĩm inuẽtores Hebræi exiſtunt.*

in primis. Qui minimum, Beroſus & Critodemus, CCCC.LXXX. annorũ. Ex quo apparet æternus literarũ uſus. In Latiũ eas attulerũt Pelaſgi. Laterarias domos cõſtituerunt primi Euryalos et Hyperbios fratres Athenis: antea ſpecus erant ꝓ domibus. Gellio Doxius Cælij filius, lutei ædificij inuẽtor placet, exemplo ſumpto ab hirundinum nidis. Oppidum Cecrops à ſe appellauit Cecropiã, quæ nunc eſt arx Athenis. Aliq Argos à Phoroneo rege antè conditũ uolunt: quidã & Sicyonẽ. Aegyptij multo antẽ apud ipſos Dioſpolin. Tegulas ĩuenit Cynira Agriopæ filius, & metalla æris, utrunq; in inſula Cypro: Item forcipẽ, marculũ, uectẽ, incudẽ. Puteos Danaus, ex Aegypto aduectus in Græciã, quæ uocabatur Argos Dipſion. Lapidicinas Cadmus Thebis, aut (ut Theophraſ.) ĩ Phœnice. Thraſon muros. Turres, ut Ariſtoteles, Cyclopes: Phœnices, ut Theophraſtus. Aegyptij textilia. Infecere lanas Sardibus Lydi. Fuſos ĩ lanificio Cloſter filius Arachnes, linum et retia Arachne. Fulloniã artẽ Nicias Megarẽſis. Sutrinã Boëthius. Medicinã Aegyptij uolũt apud ipſos repertã: alij ꝑ Arabũ, Babylõis et Apollinis filiũ. Herbariã et medicamẽtariã à Chyrone, Saturni et Phyllire filiũ. Aes conflare et tẽperare, Ariſtoteles Lydũ Scythẽ monſtraſſe, Theophra. Delã Phrygẽ putat. Aerariã fabricã alij chalibas, alij cyclopas. Ferrũ Heſi. ĩ Creta eos q uocati ſunt Dactyli Idæi. Argẽtũ

inuenit

*inuenit Erichthonius Atheniensis, ut alij Ceacus. Auri metalla et cōflaturā, Cadmus Phœnix ad Pangeū montē: ut alij, Thoas & Eaclis in Panchaia, aut Sol Oceani filius, cui Gellius medicinæ quoque inuentionē ex melle aßignat. Plumbū ex Cassiteride insula primus apportauit Midacritus. Fabricā ferreā inuenere Cyclopes. Figlinas Chorœbus Atheniensis. In ijs orbem Anacharsis Scythes: ut alij, Hipbios Corithius. Fabricā materiariā Dædalus, & in ea serrā, asciā, perpendiculū, terebrā, glutinū, ichthyocollā, normā. Fornicē autē & libellā, & tornū, & clauē Theodorus Samius. Mēsuras & pōdera Phidon Argiuus, aut Palamedes, ut maluit Gellius. Ignē è silice Pyrodes Cilicis filius: at eūdem asseruare in ferula, Prometheus. Vehiculū cum quatuor rotis Phryges. Mercaturas Pœni. Culturas uitiū et arborū Eumolphus Atheniēsis. Vinū aqua misceri Staphilus Sitheni filius. Oleū et trapetas Aristæus Atheniensis. Idē mella. Bouē et aratrū Briges Atheniēsis, ut alij Triptolemus. Regiā ciuitatē Aegyptij, popularē Attici. Post Theseū tyrannus primus fuit Phalaris Agrigenti. Seruitiū inuenere Lacedæmonij. Iudiciū capitis in Ariopago primū actum est. Præliū Afri cōtra Aegyptios primi fecere fustibus, quos uocāt phalangas. Clypeos inuenerūt Prœtus & Acritus inter se bellantes, siue Chalchus Athamātis filius. Loricam Mydias Messenius. Galeā, gladiū, hastā Lacedæmonij, Ocreas*

nij. Ocreas & cristas Cares. Arcum et sagittã Scythen Iouis filiũ. Alij sagittas Persen Persei filiũ inuenisse. Lanceas Aetholos, iaculum cum amento ferũt inueniße Aetholum Martis filium. Hastas uelitares Tyrrhenum, pilumq;. Penthesileam Amazonem securim. Piseum uenabula. Et in tormẽtis scorpionem Cretas. Catapultam Syros, Phœnicas ballistam & fundam. Aeneam tubam Piseum Tyrrhenum. Testudines Artemonem Clazomenium. Equum (qui nunc aries appellatur) in muralibus machinis Epeum ad Troiam. Equo uehi Bellorophontem. Frenos et strata equorum Peletronium. Pugnare ex equo Thessalos, qui Centauri appellati sunt, habitantes secundũ Pelium mõtem. Bigas primũ iunxit Phrygũ natio, quadrigas Erichthonius. Ordinem exercitus, signi dationem, tesseras, uigilias inuenit Palamedes Troiano bello. Specularem significationem eodem bello Sinon. Inducias Lycaon. Fœdera Theseus. Auguria ex auibus Caras, à quo Caria appellata. Adiecit ex cæteris animalibus Orpheus, aruspicium Delphus, ignispicia Amphiaraus, auspicia auiũ Tiresias Thebanus. Interpretationem ostentorum & somniorum Amphictyon. Astrologiã Atlas Libyæ filius, ut alij Aegyptij, ut alij Assyrij. Sphæram in ea Milesius Anaximander. Ventorum rationem Aeolus Hellenis filius. Musicam Amphion. Fistulam Pan. Monaulum Mercurius. Obliquã tibiam Midas in Phrygia.

Geminas tibias Marsyas. In eadē gente Lydios modulos Amphion, Dorios Thamyras Thrax, Phrygios Marsyas Phryx. Citharam Amphion, ut alij Orpheus, ut alij Linus. Septem chordis additis Terpander. Octauam Simonides addidit. Nonam Timotheus. Cithara sine uoce cecinit Thamyras primus: cum cantu Amphion, ut alij Linus. Cithara edita carmina composuit Terpander. Cum tibijs canere uoce Troezenus Dardanus instituit. Saltationem armatam Curetes docuere, Pyrrhicen Pyrrhus, utranque in Creta. Versum heroicum Pythio oraculo debemus. De poëmatum origine magna quæstio est. Ante Troianum bellum probantur fuiße. Prosaicam orationem condere Pherecides Syrius instituit, tempore Cyri regis. Historiam Cadmus Milesius. Ludos gymnicos in Arcadia Lycaon, funebres Acastus in Iolco, post eū Theseus in Isthmo. Hercules olympiæ athleticā. Pythus pilam lusoriā. Gyges Lydius picturā in Aegypto. In Græcia uero Pyrrhus Dædali cognatus, ut Aristoteli placet: ut Theophrasto, Polignotus Atheniensis. Nauem primus in Græciam ex Aegypto Danaus aduexit. Antè ratibus nauigabatur, inuentis in mari rubro inter insulas à rege Erythra. Reperiuntur qui Mysos & Troianos priores excogitasse in Hellesponto putent, cum transirēt aduersus Thracas. Etiam nūc in Britannico oceano uitiles corio circumsutæ fiūt:

In Nilo

In Nilo ex papyro, & scirpo, & arundine. Longa naue Iasonem primũ nauigaſſe, Philostephanus autor est: Egesias Parrhalum: Ctesias Samyram: Saphanus Semiramin: Archimachus Aegeonem: Biremem Demasthenes Erythræos fecisse: triremẽ Thucydides Amoclen Corinthium: quadriremẽ Aristoteles Carthaginenses: quinqueremem instituit Nesichthon Salaminius: sex ordinum Zenazoras Syracusius: ab ea ad deciremem Nesigiton: Alexandrum Magnum ferunt instituisse ad .XII. ordines: Philostephanus Ptolemæum Soterem ad quindecim: Demetrium Antigoni ad .XXX: Ptolemæum Philadelphum ad .XL: Ptolemæum Philopatorem, qui Tryphon cognominatus est, ad L. Oncrariã Hippus Tyrius inuenit, lembum Cyrenenses, cymbam Phœnices, celocem Rhodij, cercuron Cyprij, Siderum obseruationem in nauigando Phœnices, remũ Copæ, latitudinem eius Platææ, uela Icarus, malum & antemnam Dædalus, Hypagum Salaminij aut Pericles Atheniẽsis, tectas longas Thasij: antea ex prora tantum & puppi pugnabatur. Rostra addidit Piseus: Tyrrheni ancoram, Eupalamius eandem bidentem, Anacharsis *harpagonas: & manus Pericles Atheniensis, amminicula gubernãdi Typhis. Claſſe princeps depugnauit Minos. Animal occidit primus Hyperbius Martis filius: Prometheus bouẽ.

*Harpagonas Idẽ Q. Curtius ferreas manus à quibusdã uocari dicit libro 4. ubi bellicũ apparatũ describit Tyriorũ iamiam bellũ ab Alexandro Magno expectantium & obsidionẽ: Omnia, ĩquit, belli apparatu strepũt: ferreæ quoq; manus (harpagonas uocant) quas operibus hostium inijcerent, præparabantur. Cæsar quoq; de bello ciuili: Manus, ĩquit, ferreas atq; harpagones pauerant.

In quo primus gentium consensus. Ca. LVII.

*Gentium consensus tacitus primus omniū conspirauit, ut Ionum literis uterentur.*

*De literis antiquis.* Caput .LVIII.

*Veteres Græcas fuisse easdem pene quæ nunc Latinæ, indicio erit Delphica tabula antiqui æris, quæ est hodie in palatio, dono principum Mineruæ dicata in bibliotheca, cum inscriptione tali:*

Ναυσικράτης τισαμένου Ἀθηναῖος ἀνέθηκεν.

*Quādo primū tonsores Romæ.* Ca. .LIX.

*Sequens gentium consensus in tōsoribus fuit, sed Romanis tardior. In Italiam ex Sicilia uenere post Romam conditam anno quadringentesimoquinquagesimoquarto, adducēte P. Ticinio Mena, ut autor est Varro: antè intonsi fuere. Primus omnium radi quotidie instituit Africanus: sequens diuus Augustus, cultris semper usus.*

*Quando primum horologia.* Ca. .LX.

In secundo libro, Capite lxxvi Anaximen Milesium Anaximandri et Thaletis discipulum primum horologium inuenisse tradit.

*Tertius consensus fuit in horarum obseruatione, iam hac ratione accedens: Quando & a quo in Græcia reperta, diximus in secundo uolumine. Serius etiam hoc Romæ cōtigit. Duodecim tabulis ortus tantum, & occasus nominatur. Post aliquot annos adiectus est & meridies, accēso consulū id pronunciante, cum Curio inter rostra & Græcostasin prospexisset talem solem. A columna ænea ad carcerem inclinato sidere, supremam pronunciauit. Sed hoc serenis tantum diebus usque ad primum Punicū bellum*

bellum. Princeps Romanis solarium horologiũ statuisse, ante duodecim annos quàm cum Pyrrho bellatum est, ad ædem Quirini, L. Papyrius Cursor, cum eandem dedicaret, à patre suo uotam, à Fabio Vestali proditur. Sed neque facti horologij rationem uel artificis significat, nec unde trãslatum est, aut apud quem scriptum id inuenerit. M. Varro primum statutum in publico secundum Rostra in columna tradit, bello Punico primo, à M. Valerio Messala consule Catina capta in Sicilia. Deportatum inde post triginta annos, quàm de Papyriano horologio traditur, anno urbis quadringentesimoseptuagesimoseptimo: nec congruebãt ad horas eius lineæ: paruerunt tamen ei annis undecentum, donec Q. Martius Philippus, qui cum L. Paulo fuit censor, diligentius ordinatum iuxtà posuit: idq; munus inter censoria opera gratissime est acceptum. Etiam tum tamen nubilo incertæ fuere horæ, usque ad proximum lustrum. Tunc Scipio Nasica, collega Lanati, primus aqua diuisit horas æque noctium ac dierum. Idq; horologium sub tecto dicauit, anno urbis quingentesimononagesimoquinto. Tam diu populi Romani indiscreta lux fuit.

Nunc reuertamur ad reliqua aĩalia, primũq; terrestria.

*De animalibus terrestribus, elephantorũ commendatio, & de sensu eorum.* Caput .I.



D RELIQVA TRANSeamus animalia, et primũ terrestria. Maximũ est elephas, ꝓximumq́; humanis sensibus: quippe intellectus illis sermonis patrij, & imprimis obedientia, officiorumq́; quæ didicere, memoria: amoris et gloriæ uoluptas: imò uero (quæ etiam in hoīe rara) probitas, prudentia, æquitas: religio quoq; siderum, solisq́; ac lunæ ueneratio. Autores sunt, in Mauritaniæ saltibus ad quendã amnẽ, cui nomen est Anulo, nitescẽte luna noua, greges eorũ descendere, ibiq; se purificãtes solenniter aqua circũspergi, atq; ita salutato sidere in syluas reuerti, uitulorũ fatigatos præ se ferẽtes. Alienæ quoq; regionis intellectu, creduntur maria transituri non antè naues conscendere, q̃ inuitati rectoris iure iurãdo de reditu. Visiq́; sunt fessi ægritudine (quando et illas moles infestant morbi) ꝑ herbas supini in cælum iacentes, ueluti tellure precibus allegata. Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt. Indicis Arabici minores, quos appellant Nothos.

*In eandẽ ꝓpè sententiã Stra. li. 15. de eleph. Sũt natura, in q̃t, adeo mites et mansueti, ut ad rationale aĩal proxime accedant.*

Quando

*Quando primum iuncti.* Caput .II.

ROmæ iuncti primum ſubiere currũ Pompeij Magni Africo triumpho, quod prius India uicta triumphante Libero patre memoratur. Procilius negat potuiſſe Pompeij triumpho iunctos ingredi portam. Germanici Cæſaris munere gladiatorio, quoſdam inconditos motus edidere, ſaltantium modo. Vulgare erat, per auras arma iacere non auferentibus uentis, atque inter ſe gladiatorios congreſſus edere, aut laſciuiente pernicitate colludere: poſt ea & per funes inceſſere, lecticas etiam ferẽtes quaterni ſingulas, puerperas imitantes: plenisq; hominum triclinijs accubitu iere per lectos, ita libratis ueſtigijs, ne quis potantium attingeretur.

*De docilitate eorum.* Caput .III.

CErtum eſt, unum tardioris ingenij in accipiendis quæ tradebantur, ſæpius caſtigatum uerberibus, eadem illa meditantem noctu repertũ. Mirum maxime, et aduerſis quidem funibus ſubire, ſed regredi magis utiq; pronis. Mutianus ter conſul autor eſt, aliquem ex his & literarũ ductus Græcarũ didiciſſe, ſolitumq; præſcribere eius linguæ uerbis: * Ipſe ego hæc ſcripſi, et ſpolia Celtica dicaui. Itẽq; ſe uidente Puteolis, cũ aduecti de naue egredi cogerentur, territos ſpatio ꝓcul põtis à continẽte porrecti, ut ſeſe longinqtatis æſtimatione fallerẽt, auerſos retrorſus iſſe. Prædam ipſi in ſe expetendam, ſciunt

* Apparet iſtud ex græco uer. à Pli. trãſlatũ, qui apud Nico. Sipontinũ ita allegatus legitur: αὐτὸς ἐγὼ τὰ δ᾽ ἔγραψα λάφυρα τε κελτῶ ἀνέθηκα.

solā esse in armis suis, quæ Iuba cornua appellat, Herodotus tanto antiquior, & consuetudo melius, dentes. Quamobrem deciduos casu aliquo uel senecta, defodiunt: hoc solum ebur est. Cæterū et in ijs quoq; qđ corpus intexit, uilitas ossea. Quanq̄ nup ossa etiā in laminas secari cœpere penuria. Etenim rara amplitudo iam dentiū, præterq̄ ex India, repitur. Cæterum in nostro orbe cessere luxuriæ. Dentium candore ītelligitur iuuēta. Circa hos belli cura summa: Alterius mucroni parcunt, ne sit prælijs hebes: alterius opario usu fodiūt radices, impellūt moles. Circumuentiq; à uenantibus, primos cōstituunt, quibus sunt minimi, ne tanti prælium putetur. Postea fessi, impactos arbori frangunt, prædáque se redimunt.

De clementia eorū, & q̄ pericula sua intelligāt, & de tigridis truculentia. Ca. IIII.

MIrum in plerisq; animaliū, scire quare petātur, sed et p cuncta qd caueant. Elephas homine obuio forte in solitudine, & simpliciter oberrante, clemens placidusq; etiam demonstrare uiam traditur. Idem uestigio hominis animaduerso priusq̄ homine, intremiscere insidiarum metu, subsistere ab olfactu, circūspectare, iras proflare, nec calcare, sed erutum proximo tradere: illum sequēti, nuncio simili usque ad extremū: tunc agmen circumagi, & reuerti, aciemq; dirigi: adeo oīm odori durare uirus illud maiore ex parte, ne nudorū quidē pedū. Sic et tigris, etiā

gris, etiā feris cæteris truculenta, atq; ipsa elephanti quoq; spernens uestigia, homine uiso transferre dicitur ꝓtinus catulos. Quónam modo agnito? ubi antè conspecto illo quem timet? etenim tales syluas minime frequētari certū est. Sanè mirētur ipsam uestigij raritatem, sed unde sciunt timendos esse? imò uero cur uel sæpius conspectum paueant, tāto uiribus, magnitudine, uelocitate præstantiores? Nimirū hæc est natura rerum, hæc potentia eius, sæuißimas ferarum maximasq́; (quæ nunquam uidissent quod debeant timere) statim intelligere cur sit timendum.

De intellectu et memoria eorū. Ca. .V.

ELephanti gregatim semp ingrediūtur. Ducit agmen maximus natu, cogit ætate proximus. Amnem trāsituri minimos præmittunt, ne maiorū ingressu atterēte alueum, crescat gurgitis altitudo. Antipater autor est, duos Antiocho regi in bellicis usibus celebres etiam cognominibus fuisse: etenim nouere ea. Certe Cato, cum imperatorū nomina annalibus describeret, eum qui fortissime præliatus esset in Punica acie, Sutrum tradidit uocatum, altero dente mutilato: Antiocho uadum fluminis experienti renuit Aiax, alioquin dux agminis semper. Tum pronunciatum, eius fore principatum qui transisset, ausumq́; Patroclū: ob id phaleris argenteis, quo maxime gaudēt, et reliquo omni primatu donauit. Ille qui notabatur, inedia mortē ignominiæ pratulit. Mirus nanq;

*rus nanq; pudor est, uictusq́; uocē fugit uictoris: terram ac uerbenas porrigit. Pudore nunquam nisi in abdito coeunt: mas quinquennis, fœmina decennis. Initur aūt biennio, quinis (ut ferūt) cuiusq; anni diebus, nec amplius: sexto perfundūtur amne, non antē reduces ad agmē. Nec adulteria nouere, nullâue ꝓpter fœminas īter se prælia, cæteris animalibus pernicialia: non quia desit illis amoris uis: Nanq; traditur unus amasse quandā in Aegypto corollas uendētem. Ac ne qs uulgariter electā putet, miretur gratam Aristophani, celeberrimo in arte grammatica. Alius Menandrū Syracusanū incipientis iuuentæ, in exercitu Ptolemæi, desideriū eius quotiens nō uideret, inedia testatus. Et unguentariā quandā delectā Iuba tradit. Oīm amoris fuere argumenta, gaudiū à conspectu, blāditiæq́; incōditæ, stipes (quas populus dedisset) seruatæ, et in sinum effusæ. Nec mirum, esse amorē, quibus sit memoria. Idem nanq; tradit, agnitum in senecta multos post annos, qui rector in iuuenta fuisset. Idem diuinationem quādam iustitiæ. Cum Bocchus rex .XXX. elephātis, totidem (in quos sæuire instituerat) stipitibus alligatos obiecißet, procursantibus inter eos qui lacesserēt, non potuisse effici, ut crudelitatis alienæ ministerio fungeretur.*

Quando primū in Italia. Caput .VI.

Elephantes Italia primum uidit Pyrrhi regis bello, et boues lucas appellauit, in Lucanis uisos, anno

sos, anno urbis quadringentesimoseptuagesimosecundo. Romæ autem in triumpho septem annis ad superiorem numerũ additis. Eadem plurimos anno quingentesimosecundo, uictoria L. Metelli pontificis in Sicilia de Pœnis captos. Centũ quadragintaduo fuere trãsuecti ratibus, quas doliorũ cõsertis ordinibus imposuerant. Verrius eos pugnaße in circo, interfectosq; iaculis tradit penuria consilij: quoniã neq; ali placuisset, neq; donari regibus. L. Piso ĩductos duntaxat in circũ, atq; ut contemptus eorum incresceret, ab operarijs hastas præpilatas habentibus, per circum totum actos. Nec quid deinde ijs factum sit, autores explicant, qui non putant interfectos.

Pugnæ eorum. Caput .VII.

CLara est unius è Romanis dimicatio aduersus elephantũ, cum Annibal captiuos nostros dimicare inter se coëgisset. Nanque unum qui supererat, obiecit elephanto: & illum dimitti pactus, si interemisset. Solus ergo in harena congressus, magno Pœnorũ dolore cõfecit. Annibal, cum famã eius dimicationis contemptum allaturum beluis intelligeret, equites misit qui abeuntẽ interficerent. Promuscidem eorũ facillime amputari, Pyrrhi præliorum expimentis patuit. Romæ pugnasse Fenestella tradit primum oĩm in circo Claudij Pulchri ædilitate curuli, M. Antonio, A. Posthumio coss. anno urbis sexcentesimoqnquagesimoqnto. Itẽ post annos XX.

Lucullorum

*Lucullorum ædilitate curuli, aduersus tauros. Pompeij quoq; altero consulatu, dedicatione tẽpli Veneris uictricis, pugnauere in cyrco. XX, aut ut quidã tradunt, XVII. Getulis ex aduerso iaculantibus, mirabili unius dimicatione, qui pedibus cõfossis repsit genibus in cateruas, arrepta scuta iaciẽs in sublime, q̃ decidẽtia uolubilitate spectãtibus uoluptati erant in orbẽ circũacta, uelut arte non furore beluæ iacerentur. Magnũ & in altero miraculũ fuit, uno ictu occiso. Pilũ sub oculo adactũ, in uitalia capitis uenerat. Vniuersi eruptionẽ tentauere, non sine uexatione populi circundati claustris ferreis. Qua de causa Cæsar dictator, postea sile spectaculũ editurus, euripis harenã circumdedit, quos Nero princeps sustulit, equiti loca addens. Sed Pompeiani amissa fugæ spe, misericordiã uulgi inenarrabili habitu queren tes supplicauere, quadã sese lamentatione cõplorantes: tanto populi dolore, ut oblitus impatoris, ac mu nificentiæ honori suo exquisitæ, flens uniuersus consurgeret: dirasq; Pompeio, quas ille mox luit, pœnas imprecaretur. Pugnauere & Cæsari dictatori, tertio consulatu eius, XX. cõtra pedites quingẽtos: iterũ totidem turriti cũ sexagenis ꝓpugnatoribus, eodẽ quo priores numero peditũ, & pari equitum è diuerso dimicãte. Postea singli, principibus Claudio & Neroni, in cõsummatione gladiatorũ. Ipsius animalis tanta narratur clementia contra minus ualida, ut in*

da,ut in grege pecudum occurrẽtia manu dimoueãt,ne quid obterat imprudens: nec nisi lacessiti noceant, ideoq; gregatim semper ambulent, minime ex omnibus soliuagi. Equitatu circũuecti, infirmos aut fessos uulneratos ue in medium agmen recipiunt: ac uelut imperio ac ratione, per uices subeunt. Capti celerrime mitificantur hordei succo.

Quomodo capiantur. Caput .VIII.

CApiuntur aũt in India, unũ ex domitis agẽte rectore: q̃ deprehẽsum solitariũ, abactũm ue a grege, uerberat ferum: quo fatigato, transcendit in eũ, nec secus ac priorẽ regit. Africa foueis capit, in quas deerrante aliquo, protinus cæteri congerunt ramos, moles deuoluunt, aggeres construunt, omniq; ui conãtur extrahere. Antea domitandi gratia gregis, equitatu cogebãt in conuallẽ manufactã, & longo tractu fallacẽ: cuius inclusos ripis fossisq;, famẽ domabant. Argumentũ erat ramus, hoĩe porrigẽte clementer acceptus. Nunc dentiũ causa, pedes eorũ iaculantur alioquin mollissimos. Troglodytæ contermini Aethiopiæ, qui hoc solo uenatu alũtur, arbores ꝓpinquas itineri eorũ cõscendunt. Inde totius agminis nouissimũ speculati, extremas in clunes desiliũt: Læua apprehenditur cauda, pedes stipantur in sinistro femine. Ita pendẽs alterũ poplitẽ dextra cædit: ac præacuta bipenni hoc crure tardato ꝓfugiens, alterius poplitis neruos ferit, cuncta præceleri pernicitate per

citate peragens. Alij tutiore genere, sed magis falla
ci, intentos ingentes arcus defigunt humi longius.
Hos præcipui uiribus iuuenes continent, alij conni-
xi pari conatu tendunt, ac prætereũtibus sagittarũ
uenabula infigunt, mox sanguinis uestigijs sequun-
tur. Elephantorũ generis fœmĩæ multo pauidiores.

Quomodo domentur. Ca. .IX.

DOmantur aũt rabidi fame & uerberibus, ele
phantis alijs admotis, qui tumultuantẽ cate-
nis coërceant: aliâs circa coitus maxĩe efferantur,
et stabula Indorũ dentibus sternũt. Quapropter ar
cent eos coitu, fœminarumq́; pecuaria separãt, quæ
haud alio modo q̃ armentorũ habẽt. Domiti militãt,
et turres armatorũ in hostes ferũt, magnaq́; ex ꝑte
oriẽtis bella conficiunt. Prosternunt acies, ꝓterunt
armatos. Iidem minimo suis stridore terrentur, uul-
neratiq́; & territi retro semper cedunt, haud mino
re partiũ suarũ pernicie. Indicum Afri pauent, nec
contueri audent, nã et maior Indicis magnitudo est.

De partu eorũ et reliqua natura. Ca. .X.

DEcẽ annis gestare in utero uulgus existimat:
Aristoteles biennio, nec amplius q̃ singulos
semel gignere: pluresq́; uiuere ducentis annis, &
quosdã trecentis. Iuuenta eorũ sexagesimo incipit.
Gaudent amnibus maxime, & circa fluuios uagan-
tur, cum alioquin nare propter magnitudinem cor-
poris non possint. Iidẽ frigoris impatientes. Maxi-
mum hoc

Arist. li. 5. ca. 14. de natura aĩaliũ, et item li. 6. c. 16. Sed et de ætate eorũ li. 8. ca. 9.

mum hoc malum: inflationemq́; et profluuium alui, nec alia morborum genera sentiunt. Olei potu tela, quæ corpori eorum inhæserant, decidere inuenio: à sudore autē facilius adhærescere. Et terrā edisse ijs tabificum est, nisi sæpius mandant. Deuorant aūt & lapides. Truncos quidē gratissimo in cibatu habent. Palmas excelsiores fronte ꝓsternunt, ac ita iacentium assumunt fructū. Mandunt ore, spirant & bibunt, odorāturq́; haud improprie appellata manu. Animaliū maxīe odere murem: et si pabulū in præsepio positū attingi ab eo uidere, fastidiunt. Cruciatum in potu maximū sentiunt hausta hirudine, quā sanguisugam uulgo cœpisse appellari aduerto. Hæc ubi in ipso animæ canali se fixit, intolerando afficit dolore. Durissimum dorso tergus, uentres molles, setarum nullum tegumentum, ne in cauda quidem præsidium abigendo tædio muscarum (Nanq; id & tanta uastitas sentit) sed cancellata cutis, & inuitās id genus animaliū odore. Ergo cū extenti recepere examina, arctatis in rugas repente cancellis, cōprehensas enecant. Hoc ijs pro cauda, ꝓ iuba, pro uillo est. Dentibus ingēs pretiū, & deorū simulacris laudatissima ex ijs materia. Inuenit luxuria commendationem & aliā, expetit in callo manus uim saporis, haud alia de causa credo q̄ quia ipsum ebur sibi mandere uidetur. Magnitudo dentiū uidetur quidē in tēplis præcipua. Sed tamen in extremis Africæ,

Elephantē, in quit, alij ānos ducētos uiuere aiunt, alij trecentos.

qua confinis Aethiopiæ est, postium uicem in domicilijs præbere. Sepesq; in ijs, & pecorum stabulis palos, elephãtorum dentibus fieri, Polybius tradit, autore Gulusa Regulo.

Vbi nascantur, & de discordia eorum & draconum. Caput .XI.

ELephantes fert Africa ultra Syrticas solitudines, & in Mauritania. Ferunt Aethiopes & Troglodytæ, ut dictũ est, sed maximos India, bellantesq; cũ ijs ꝑpetua discordia dracones, tantæ magnitudinis, ut & ipsos circũflexu facili ambiant, nexuq; nodi perstringãt. Commoritura dimicatio, uictusq; corruens, complexum elidit pondere.

De solertia animalium. Ca. .XII.

MIra animaliũ pro se cuiq; præcipua solertia est, ut ijs una scandendi in tantã altitudinem difficultas. Draco itaq; iter ad pabula speculatur. Ab excelsa se arbore inijcit. Scit ille imparẽ sibi luctatũ contra nexus. Itaq; arborũ aut rupium attritũ quærit. Cauent hoc dracones, ob idq; gressus primũ alligãt cauda. Resoluunt illi nodos manu. At hi in ipsa nare caput cõdunt, pariterq; spiritum præcludũt, & mollissimas lancinãt partes. Iidẽ obuij deprehensi, in aduersos erigũt se, oculosq; maxiẽ petunt. Ita fit ut plerunq; cæci ac fame et mœroris tabe cõfecti reperiantur. Quam quis aliã tantæ discordiæ causam attulerit, nisi naturæ spectaculũ, sibi

ac paria

*ac paria componentis? Est & alia dimicationis huius fama. Elephantis frigidissimum esse sanguinem, ob id æstu torrente præcipue à draconibus expeti. Quamobrem in amnes mersos insidiari bibentibus, arctatisq́; illigata manu in aurem morsum defigere, quoniam is tantum locus defendi non possit manu. Dracones esse tantos, ut totum sanguinem capiant. Itaque elephantos ab ijs ebibi, siccatosq́; concidere, & dracones inebriatos opprimi commoriq́;.*

*De draconibus.* Caput .XIII.

GEnerat dracones Aethiopia Indicis pares, uicenûm cubitorum. Id modo mirum, unde cristatos Iuba crediderit. Asachæi uocãtur Aethiopes, apud quos maxime nascantur. Narratur in maritimis eorum quaternos quinosq́; inter se cratium modo implexos, erectis capitibus uelificãtes ad meliora pabula Arabiæ uehi fluctibus.

*De serpẽtibus maximis et bois.* Ca. .XIIII.

MEgasthenes scribit, in India serpẽtes in tantam magnitudinem adolescere, ut solidos hauriant ceruos taurosq́;. Metrodorus, circa Rhindacum amnẽ in Ponto, ut superuolãtes q̃uis alte perniciterq́;, alites haustu raptas absorbeant. Nota est, in Punicis bellis ad flumen Bagradam à Regulo imperatore ballistis tormentisq́;, ut oppidum aliquod, expugnata serpens. CXX. pedum longitudinis. Pellis eius maxillæq́; usq́; ad bellũ Numantinum durauere

De serpẽtibus cubitorũ. 70. habes Philostratum ĩ uita Apollo. lib. 2. ca. 8. Præterea et apud Suetã in uita Augusti mẽtio fit de angue cubitorum. 5c.

C

ucre Romæ in templo. Faciũt his fidem in Italia appellatæ boæ, in tantam magnitudinem exeuntes, ut diuo Claudio principe, occisæ in Vaticano solidus in aluo spectatus sit infans. Aluntur primo bubuli lactis succo, unde nomen traxere. Cæterorum animalium, quæ modo conuecta undique Italiæ contigere sæpius, formas nihil attinet scrupulose referre.

De Scythicis aĩalibus et septẽtrionalibus Ca. XV.

PAucissima Scythia gignit, inopia fructuũ: pauca cõtermina illi Germania: insignia tamẽ boum ferarum genera, iubatos bisontes, excellentiq; & ui & uelocitate uros, quibus imperitum uulgus bubalorum nomen imponit, cum id gignat Africa, uituli potius cerui ue quadam similitudine. Septentrio fert & equorum greges ferorum, sicut asinorũ Asia & Africa: præterea alcen, ni proceritas aurium & ceruicis distinguat, iumento similem. Item natam in Scandinauia insula, nec unquam uisam in hoc orbe, multis tamen narratam, machlin, haud dissimilem illis, & nullo suffraginum flexu: ideoq; non cubantem, sed accliuẽ arbori in somno, eaq; incisa ad insidias capi, aliâs uelocitatis memoratæ. Labrũ ei superius prægrande, ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens inuoluatur. Tradũt in Paeonia ferã, quæ bonassus uocetur, equina iuba, cætera tauro similem, cornibus ita in se inflexis, ut non sint utilia pugnæ. Quapropter fuga sibi auxiliari, red-

dentem

dentem ea fimum interdum & trium iugerum longitudine: cuius contactus sequentes, ut ignis aliquis, comburat. Mirum, pardos, pantheras, leones, & similia, condito in corporis uaginas unguium mucrone, ne refringantur hebetenturq́;, ingredi, auersisq́; falculis currere, nec nisi appetendo prætendere.

De leonibus. Caput ·XVI.

LEoni præcipua generositas, tunc cum colla armosq́; uestiunt iubæ. Id enim ætate contingit è leone conceptis. Quos uero pardi generauere, semp insigni hoc carent. Simili modo fœminæ. Magna ijs libido coitus, et ob hoc maribus ira. Africa hæc maxime spectat, inopia aquarum ad paucos amnes congregantibus se feris. Ideo multiformes ibi animaliũ partus, uarie fœminis cuiusq; generis mares aut ui aut uoluptate miscẽte. Vnde etiam uulgare Græciæ dictum, semper aliquid noui Africã afferre. Odore pardi, coitum sentit in adultera leo, totaq; ui cõsurgit in pœnã. Idcirco aut culpa flumine abluitur, aut longius comitatur. Semel autem edi partum, lacerato unguium acie utero in enixu, uulgum credidisse uideo. Aristoteles diuersa tradit, uir quem in ijs magna secuturus in parte præfandum reor: Alexandro Magno rege inflãmato cupidine animaliũ naturas noscẽdi, delegataq; cõmentatione Aristoteli, * summo in omni scientia uiro, aliquot milia hominum in totius Asiæ Græciæq; tractu parere iussa, oĩm quos uenatus

* Magna Aristotelis laus, tũ ob plurimarũ scientiarũ cognitionẽ, tũ ob libros de aĩali um natura ab ipso scriptos. Et hoc sanè loco ĩgenue fatetur Plini. unde hæc quæ ipse de aĩalibus latinis literis ꝓdiderit, uel bonã eorũ partẽ desumpserit.

*uenatus, aucupia, piscatusq; alebant: quibusq; uiuaria, armēta, aluearia, piscinæ, auiaria in cura erāt: ne qd usq̃ gentiū ignoraretur ab eo: quos pcontando, qnquaginta fermè uolūia illa præclara de aīalibus condidit: quæ à me collecta in arctū cum ijs quæ ignorauerat, quæso ut legentes boni consulāt, in uniuersis rerū naturæ opibus, medioq; clarißimi regū oīm desiderio cura nostra breuiter pegrinantes. Is ergo tradit leænā primo fœtu parere. V. catulos, ac p annos singulos uno minus, ab uno sterilescere. Informesq; minimasq; carnes magnitudine mustelarum esse initio: semestres uix ingredi posse, nec nisi bimestres moueri. In Europa aūt inter Acheloū tantū et Nestū amnes leones esse, sed lōge uiribus præstantiores ijs quos Africa aut Syria gignāt. Leonū duo genera; cōpactile et breue crispioribus iubis. Hos pauidiores esse q̃ lōgo simpliciq; uillo, eos contemptores uulnerū. Vrinā mares crure sublato reddere ut canes: grauē odorē, nec minus halitū: raros in potu: uesci alternis diebus, à saturitate interim triduo cibis carere. Quæ poßint, in mandendo solida deuorare: nec capiente aluo, cōiectis in fauces unguibus extrahere, ut (si fugiendū sit) non in satietatē abeāt. Vitā ijs longā docet argumento, q pleriq; dentibus defecti repiantur. Polybius Aemiliani comes, in senecta hoīem appeti ab ijs refert; quoniā ad psequendas feras uires nō suppetāt. Tunc obsidere Africæ urbes:*

*eaq;*

*eaq; de causa crucifixos uidisse se cum Scipione, quo cæteri metu pœnæ similis absterrerētur eadē noxa. Leoni tantū ex feris clementia in supplices: prostratis parcit: & ubi sæuit, in uiros prius q̄ in fœminas fremit, i infantes nō nisi magna fame. Credit Libya intellectū prouenire ad eos precū. Captiuā certe Getuliæ reducē audiui, multorū in syluis impetū à se mitigatū alloquo, ausam se dicere fœminā, profugā, infirmā, supplicem aialis oīm generosissimi, cæterisq; impantis, indignā eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusq; uel casu mulceri alloquijs feras. Quippe iam serpētes extrahi cantu, cogiq; in pœnā, uerum falsum'ue sit, uita decreuerit. Leonū animi index cauda, sicut & equorum aures. Nanque et has notas generosissimo cuiq; natura tribuit. Immota ergo placidus, clemens, blandientiq; similis, quod rarū est: crebrior enim iracūdia eius. In principio terra uerberatur: incremento terga, ceu quodā incitamento, flagellātur. Vis summa in pectore. Ex oī uulnere, siue ungue ī presso siue dente, ater ꝓfluit sanguis. Iidē satiati, innoxij sunt. Generositas maxime in piculis deprehenditur, non in illo tantum modo, q spernens tela diu se terrore solo tuetur, aut uelut cogi testatur: cogiturq; non tanq̄ piculo coactus, sed tanq̄ amētia iratus: Illa nobilior animi significatio, quālibet magna canum & uenantiū urgēte ui, contēptim restitansq; cedit in cāpos; et ubi uideri*

poteſt: idē ubi uirgulta ſyluasq; penetrauerit, acerrimo curſu fertur, uelut deputans abſconſione turpitudinē. Dum ſeqtur, inſilit ſaltu, quo in fuga non utitur. Vulneratus, obſeruatione mira pcuſſorē nouit, & in quantalibet multitudine appetit. Eū uero qui tela quidē miſerit, ſed tamē non uulnerauerit, correptū raptatūq; ſternit, nec uulnerat. Cum pro catulis fœta dimicat, oculorū aciē traditur defigere in terrā, ne uenabula expaueſcat. Cæterū dolis carent & ſuſpicione. Nec limis intuentur oculis, aſpiciq; ſimili modo nolūt. Creditū eſt à moriente humū morderi, lachrymāq; leto dari. Atq; hoc tale tāq; ſæuū animal, rotarū orbes circūacti, curruſq; inanes, & gallinaceorū criſtæ cantuſq; etiā magis terrent, ſed maxime ignes. Aegritudinem faſtidij tantum ſentit, in qua medetur ei contumelia, in rabiem agente annexarum laſciuia ſimiarum. Guſtatus deinde ſanguis in remedio eſt. Leonum ſimul pugnam pluriū, Romæ princeps dedit Q. Scæuola P. filius in curuli ædilitate. Centū aūt iubatorū primus omniū L. Sylla, qui poſtea dictator fuit, in prætura. Poſt eū Pom. Magnus in circo. DC. ac in iis iubatorū. CCCXV: Cæſar dictator. CCCC. Capere eos, ardui erat quondam operis, foueisq; maxīe. Principatu Claudij caſus rationē docuit, pudendā pene talis feræ nomine, paſtoris Getuli ſago cōtra ingruentis impetum obiecto, quod ſpectaculū in harenā ptinus tranſlatum

eſt, uix

*est, uix credibili modo torpescente tanta illa ferita-te, quamuis leui iniectu operto capite, ita ut deuin-ciatur non repugnans: uidelicet omnis uis constat in oculis. Quo minus mirũ sit, à Lysimacho Alexandri iussu simul incluso strangulatũ leonẽ. Iugo subdidit eos, primusq; Romæ ad currũ iunxit M. Antonius, et quidẽ ciuili bello, cũ dimicatũ esset in Pharsalicis campis, non sine ostento quodã, tẽpore illo genero-sos spiritus iugum subire prodigio significãte. Nam q ita uectus est cum mima Cytheride, supra mõstra etiã illarũ calamitatũ fuit. Primus aũt hominum le-onem manu tractare ausus, & ostendere mansuefa-ctũ, Hanno è clarissimis Pœnorũ traditur: Damna-tusq; illo argumento, quoniã nihil non psuasurus uir tã artificis ingenij uidebatur: et male credi libertas ei, cui in tantũ cessisset etiã feritas. Sunt uero et for-tuita eorũ quoq; clementiæ exẽpla. Mentor Syracu-sanus in Syria leone obuio suppliciter uolutãte, atto-nitus pauore: cum refugienti undiq; fera opponeret sese, & uestigia lamberet adulãti silis, animaduertit in pede eius tumorem uulnusq;, & extracto surculo liberauit cruciatu. Pictura casum hũc testatur Sy-racusis. Siũ modo Helpis Samius natione, in Africã delatus naue, iuxta littus cõspecto leone hiatu mina-ci, arborẽ fuga petit, Libero patre inuocato: quoniã tum præcipuus uotorũ locus est, cum spei nullus est. Sed neq; profugienti, cum potuisset, fera institerat:*

*Qđ hic à Pli-nio de leone à Lysima. stran-gulato refer-tur, id nõ oĩno ad eũdẽ modũ à Q. Curtio l. 8. de re. Alex-ãdri Mag. nar-ratur, ut q rẽ hãc ꝑpemodũ fabulosam esse scribit. Fabu-lã, ĩqt, quæ ob iectum leoni à rege Lysima-chum, temere uulgauit, ab eo casu quẽ su-prà diximus, ortam esse cre-diderim.*

& procumbens ad arborē, hiatu quo terruerat miserationē quærebat. Os morsu ualidiore adhæserat dentibus, cruciabatq; inedia tum penè in ipsis eius telis suspectantē, ac uelut mutis precibus orantē, dū fortuitu fidens non est contra ferā. Multoq; diutius miraculo q̃ metu cessatū est. Digressus tandē euellit prabenti, & q̃ maxime opus est accōmodanti. Tradun tq; q̃diu nauis ea in littore stetit, retulisse gratiā uenatus aggerēdo. Qua de causa Libero patri templū in Samo Helpis sacrauit, quod ab eo factū græci σωτῆρος νεὼς τοῦ Διονύσου appellauere. Miremur postea uestigia hoīm intelligi à feris, cū etiam auxilia ab uno animalium sperēt. Cur enim non ad alia ierē? aut unde medicas manus homīs sciunt? nisi forte uis malorum, etiam feras oīa experiri cogit?

De pantheris. Caput .XVII.

Aeque memorandū & de panthera: Tradit Demetrius physicus, iacentem in media uia, hoīs desiderio repente apparuisse patri cuiusdā Philinis, assectatoris sapiētiæ: illū pauore cœpisse egredi, feram uero circuuolutari non dubie blandientē, sese conflictantē mœrore, qui etiā in panthera intelligi posset. Fœta erat, catulis pcul in foueam delapsis. Primū ergo mirationi fuit nō expauescere, pximū ei curā intendere, secutusq; qua trahebat uestem unguiū leni iniectu. Vt causam doloris intellexit, simulq; salutis suæ mercedem, exemit catulos: eaq; cum

eaq; cum ijs ꝓsequente, usq; extra solitudines deductus, leta atq; gestiēte, ut facile appareret gratiam referre, & nihil inuicē imputare, quod etiā in hoīe rarū est. Hæc fidē etiā Democrito afferūt, qui Thoantem in Achaia seruatū à dracone narrat. Eum nutrierat puer dilectū admodū: pauensq; serpētis naturā, et magnitudinē metuens, in solitudines tulerat: in quibus circumuento latronū insidijs, agnitoq; uoce, subuenit. Nam quæ de infantibus ferarū lacte nutritis, cū essent expositi, ꝓduntur, sicut de cōditoribus nostris à lupa, magnitudini fatorum accepta ferri æquius, q̄ ferarū naturæ arbitror. Panthera & tigris macularū uarietate ꝓpè solæ bestiarū spectantur, cæteris unus ac suus cuiusque generis color est. Leonum tantū in Syria niger, pantheris in candido breues macularū oculi. Ferūt odore earū mire sollicitari quadrupedes cunctas, sed capitis toruitate terreri. Quamobrē occultato eo, reliquas dulcedine inuitatas corripiunt. Sunt qui tradūt in armo ijs similē lunæ esse maculam, crescentē in orbes, & cauantem pari modo cornua. Nunc uarias et pardos, qui mares sunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Africa Syriaq;. Quidam ab ijs pantheras solo candore discernunt, nec adhuc aliā differentiā inueni. Senatusconsultū fuit uetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere. Contra hæc tulit ad populum Cn. Aufidius tribunus plebis, permisitq; Circen

sium gra

ſium gratia importare. Primus autem Scaurus ædilitate ſua centumquinquaginta uniuerſas miſit, deinde Pompeius Magnus quadringentasdecem, diuus Auguſtus quadringentasuiginti. Idem Q. Tuberone, Fabio Max. coſſ. IIII Nonas Maij, theatri Marcelli dedicatirne, tigrin primus omnium Romæ oſtẽdit in cauea manſuefactam: Diuus uero Claudius ſimul quatuor.

De tigridis natura, et camelis, et camelopardali, et quõ primũ uiſa Romæ. Ca. .XVIII.

TIgrin Hyrcani & Indi ferunt, animal uelocitatis tremendæ, et maxime cognitæ dum capitur. Totus eius fœtus, qui ſemp numeroſus eſt, ab inſidiante rapitur equo q̃maxime pernici, atq; in recẽtem ſubinde transfertur. At ubi uacuũ cubile reppit fœta (maribus enim cura nõ eſt ſobolis) fertur præceps, odore ueſtigans. Raptor appropinquante fremitu, abijcit unum ex catulis. Tollit illa morſu, & pondere etiam ocyor acta remeat, iterũq; conſequitur, & ſubinde donec in nauem regreſſo, irrita feritas ſæuit in littore. Camelos inter armẽta paſcit oriens, quorum duo genera, Bactriani et Arabici: differũt, ꝙ illi bina habẽt tubera ĩ dorſo, hi ſingula, et in pectore alterũ, cui incũbãt. Dentiũ ſupiore ordine, ut boues, carẽt in utroq; genere. Hoĩes aũt iumẽtorum in ijs terris dorſo fungũtur, atq; etiã eqtatu in prælijs. Velocitas inter equos, ſed ſua cuiq; mẽſura,

ſcuti uires. Nec ultra aſſuetũ ꝓcedit ſpatiũ, nec plus inſtituto onere recipit. Odium aduerſus equos gerũt naturale. Sitim et quatriduo tolerãt. Implẽtur cum bibẽdi occaſio eſt, et in præteritũ et in futurũ, obturbata cõculcatione prius aqua, aliter potu non gaudent. Viuunt qnquagenis annis, quidam & cẽtenis. Vtcunq; rabiẽ & ipſi ſentiunt. Caſtrandi genus etiã fœminas, quæ bello præparentur, inuentum eſt: fortiores ita fiunt coitu negato. Horum aliqua ſimilitudo in duo trãsfertur animalia: Nabim Aethiopes uocant, collo ſimilem equo, pedibus & cruribus boui, camelo capite, albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus, unde appellata camelopardalis, dictatoris Cæſaris Circenſibus ludis primum uiſa Romæ. Ex eo ſubinde cernitur, aſpectu magis quàm feritate conſpicua: quare etiam ouis feræ nomen inuenit.

De chao & cepho. Caput .XIX.

Pompeij Magni primum ludi oſtenderunt chaum, quem Galli rhaphium uocabant, effigie lupi, pardorum maculis. Idem ex Aethiopia quas uocant cephos, quarum pedes poſteriores pedibus humanis & cruribus, priores manibus fuere ſimiles. Hoc animal poſtea Roma non uidit.

De rhinocerote. Caput .XX.

Iiſdem ludis & rhinoceros, unius in nare cornu, qualis ſæpe uiſus. Alter hic genitus hoſtis elephãto: cornu ad ſaxa limato præpat ſe pugnæ, in dimicatione al-

*tione aluũ maxime petens,quã ſcit eſſe molliorẽ. Lõgitudo ei par, crura multo breuiora, color buxeus.*

De lyncibus,et ſphingibus,et crocutis, cercopithecis, Indicis bubus,leucrocutis, eale,tauris Aethiopiæ,mãtichora,monocerote, catoblepa,baſiliſco. Caput .XXI.

LYncas uulgo frequentes,& ſphingas,fuſco pilo, mammis in pectore geminis, Aethiopia generat,multaq; alia monſtro ſimilia: pennatos equos et cornibus armatos,quos Pegaſos uocant: Crocutas uelut ex cane lupoq; conceptos, oĩa dentibus frangẽtes,ꝓtinusq; deuorata cõficientes uentre: Cercopithecos,nigris capitibus,pilo aſinino, et diſſimiles cæteris uoce. India boues unicornes tricornesq;: Leucrocutã pnicíſſimã feram, aſini ferè magnitudine, cruribus ceruinis:collo,cauda,pectore leonis,capite *cameli,biſulca ũgula,ore ad aures uſq; reſciſſo, dentiũ locis oſſe ꝑpetuo. Hanc ferã humanas uoces tradunt imitari. Apud eos & q̃ uocãtur eale,magnitudine equi fluuiatilis,cauda elephãti, colore nigra uel fulua:maxillas apri,maiora cubitalibus cornua habẽs mobilia,quæ alterna in pugna ſiſtit,uariatq; infeſta aut obliqua,utcunque ratio monſtrauit. Sed atrociſſimos habet tauros ſylueſtres maiores agreſtibus,uelocitate ante omnes,colore fuluos,oculis cæruleis, pilo in contrariũ uerſo, rictu ad aures dehiſcẽte,iuxtà cornua mobilia, tergoris duritia ſilicis, omne

* Ita ex lectione Solini,apđ quẽ legitur:capit. camelino: q̃uis ĩ Plinianis exemplaribus ferè oĩbus melium legitur.

brine respuens uulnus. Feras oẽs uenantur. Ipsi non aliter q̃ foueis capti, feritate semp intereunt. Apud eosdem nasci Ctesias scribit, quam manticorã appellat, triplici dentiũ ordine pectinatim coeũti, facie & auriculis hoĩs, oculis glaucis, colore sanguineo, corpore leonis, cauda scorpionis mõ spicula infigentẽ: uocis, ut si misceatur fistulæ et tubæ cõcentus: uelocitatis magnæ, humãi corporis uel præcipue appetentẽ. In India et boues solidis ungulis, unicornes, et ferã noĩe axin, hinnuli pelle, pluribus candidioribusq; maculis, sacrã Liberi patris. Orsei Indi simias candentes toto corpore uenantur. Asprimam aũt feram monocerotẽ, reliquo corpore equo similẽ, capite ceruo, pedibus elephãto, cauda apro, mugitu graui, unicorno nigro media frõte cubitorũ duũ eminẽte. Hãc ferã uiuã negãt capi. Apud Hespios Aethiopes fons est, Nigris, ut pleriq; existimauere Nili caput, ut argumẽta quæ diximus psuadẽt: Iuxta hunc fera appellatur catoblepas, modica alioq̃n, cæterisq; mẽbris ĩers, caput tantũ prægraue ægre ferẽs, id deiectũ semp ĩ terrã: aliâs internecio humani generis, oĩbus q oculos eius uidere cõfestim expirãtibus. Eadẽ et basilisci serpẽtis est uis. Cyrenaica hũc generat puincia, XII. nõ amplius digitorũ magnitudine, cãdida in capite macula ut quodã diademate insigni. Sibilo oẽs fugat serpẽtes: nec flexu multiplici, nec ut reliquæ corpus impellit, sed celsus & erectus

in medio

in medio incedens. Necat frutices non contactas modo, uerum & afflatas, exurit herbas, rumpit saxa. Talis uis malo est. Creditum quondã, ex equo occiso hasta, & per eã subeunte ui, non equitẽ mõ, sed equũ quoq; absumptũ. Huic tali mõstro (sæpe enim enectũ cõcupiuere reges uidere) mustelarũ uirus exitio est: Adeo naturæ nihil placuit esse sine pari. Interficiũt eos cauernis facile cognitis sola tabe. Necant illi simul odore moriũturq;, & naturæ pugnã cõficiunt.

De lupis. Caput .XXII.

SEd in Italia quoq; creditur luporũ uisus esse noxius: uocemq; hoĩ quẽ priores contemplentur, adimere ad præsens. Inertes hos paruosq; Africa et Aegyptus gignũt, asperos trucesq; frigidior plaga. Homĩes in lupos uerti, rursumq; restitui sibi, falsum esse cõfidenter existimare debemus, aut credere oĩa quæ fabulosa tot seculis cõperimus. Vnde tamen ista uulgo infixa sit fama in tantũ, ut in maledictis uersipelles habeant, indicabitur. Euantes inter autores Græciæ nõ spretus, tradit Arcadas scribere, ex gente Antæi cuiusdam sorte electum ad stagnum quoddam regionis eius duci, uestituq; in quercu suspenso tranare, atq; abire in deserta, transfigurariq; in lupum, & cũ cæteris eiusdem generis congregari per annos .IX. Quo in tempore si homine se abstinuerit, reuerti ad idem stagnum: & cum tranauerit, effigiem recipere, ad pristinum habitum addito nouem

annorum

annorum ſenio. Addit quoq; Fabius eandē recipere ueſtem. Mirū eſt, q̄ ꝓcedat Græca credulitas. Nullum tam impudens mendacium eſt, ut teſte careat. Itaq; Copas qui olympionica ſcripſit, narrat Demenetum Parrhaſiū in ſacrificio quod Arcades Ioui Lycæo humana etiā cū hoſtia faciebant, immolati pueri exta deguſtaſſe, & in lupū ſe conuertiſſe: eundem X. anno reſtitutum, athletice reſtitiſſe in pugilatu, uictoreq́; uictoria olympia reuerſum. Quin & caudæ huius animalis creditur uulgo ineſſe amatorium uirus exiguo in uillo, eumq́; qui capiatur abijcere: nec idē pollere, niſi uiuēti direptū. Dies q̄bus coëūt, toto anno nō amplius .XII. Eundē in fame ueſci terra. Inter auguria ad dexterā commeantiū præciſo itinere, ſi pleno id ore fecerit, nullū ominū præſtantius. Sunt in eo genere q̄ ceruarij uocantur, qualē è Gallia in Pompeij Magni harena ſpectatū diximus. Huic q̄uis in fame mandēti, ſi reſpexit, obliuionē cibi ſurrepere aiunt, digreſſumq́; quærere aliud.

De ſerpentibus. Caput .XXIII.

Quod ad ſerpētes attinet, uulgatū eſt colores earū pleraſq; terras habere in quas occultentur. Innumera eſſe genera. Ceraſtis corpore eminere cornicula ſæpe quadrigemina: quorū motu reliquo corpore occultato, ſollicitēt ad ſe aues. Geminū caput amphiſbænæ, hoc eſt et ad caput et ad caudā, tanq̄ parū eſſet uno ore fundi uenenū. Alijs ſquamam eſſe,

*mam eſſe, alijs picturas: Omnibus exitiale uirus. Iaculum ex arborũ ramis uibrari. Nec pedibus pauendas tantũ ſerpentes, ſed & miſſili uolare tormento. Colla aſpidũ intumeſcere nullo ictus remedio, præterq̃ ſi confeſtim partes cõtactæ amputentur. Vnus huic tam peſtifero animali ſenſus, uel potius affectus eſt. Coniuga fermè uagantur: nec niſi cum cõpare, uita eſt: itaq; alterutra interempta, incredibilis alteri ultionis cura. Perſequitur interfectorẽ, unumq; eum in quantolibet populi agmine notitia quadã infeſtat, perrumpit oẽs difficultates, permeat ſpatia, nec niſi amnibus arcetur, aut præceleri fuga. Non eſt fateri, rerũ natura largius mala an remedia genuerit. Iam primũ hebetes oculos huic malo dedit, eosq; nõ in fronte aut ex aduerſo cernere, ſed in tẽporibus. Ita excitatur, ſed ſæpius auditu q̃ uiſu.*

### *De ichneumone.* *Caput* .XXIIII.

*HAbet deinde interneciuum bellũ cũ ichneumone. Notũ eſt animal hac gloria maxĩe, in eadẽ natũ Aegypto: Mergit ſe limo ſæpius, ſiccatq; ſole. Mox ubi pluribus eodẽ modo ſe corijs loricauit, in dimicationẽ pergit. In ea caudam attollens, ictus irritos auerſus excipit, donec obliquo capite ſpeculatus inuadat in fauces. Nec hoc contentus, aliud haud mitius debellat animal.*

### *De crocodilo & hippopotamo.*
### *Caput* .XXV.

*Crocodilum*

CRocodilũ habet Nilus, quadrupes malum, et terra pariter ac flumine infestum. Vnum hoc animal terrestre linguæ usu caret. Vnum superiore mobili maxilla imprimit morsum, aliâs terribile, pectinatim stipãte se dentiũ serie. Magnitudine excedit plerunq; duodeuiginti cubita. Parit oua quanta anseres: eaq; extra eum locum transferens, sẽp incubat, prædiuinatione quadã, ad quem summo auctu eo anno egressurus est Nilus. Nec aliud animal ex minori origine in maiorẽ crescit magnitudinem. Et unguibus hic armatus est, contra oẽs ictus cute inuicta. Dies in terra agit, noctes aqua, teporis utrunq; ratione. Hunc saturũ cibo pisciũ, & sẽp esculento ore in littore somno datũ, parua auis, quæ trochilos ibi uocatur, rex auiũ in Italia, inuitat ad hiandũ pabuli sui gratia, os primum eius adsultim repurgans, mox dentes, & intus fauces quoq;, ad hanc scabendi dulcedinẽ q̃maxime hiãtes: in qua uoluptate somno pressum cõspicatus ichneumon, p easdem fauces ut telum aliquod immissus, erodit aluum. Similis crocodilo, sed minor etiã ichneumone, est in Nilo natus scincos, contra uenena præcipuũ antidotũ: Item ad inflãmandam uirorũ Venerẽ. Verum in crocodilo maior erat pestis, q̃ ut uno esset eius hoste natura contenta. Itaq; & delphini immeãtes Nilo, quorũ dorso tanq̃ ad hunc usum cultellata inest penna, abigentes eos præda, ac uelut in suo tantũ amne regnantes, alioqn

*impares uiribus ipsi, astu interiuũt. Callent enim in hoc cuncta aĩalia, sciuntq; nõ modo sua cõmoda, uerum et hostiũ aduersa: norũt sua tela, norũt occasiones, partesq; dissidentiũ imbelles. In uẽtre mollis est tenuisq; cutis crocodilo: ideo se ut territi immergũt delphini, subeuntesq; aluũ illam secant spina. Quin et gens hoĩm est huic beluæ aduersa in ipso Nilo Tẽtyritæ, ab insula in qua habitat appellata. Mensura eorũ parua, sed præsentia animi in hoc tantũ usu mira. Terribilis hæc cõtra fugaces belua est, fugax cõtra insequẽtes: sed aduersum ire soli hi audent. Quin etiã flumini innatant, dorsoq; equitantiũ modo impositi, hiantibus resupino capite ad morsum, addita in os claua, dextra ac læua tenẽtes extrema eius utrinq;, ut frenis in terrã agunt captiuos: ac uoce etiã sola territos, cogũt euomere recẽtia corpora ad sepulturã. Itaq; ei uni insulæ crocodili non adnatant: olfactuq; eius generis hoĩm, ut Psyllorũ serpẽtes fugãtur. Hebetes oculos hoc aĩal dicitur habere in aqua, extrà acerrimi uisus: quatuorq; mẽses hyemis inedia semper transmittere in specu. Quidam hoc unũ q̃diu uiuat, crescere arbitrantur: Viuit aũt longo tẽpore.* Maior altitudine in eodẽ Nilo belua hippopotamus editur. *Vngulis bifidis quales bubus, dorso equi, & iuba, & hinnitu, rostro resimo, cauda torta, & dentibus aprorum aduncis, sed minus noxijs: tergoris ad scuta galeasq; impenetrabilis, præ*

terq̃ si humore madeat. Depascitur segetes, destinatione antè (ut ferũt) determinatas in diẽ, et ex agro ferẽtibus uestigijs, ne q̃ reuertẽti ĩsidiæ cõparẽtur.

Qui primus Romæ hippopotamum & crocodilos ostendit: & medicinæ ab animalibus repertæ. Caput XXVI.

PRimus eum & quinq; crocodilos, Romæ ædilitatis suæ ludis M. Scaurus temporario euripo ostendit. Hippopotamus in quadam medendi parte etiam magister existit. Assidua nanque satietate obesus exit in littus, recentes harundinum cæsuras perspeculatus: atq; ubi acutissimum uidet stipitem, imprimens corpus uenam quandam in crure uulnerat, atque ita profluuio sanguinis morbidum aliâs corpus exonerat, & plagam limo rursus obducit.

Quæ animalia, quas herbas ostenderunt, cerui, lacerti, hirundines, testudines, mustela, ciconia, aper, anguis, draco, pãthera, elephas, ursi, cerui, palumbes, colũbæ, grues, coruus. Caput XXVII.

SImile quiddã & uolucris in eadẽ Aegypto mõstrauit, quæ uocatur ibis: rostri aduncitate per eam partẽ se pluens, qua reddi ciborum onera maxime salubre est. Nec hæc sola multis animalibus reperta, sunt usui futura & homini. Dictamũ herbam extrahẽdis sagittis cerui mõstrauere, percussi eo telo, pastuq; eius herbæ eiecto. Iidẽ pcussi à phalãgio,

*quod est aranei genus, aut aliquo simili, cancros edẽdo sibi medentur. Est & ad serpentum ictus praecipua, qua se lacerti, quotiens cum his conseruere pugnam, uulnerati refouent. Chelidoniã uisui saluberrimam hirũdines mõstrauere, uexatis pullorũ oculis illa medentes. Testudo cunilae, quam bubulam uocant, pastu uires contra serpentes refouet: Mustela ruta, in muriũ uenatu cum ijs dimicatione conserta: Ciconia origano. Edera apri in morbis sibi medentur, et cãcros uescẽdo, maxime mari eiectos. Anguis hyberno situ membrana corporis obducta, foeniculi succo impedimentũ illud exuit, nitidusq; uernat. Exuit autẽ à capite primũ, nec celerius q̃ uno die ac nocte replicans, ut extrà fiat membranae quod fuerat intus. Idem hyberna latebra uisu obscurato, marathro herbae sese affricãs, oculos inungit ac refouet: Si uero squamae obtorpuere, spinis iunipi se scabit. Draco uernã nauseam syluestris lactucae succo restringit. Pantheras p carnes fricatas aconito (uenenum id est) barbari uenantur: occupat ilico fauces earũ angor, quare pardalianches id uenenũ appellauere quidam. At fera cõtra haec excremẽtis hoĩs sibi medetur: & aliâs tam auida eorũ, ut à pastoribus ex industria in aliquo uase suspensa altius q̃ ut q̃at saltu cõtingere, iaculãdo ea petẽdoq; defatigata postremo expiret: alioqn uiuacitatis adeo lẽtae, ut eiectis interaneis diu pugnet. Elephas chamaeleonte concolorẽ*

cōcolori frondi deuorato, occurrit oleastro huic ueneno suo. Vrsi cū mādragoræ mala degustauere, formicas lambunt. Ceruus herba cinnare uenenatis pabulis resistit. Palumbes, graculæ, merulæ, perdices, lauri folio annuū fastidiū purgāt: colūbæ, turtures, & gallinacei, herba quæ uocatur helxine: anates, anseres, cæteræq; aquaticæ herba siderite: grues et siles, iunco palustri. Coruus occiso chamæleonte, qui etiam uictori nocet, lauro infestum uirus extinguit.

Prognostica animalium. Ca. .XXVIII.

Milia præterea, utpote cum plurimis animalibus eadem natura rerum, cæli quoque obseruatione, & uentorum, & imbrium tempestatum præsagia alijs alia dederit (qd' psequi immēsum est) æque scilicet, q̄ reliquā cum singulis hoīm societatē: Siquidem & pericula præmonent non fibris modo extisq;, circa quod magna mortalium portio hæret, sed alia quadam significatione. Ruinis imminentibus musculi præmigrant, aranei cum telis primi cadūt. Auguria quidem artem periculis fecere. Apud Romanos sacerdotū collegium uel maxime solēne est. In Thracia locis rigētibus & uulpes, aīal alioquin solerti auditu, amnes gelatos lacusq; non nisi ad pastus ituræ redituræq; trāseunt. Obseruatū, eam aure ad glaciē apposita, coniectare crassitudinē gelu.

Ciuitates & gentes à minutis animalibus deletæ. Caput .XXIX.

NEc minus clara exitij documēta sunt etiam ex contemnēdis animalibus. M. Varro autor est, à cuniculis suffossum in Hispania oppidum, à talpis in Thessalia, ab ranis ciuitatem in Gallia pulsam, ab locustis in Africa, ex Gyaro Cycladū insula incolas à muribus fugatos, in Italia Amyclas à serpentibus deletas. Citra Cynamolgos Aethiopas latè deserta regio est, à scorpionibus et solpugis gēte sublata: Et à scolopendris abactos Otrerietes, autor est Theophr. Sed ad reliqua ferarū genera trāseamus.

De hyæna, et crocuta, & mantichora, & fibris, & lutris. Caput .XXX.

HYænis utranq; esse naturam, & alternis annis esse marē, alternis fœminā fieri. Parere sine mare uulgus credit, Aristoteles negat. Collū et iuba continuitate spinæ porrigitur, flectiq; nisi circumactu totius corporis neqt. Multa præterea mira tradūtur. Sed maxime sermonē humanū inter pastorum stabula assimulare, nomēq; alicuius addiscere, quem euocatū foras laceret. Item uomitionem hōis imitari, ad sollicitādos canes, quos inuadat. Ab uno aīali sepulchra erui, inqsitione corporū. Fœminā raro capi. Oculis mille esse uarietates, oculorūq; mutationes. Præterea umbræ eius cōtactu canes obmutescere. Et qbusdā magicis artibus omne aīal, quod ter lustrauerit, in uestigio hærere. Huius generis coitu leæna Aethiopica parit crocutā, similiter uoces imitātem

Tertio de aīaliū gene. li. ca. 16. quosdā inibi stultitiæ ac erroris arguens, et iter hos Herodotū Heracleotē, ob id qdem, q; ut illi hyænā, sic hic trochū piscē, de quo et infra Plinius lib. 9.

imitantē hoīm pecorumq́;. Acies ei ꝑpetua in utraq; parte oris, nullis gingiuis dētē cōtinuo: q̄ ne contrario occursu hebetetur, capsarū modo includitur. Hoīm sermones imitari, et mantichoram in Aethiopia, autor est Iuba. Hyænæ plurimæ gignuntur in Africa, quæ et asinorum syluestriū multitudinē fundit. Mares in eo genere singulis fœminarū gregibus impitant. Timēt libidinis æmulos, & ideo grauidas custodiūt: morsuq́; natos mares castrāt. Cōtrà grauidæ latebras petūt, & parere furto cupiunt, gaudentq́; copia libidinis. Easdē partes sibi ipsi Pontici ãputant fibri, piculo urgēte, ob hoc se peti gnari, castoreum id uocāt medici, aliâs aīal horrēdi morsus. Arbores iuxta flumina ut ferro cædit: hoīs parte cō prehēsa, non anteq̄ fracta concrepuerint ossa, morsu resoluit. Cauda piscium ijs, cætera species lutræ. Vtrunque aquaticum, utrique mollior pluma pilus.

duplex genitale habere, & maris et fœminæ scripserit. Et trochū qdē seipsum inire, hyænā uero inire & iniri alternis annis.

De ranis, & uitulis marinis, & stellionibus.

Caput .XXXI.

RAnæ quoque rubetæ, quarum & in terra & in humore est uita, plurimis refertæ medicaminibus, deponere ea quotidie ac resumere à pastu dicuntur, uenena tantum sibi reseruantes. Similis & uitulo marino uictus, in mari ac terra. Simile fibro & ingenium. Euomit fel suum, ad multa medicamenta utile: Item coagulum, ad comitiales morbos: ob ea se peti prudens. Theophrastus autor est,

angues eo modo & stelliones senectutem exuere, eamq; protinus deuorare, præripientes comitiali morbo remedia. Eosdem pestiferos ferũt in Græcia, innocuos esse in Sicilia.

De ceruis. Caput .XXXII.

CEruis quoq; est sua malignitas, quanq̃ placidissimo aĩalium. Vrgente ui canũ, ultro confugiũt ad hoĩes. Et in pariẽdo semitas minus cauẽt, humanis uestigijs tritas, q̃ quæ secretæ ac feris opportunæ. Conceptus earũ post Arcturi sidus. Octonis mẽsibus ferunt partus, & interdum geminos. A conceptu separant se. At mares relicti, rabie libidinis sæuiũt: fodiunt scrobes. Tunc rostra eorũ nigrescunt, donec aliquando abluãt imbres. Fœminæ aut ante partũ purgantur herba quadã, quæ seselis dicitur, faciliore ita utẽtes utero. A partu duas habent herbas, quæ aros et seselis appellãtur: Pastæ redeũt ad fœtũ. Illos imbui lactis primo nolũt succo quacunq; de causa. Editos partus exercẽt cursu, et fugã meditari docent: ad prærupta ducũt, saltumq; demonstrant. Iam mares soluti desiderio libidinis, auide petũt pabula. Vbi se præpingues sensere, latebras quærunt, fatẽtes incõmodum pondus: Et aliâs semp in fuga acqescunt, stantesq; respiciunt: cũ propè uentum est, rursus fugæ præsidia repetẽtes. Hoc fit intestini dolore, tam infirmi, ut ictu leui rũpatur intus. Fugiunt aũt latratu canũ audito aura semp secũda, ut ue

stigia

ſtigia cũ ipſis abeant. Mulcentur fiſtula paſtorali et cantu. Cum erexere aures, acerrimi auditus: cũ remiſere, ſurdi. Cæterũ aĩal ſimplex, et oĩum rerũ miraculo ſtupens: in tantũ, ut equo aut bucula accedente ꝓpius, hoĩem iuxtà uenantẽ nõ cernãt: aut ſi cernant, arcũ ipſum ſagittasq; mirentur. Maria tranãt gregatim nantes porrecto ordine, & capita imponentes præcedentiũ clunibus, uicibusq; ad terga redeuntes. Hoc maxĩe notatur à Cilicia Cyprũ traijciẽtibus. Nec uidẽt terras, ſed in odore earũ natãt. Cornua mares habẽt, ſoliq; aĩalium oĩbus annis ſtato ueris tpe amittũt: ideo ſub ipſa die q̃ maxĩe inuia petũt. Latent amiſſis uelut inermes, ſed & ipſi bono ſuo inuidentes. Dextrũ cornu negant inueniri, ceu medicamento aliquo præditum. Idq; mirabilius fatendum eſt, cũ & in uiuarijs mutent oĩbus annis, defodiq; ab ijs putãt. Accenſis aũt utriſlibet, odore ſerpentes fugantur, & comitiales morbi deprehenduntur. Indicia quoq; ætatis in illis gerunt, ſingulis annis adijciẽtibus ramos uſq; ad ſexennes: ab eo tempore ſilia reuiuiſcũt. Nec põt ætas diſcerni, ſed dentibus ſenecta declaratur. Aut enim paucos aut nullos habent, nec in cornibus imis ramos, alioqn ante frontem prominere ſolitos iunioribus. Non decidunt caſtratis cornua, nec naſcuntur. Erumpunt autem renaſcentibus tuberibus primo aridæ cutis ſimilia. Eadem teneris increſcunt ferulis arundineas in panniculas, molli

culas, molli plumata lanugine: q̃ diu carẽt ijs, noctibus procedunt ad pabula. Increſcentia ſolis uapore durãt, ad arborẽ ſubinde experientes: ubi placuerit robur, in apta ꝓdeunt. Capti iã ſunt, edera in cornibus uiridãte, ex attritu arborũ, (ut in aliquo ligno) teneris dũ expiuntur innata. Fiunt aliquãdo ex candido colore, qualẽ fuiſſe traditur Q. Sertorij cervã, quã eſſe fatidicã Hiſpaniæ gẽtibus pſuaſerat. Et ijs eſt cũ ſerpẽte pugna. Inueſtigant cauernas, nariũq; ſpiritu extrahũt renitẽtes. Ideo ſingulare abigendis ſerpẽtibus odor aduſto cornu ceruino. Contra morſus uero præcipuũ remediũ ex coagulo hinnuli in utero occiſi. Vita ceruis in cõfeſſo longa, poſt. C. annos aliq̃bus captis cũ torquibus aureis, quos Alexãder Magnus addiderat, adoptis iã cute in magna obeſitate. Febriũ morbos nõ ſentit hoc ãial, quin & medetur huic timori. Quaſdam nos principes fœminas ſcimus, oĩbus diebus matutinis carnem eã deguſtare ſolitas, & longo æuo caruiſſe febribus: quod ita demum exiſtimant ratum, ſi uulnere uno interierit.

De tragelapho, & chamæleonte, et reliq̃s colorem mutantibus. Caput .XXXIII.

EST eadẽ ſpecie, barba tantũ & armorũ uillo diſtans, quẽ tragelaphon uocãt, nõ alibi q̃ iuxta Phaſin amnẽ naſcens. Ceruos Africa propemodum ſola nõ gignit. At chamæleontem & ipſa, quanquam frequentiorem India. Figura & magnitudo

erat lacerti,nisi crura essent recta et excelsiora.Latera uẽtri iunguntur ut piscibus, et spina sili modo. Eminet rostrũ,ut in puo sit haud absilẽ suillo:cauda prælonga in tenuitatem desinẽs,& implicans se uiperinis orbibus:ungues adunci,motus tardior, ut testudini:corpus asperũ,ut crocodilo:oculi in recessu cauo,tenui discrimine prægrandes,& corpori concolores:nunq̃ eos operit:nec pupillæ motu,sed totius oculi uersatione circũaspicit.Ipse celsus hianti semp ore,solus aĩalium nec cibo nec potu alitur,nec alio q̃ aëris alimẽto:circa caprificos ferus,innoxius alioquin.Et coloris natura mirabilior.Mutat nanq; cũ subinde, & oculis & cauda,& toto corpore:redditq; semper quẽcunq; pxime attingit,præter rubrum candidumq;.Defuncto pallor est.Caro in capite & maxillis, & ad commissurã caudæ admodũ exigua,nec alibi toto corpore: sanguis in corde, & circa oculos tantũ:uiscera sine splene. Hybernis mẽsibus latet ut lacerta.

De tarando et lycaone et thoe. Ca.XXXIIII.

MVtat colores Scytharũ tarandus, nec aliud ex ijs quæ pilo uestiũtur,nisi in Indis lycaon,cui iubata traditur ceruix.Nam thoes (luporum id genus est) pcerius lõgitudine,breuitate crurum dissimile,uelox saltu,uenatu uiuens,innocuum homini, habitum non colorem mutat. Per hyemes hirti, æstate nudi. Tarando magnitudo quæ boui, caput ma

caput maius ceruino, nec absimile: cornua ramosa, ungula bifida, uillus magnitudine ursorum. Sed cum libuit sui coloris esse, asino similis est. Tergori tanta duritia, ut thoraces ex eo faciant. Colorē omniū arborum, fruticum, florū, locorūq; reddit, metuens in q̄bus latet: ideoq; raro capitur. Mirū esset habitum corpore tam multiplicē dari, mirabilius & uillo.

De hystrice. Caput .XXXV.

HYstrices generat India et Africa spina cōtectas, ac herinaceorū genere: sed hystrici longiores aculei: et cū intēdit cutē, missiles. Ora urgentium figit canum, et paulo longius iaculatur. Hybernis autem se mensibus condit: quæ natura multis, & ante omnia ursis.

De ursis et fœtibus eorum. Ca. .XXXVI.

EOrum coitus hyemis initio: nec uulgari quadrupedū more, sed ambobus cubātibus cōplexisq;. Deinde secessus in specus separatim, in quibus pariunt. XXX. die, ac plurimū quinos. Hi sunt candida informisq; caro, paulo muribus maior, sine oculis, sine pilo: ungues tantum p̄minent: hanc lambēdo paulatim figurant: Nec quicq̄ rarius hoīes q̄ parientem uidere ursam. Ideo mares quadragenis diebus latent, fœminæ quaternis mensibus. Specus si non habuere, ramorum fruticumq; congerie ædificant, impenetrabiles imbribus, molliq; fronde constratos. Primis diebus bis septenis tam graui somno premuntur,

*stiuntur, ut ne uulneribus quidem excitari queant. Tunc mirum in modũ ueterno pinguescunt. Illi sunt adipes medicaminibus apti, cõtraq; defluuiũ capilli tenaces: Ab ijs diebus residunt, ac priorũ pedũ suctu uiuunt. Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent; non alio incubitu q̃ oua uolucres. Mirũ dictu, credit Theophrastus per id tempus coctas quoq; ursorum carnes, si asseruẽtur increscere: cibi tunc nulla argumenta, nec nisi humoris minimũ in aluo inueniri: sanguinis exiguas circa corda tantũ guttas, reliquo corpori nihil inesse. Procedunt uere, sed mares præpingues: cuius rei causa nõ prompta est: quippe nec somno quidem saginatis præter quatuordecim dies, ut diximus. Exeuntes herbam quandam aron nomine laxandis intestinis, alioquin cõcretis deuorãt: circaq; surculos cũ dentiunt prædomãtes ora. Oculi eorũ hebetantur crebro: qua maxĩe causa fauos expetũt; ut cõuulneratũ ab apibus os leuet sanguine grauedinem illã. Inualidißimũ urso caput, quod leoni fortißimũ: ideo urgente ui, præcipitaturi se ex aliqua rupe, manibus eo operto iaciũtur: ac sæpe in harena colaphis inflictis exanimantur. Cerebro ueneficiũ esse Hispaniæ credũt, occisorumq; in spectaculis capita cremãt, testatæ, quoniã potũ in ursinam rabiẽ agat. Ingrediuntur & bipedes. Arborẽ auersi diripiũt: Tauros, ex ore cornibusq; eorũ pedibus oĩbus suspẽsi, pondere fatigãt. Nec alteri aĩalium in maleficia*

ſtultitia ſolertior. Annalibus notatum eſt M. Piſone, M. Meſſala coſſ. ad. XIIII. Kalen. Octo. Domitium Aenobarbum ædilem curulem urſos Numidicos. C. et totidē uenatores Aethiopas in circo dediſſe. Miror adiectum Numidicos fuiſſe, cum in Africa urſos non gigni conſtet.

De muribus Ponticis, & alpinis, & herinaceis. Caput .XXXVII.

Conduntur hyeme & Pontici mures, hi dūtaxat albi: quorū palatū in guſtu ſagaciſsimū, autores quonam modo intellexerint, miror. Condūtur & alpini, quibus magnitudo media eſt: ſed hi pabulo antè in ſpecus conuecto, cum quidam narrent alternos marem ac fœminam ſupra ſe complexo faſce herbæ ſupinos, cauda mordicus apprehenſa, inuicem detrahere ad ſpecū: ideoq; illo tempore detrito eſſe dorſo. Sunt his pares & in Aegypto. Similiter reſident in clunes, & binis pedibus gradiuntur, prioribusq; ut manibus utuntur. Præparant hyemi et herinacei cibos, ac uolutati ſupra iacentia poma, affixa ſpinis, unū non amplius tenentes ore, portant in cauas arbores. Iidem mutationem aquilonis in auſtrum, condentes ſe in cubile, præſagiunt. Vbi uero ſenſere uenantem, contracto ore pedibusq;, ac parte omni inferiore, qua raram & innocuam habent lanuginem, conuoluuntur in formam pilæ, ne quid cōprehendi poſſit præter aculeos. In deſperatione uero, urinā

ro,urinam ex se reddunt tabificam tergori suo spinisq; noxiam,propter hoc se capi gnari. Quamobrē exinanita prius urina uenari,ars est. Et tum præcipua dos tergoris, aliâs corrupta, fragilis,putribus spinis atq; deciduis, etiam si uiuat subtractus fugæ: ob id non nisi in nouissima spe maleficio illo perfunditur: quippe & ipsi odere insitū ueneficiū,ita parcentes sibi,terminūq; supremū opperiētes,ut fermè ante captiuitas occupet. Calidæ postea aquæ aspsu resoluitur pila: apprehensusq; pede altero è posterioribus, suspendio ac fame necatur: aliter non est occidere & tergori parcere. Ipsum aīal non uerentur pleriq; dicere uitæ hoīum superuacuū esse,si nō sint illi aculei,frustra uellerum mollities in pecude mortalibus data. Hac cute expoliuntur uestes. Magnum fraus & ibi lucrum monopolio inuenit,de nulla re crebrioribus senatusconsultis,nulloq; non principe adito querimonijs prouincialibus.

De leontophono,lynce,melibus,et sciuris.

Caput .XXXVIII.

VRinæ et è duobus alijs aīalibus ratio mira ē. Leontophonon accipimus uocari paruū, nec aliubi nascens q̃ ubi leo gignitur: quo gustato, tanta illa uis est,ut cæteris quadrupedum imperitans ilico expiret. Ergo corpus eius adustū aspergunt alijs carnibus polentæ modo, insidiantes feræ, necantq; etiā cinere. Tam contraria est pestis. Haud īmerito

igitur odit

igitur odit leo, uisumq; frangit, et citra morsum exanimat. Ille contrà urinã spargit prudẽs, hãc quoq; leoni exitialem. Lyncũ humor ita redditus ubi gignũtur, glaciatur, arescit ue in gemmas carbũculis similes, & igneo colore fulgentes, lyncurium uocatas, atq; ob id succino à plerisq; ita generari ꝓdito. Nouere hoc sciuntq; lynces, & inuidentes urinã terra operiũt, eoq; celerius solidatur illa. Alia solertia in metu melibus, sufflata cute distentæ ictus hoĩm & morsus canũ arcent. Præuidẽt tempestatẽ & sciuri: obturatisq; qua spiraturus est uentus cauernis, ex alia parte aperiunt fores: de cætero ipsis uillosior cauda pro tegumento est. Ergo in hyemes alijs pro uisum pabulum, alijs pro cibo somnus.

De uipera, cochleis, et lacertis. Ca. XXXIX.

SErpentium uipera sola terra dicitur condi, cæteræ arborũ aut saxorũ cauis. Et alias uel annua fame edurant, algore modo dempto. Omnia secessus tẽpore ueneno orba dormiũt. Simili modo & cochleæ. Illæ quidẽ iterũ & æstatibus, adhærentes maxĩe saxis: ut etiã iniuria resupinatæ auulsæq;, nõ tamen exeant. In Balearibus uero insulis cauaticæ appellatæ, non prorepunt è cauis terræ, neque herba uiuunt, sed uuæ modo inter se cohærent. Est & aliud genus minus uulgare: Adhærẽt opculo eiusdẽ testæ se opientes, obrutæ terra semper. Hæ & circa maritĩas tantum alpes quondã effossæ, cœpere iam

erui & in

ervi et ĩ Veliterno. Oĩm tamẽ laudatissimæ in Astypalea insula. Lacertæ inimicissimũ genus cochleis. Negantur semestrẽ uitã excedere. Lacerti Arabiæ cubitales. In India uero ĩ Nysa mõte. XXIIII. in lõgitudine pedũ, colore fului aut punicei, aut cerulei.

De canibus. Caput .XL.

EX his quoq; animalibus quæ nobiscũ degunt, multa sunt cognitu digna. Fidelissimi ante oĩa homini canes atq; equi. Et pugnasse aduersus latrones canem pro domino accepimus, confectumq; plagis à corpore non recessisse, uolucres & feras abigentem. Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percussorẽ domini, laniatu et latratu adactũ, ut cogeretur fateri scelus. Garamantum regẽ canes ducenti ab exilio reduxere, prælientes contra resistentes. Propter bella Colophonij, itemq; Castabalenses, cohortes canum habuere: eæ primæ dimicabant in acie nunq̃ detrectantes. Hæc erant fidißima auxilia, nec stipendiorum indiga. Canes defendere Cimbros ac cæsis dominis eorum plaustris impositis. Canis Iasone Lycio interfecto, cibũ capere noluit, inediaq; cõsumptus est. Is uero cui nomen Hyrcani reddidit Durides, accenso regis Lysimacho rogo, iniecit se flammæ: similiterq; Hieronis regis. Memorat & Pyrrhum Gelonis tyranni canem Philistus. Memoratur & Nicomedis Bithyniæ regis, uxore eius Consygne lacerata, ꝓpter lasciuiorẽ cũ marito io-

cum. Apud nos Volcatiũ nobilẽ, qui Cesceliũ ius ciuile docuit, asturcone è suburbano redeuntẽ, cũ aduesperauisset, canis à crassatore defendit: Itẽ Cæliũ senatorẽ ægrũ Placentiæ ab armatis oppressum: nec prius ille uulneratus est q̃ cane interempto. Sed sup oĩa in nostro æuo actis populi Ro. testatũ, Appio Iunio, et P. Silio coss. cum animaduerteretur ex causa Neronis Germanici filij, in T. Sabinũ & seruitia eius, unius ex his canẽ nec à carcere abigi potuisse, nec à corpore recessisse, abiecto ĩ gradibus gemonijs mœstos edentẽ ululatus, magna populi Ro. corona circũstante: ex qua cum quidã ei cibũ obiecißet, ad os defuncti tulisse. Innatauit idẽ in Tiberim cadauere abiecto sustentare conatus, effusa multitudine ad spectandam aĩalis fidẽ. Soli dominũ nouere: & ignotũ quoq; si repẽte ueniat, intelligunt. Soli noĩa sua, soli uocẽ domesticã agnoscunt. Itinera q̃uis longa meminere. Nec ulli præter hoĩem memoria maior. Impetus eorũ et sæuitia mitigatur ab hoĩe considente humi. Plurima alia in his quotidie uita inuenit. Sed in uenatu solertia et sagacitas præcipua est. Scrutatur uestigia atq; p̃sequitur comitantẽ, ad ferã inquisitorem loro retrahens, q̃uis aquam transiliens se occultasset, quã significans demõstratio est cauda primũ, deinde rostro. Ergo etiã senecta fessos cæcosq; ac debiles sinu ferunt, uentos & odorem captantes, prodentesq; rostro cubilia. E tigribus eos Indi uolũt con

cipi: &

cipi: & ob id in sylvis coitus tēpore alligant fœminas. Primo et secundo fœtu nimis feroces putant gigni, tertio demū educant. Hoc idē ē lupis Galli, quorum greges suum quisq; ductorē ē canibus et ducem habent. Illū in uenatu comitātur, illi parent. Nanq; inter se exercēt etiā magisteria. Certū est iuxta Nilum amnē currētes lābere, ne crocodilorū auiditati occasionē præbeāt. Indiā petēti Alexandro Magno, rex Albaniæ dono dederat inusitatæ magnitudinis unū: cuius specie delectatus iussit ursos, mox apros, et deinde damas emitti, contēptu immobili iacente. Eaq; segnitie tanti corporis offensus impator generosi spiritus, eum interimi iussit. Nūciauit hoc fama regi. Itaq; alterū mittēs addidit mandata, ne in paruis experiri uellet, sed in leone elephātóue: duos sibi fuisse, hoc interēpto, præterea nullū fore. Nec distulit Alexāder, leonemq; stratum protinus uidit. Postea elephantum iussit induci, haud alio magis spectaculo lætatus. Horrentibus quippe per totū corpus uillis, ingenti primum latratu intonuit: mox in ceruicem assultans, contraq; beluā exurgens, hinc et illinc artifici dimicatione, quà maxime opus esset infestans atq; euitans, donec assidua rotatum uertigine afflixit, ad casum eius tellure concussa. Canum generibus annui partus. Iusta ad pariendū annua ætas. Gerunt in utero sexagenis diebus. Gignūt cæcos: et quo largiore alūtur lacte, eo tardiorē uisum accipiunt:

De canibus inusitatæ magnitudinis meminit Q. Curtius lib. 9. de rebus Alexādri Magni.

non tamen unquam ultra uicesimumprimum diem, nec ante septimũ. Quidã tradunt, si unus gignatur, nono die cernere: si gemini, decimo. Idemq; in singulos adijci, totidemq; esse tarditatis ad lucem dies. Et ab ea quæ fœmina sit ex primipara genita, citius cerni. Optimus in fœtu, qui nouissime cernere incipit, aut quem primum fert in cubile fœta. Rabies canum syrio ardente homini pestifera, ut diximus, ita morsis letalis aquæ metus. Quapropter obuiã itur per. XXX. eos dies, gallinaceo maxime fimo mixto canum cibis: aut si præuenerit morbus, ueratro.

Ad canis rabidi morsum. Ca. .XLI.

AD morsum uero, unicum remedium oraculo quodam nuper repertum, radix syluestris ro-
Li .9. ca. 12. sæ quæ cynorhoda appellatur. Columella autor est, si quadragesimo die quàm sit natus, castretur morsu cauda, summusq; eius articulus auferatur, sequẽti neruo exempto, nec caudam crescere, nec canes rabidos fieri. Canem locutũ in prodigijs (quod equidem annotauerim) accepimus: & serpentẽ latrasse, cum pulsus est regno Tarquinius.

De natura equorum. Ca. .XLII.

EIdem Alexandro & equi magna raritas contigit: Bucephalon eum uocarũt, siue ab aspectu toruo, siue ab insigni taurini capitis armo impressi. Sexdecim talentis ferunt ex Philonici Pharsalij grege emptum, etiam tum puero capto eius decore.

De Bucephalo et urbe ab eius nomine ab Alex. Magno

Neminem

Neminẽ hic alium q̃ Alexandrũ regio inſtratus ornatu recepit in ſedem, alios paßim reijciens. Idem in prælijs memoratæ cuiuſdam ꝓhibetur opæ, Thebarũ oppugnatione uulneratus in aliũ trãſire Alexandrum non paſſus: multa præterea eiuſdem modi: propter quæ rex defuncto ei duxit exeqas. Vrbẽ tumulo circundedit noĩe eius. Nec Cæſaris dictatoris quenq̃ alium recepiſſe dorſo equus traditur, idemq; hoĩs ſimiles pedes priores habuiſſe: hac effigie locatus ante Veneris genitricis ædẽ. Fecit & diuus Auguſtus equo tumulũ, de quo Germanici Cæſaris carmen eſt. Agrigenti complurium equorũ tumuli pyramides habent. Equum adamatum à Semiramide uſq; ad coitum, Iuba autor eſt. Scythæ quidẽ equitatus & equorũ gloria ſtrepunt. Occiſo deniq; ipſorũ regulo ex ꝓuocatione, dimicantẽ hoſtẽ cum uictor ad ſpoliandum ueniſſet, ab equo eius ictibus morſuq; confectum. Alium detracto oculorum operimento, et cognito cum matre coitu, petijſſe prærupta, atq; exanimatũ. Equam eadẽ ex cauſa in Reatino agro, laceratũq; pariter aurigã inuenimus. Nanq; et cognationũ intellectus in ijs eſt: itaq; in grege prioris anni ſorore libẽtius etiam q̃ matre equa comitatur. Docilitas tãta eſt, ut uniuerſus Sybaritani exercitus eqtatus, ad ſymphoniæ cantũ ſaltatione quadã moueri ſolitus inueniatur. Iidẽ præſagiũt pugnã, & amiſſos lugẽt dominos, lachrymasq; interdum deſiderio

cõdita, meminit et Q. Cur. lib. 9. et Strabo li. 15. et Iuſtinus Trogi Põpeij abbreuiator lib. 12.

fundunt. Interfecto Nicomede rege, equus eius inedia uitam finiuit. Philarchus refert Centaretũ è Galatis, in prælio occiso Antiocho, potitũ equo eius cõscendisse ouantẽ. At illum indignatione accensum domitis frenis, ne regi posset, præcipitẽ in abrupta isse, exanimatumq; unà. Philistus à Dionysio relictum in cœno hærẽtem, ut sese euellisset, secutum uestigia domini, examine apum iubæ inhærente, eoq; ostento tyrannidẽ à Dionysio occupatam. Ingenia eorũ inenarrabilia: iaculantes obsequio expiuntur, difficiles conatus corpore ipso nixuq; imitantiũ. Iam tela humi collecta eqti porrigunt. Nam in circo ad currus iuncti, non dubie intellectum adhortationis & gloriæ fatentur. Cl. Cæsaris secularium ludorum circensibus excusso in carceribus auriga, albati equi palmã occupauere, primatũ obtinuere, opposita effundentes oĩa, quæ contra æmulos debuissent peritissimo auriga insistente facientes. Cum puderet hoĩm artes ab eqs uinci, pacto legitimo cursu ad metam stetere. Maius auguriũ circa priscos, plebeis circensibus excusso auriga, ita ut si staret in Capitoliũ cucurrisse equos, sedemq; ter lustrasse: maximum uero, eodem peruenisse ab Veijs cum palma & corona, effuso Ratumena, qui ibi uicerat: unde postea nomen portæ est. Sarmatæ longinqua itinera acturi, inedia pridie præparãt eos, exiguũ tantum potum impartiẽtes, atq; ita per centena milia et quinquaginta cõtinuo cursu eũtibus insident.

*insident. Viuunt annis quidē quinquagenis: fœminæ minore spatio: eædem quinquennio finē crescendi capiunt, mares anno addito. Forma equorū, quales maxime legi oporteat, pulcherrime quidē Virgilio uate absoluta est. Sed & nos diximus in libro de iaculatione equestri cōdito, & ferè inter oēs constare uideo. Diuersa aūt circo ratio quæritur. Itaq; cū bimi in alio subiugētur impio, non ante qnquennes ibi certamē accipiunt. Partū in eo genere undenis mēsibus ferūt, duodecimo gignunt. Coitus uerno æqnoctio bimo utrinq; uulgaris, sed à trimatu firmior partus. Generat mas ad annos trigintatres, utpote cum à circo post uicesimum annum mittantur ad sobolē reparandā. Et ad quadraginta durasse tradunt, adiutum modo in attollenda priore parte corporis. Sed ad generandū paucis animalium minor fertilitas, qua de causa per interualla admissuræ dantur, nec tamē qndecim initus eiusdem anni ualet tolerare. Equarū libido extinguitur iuba tonsa. Gignunt annis oībus ad quadragesimum. Vixisse equum septuagintaquinq; annis pditur. In hoc genere grauida stās parit, præterq; cæteras fœtū diligit. Et sanè equis amoris innasci ueneficiū, hippomanes appellatum, in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro: quod statim edito partu deuorat fœta, aut partum ad ubera non admittit, si quis præreptum habeat. Olfactu in rabiem id genus agitur. Amissa parēte in grege armēti,*

 reli-

Hoc idē et Aristo. dicit li. 9. de nat. aīali. Equæ, inqt, so cietate cōiunctæ, si altera forte pierit, al tera pullū parēte orbatum enutrit.

reliquæ fœtæ educant orbū. Terrā attingere ore triduo ꝓximo quàm sit genitus, negant posse. Quoq; acrior, in bibendo profundiùs nares mergit. Scythæ ꝑ bella fœminis uti malunt, quoniā urinā cursu non impedito reddāt. Constat in Lusitania circa Vlyßipponē oppidū et Tagū amnē, equas fauonio flante obuersas aīalem concipe spiritū, idq; partū fieri, et gigni ꝑnicißimum ita, sed trienniū uitæ nō excedere. In eadē Hispania Galleca gens, et Astura, equini generis, quos thieldones uocamus, minori forma appellatos asturcones gignunt: quibus nō uulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: unde equis tolutim carpere incursus traditur arte. Equo ferè qui homini morbi, præterquā uesicæ conuersio, sicut omnibus in genere ueterino.

De asinis Caput .XLIII.

Budæus quadringētis milibus legendum contendit, magna certe ratione.

Asinum. CCCC. nummis emptū Q. Asio senatori, autor est M. Varro, haud scio an omnium pretio animalium uicto. Opera sine dubio geruli mirifica, arando quoq; , sed mularū maxime progeneratione. Patria etiam spectatur in his, Arcadibus in Achaia, in Italia Reatinis. Ipsum animal frigoris maxime impatiens, ideo non generatur in Pōto: nec æquinoctio uerno (ut cætera pauca) admittitur, sed solstitio. Mares in remißione operis deteriores. Partus à. XXX. mense ocyßimus, sed à trimatu legitimus: totidē quot equæ, et eisdē mensibus, et simili mo

do. Sed

*do. Sed incontinens uterus urinã genitalem reddit, ni cogatur ĩ cursum uerberibus à coitu.* Raro *geminos parit: paritura lucẽ fugit, & tenebras quærit, ne cõspiciatur ab hoĩe.* Gignit *tota uita, quæ est ei ad trigesimũ annũ.* Partus *charitas summa, sed aquarum tædiũ magis.* Per *ignes ad foetus tendunt.* Eæ *item, si riuus minimus intersit, horrẽt ita, ut pedes oĩno caueant tingere.* Nec *nisi assuetos potant fontes, q sunt in pecuarijs, atq; ita ut sicco tramite ad potum eãt, nec põtes transeant, per raritatẽ plantarũ translucentibus fluuijs.* Mirumq; *dictu, sitiũt: et si immutentur aquæ, ut bibãt, cogẽdæ exonerãdæ'ue sunt.* Nec *nisi spatiosa incubãt laxitate.* Varia *nanque somnio uisa concipiunt, ictu pedum crebro: qui nisi per inane emicuerit, repulsu durioris materiæ clauditatem ilico aufert.* Quæstus *ex ijs opima prædia exupat.* Notũ *est, ĩ* Celtiberia *singulas quadragenis milibus nummorum emi. Ad mularum maxime partus, aurium referre in his & palpebrarum pilos aiunt.* Quamuis *enim unicolor toto reliquo corpore, totidem tamen colores quot ibi fuere, reddit.* Pullos *earum epulari* Mœcenas *instituit, multũ eo tempore prælatos onagris.* Post *eũ interijt autoritas saporis. Sed asino moriente uiso, celerrime id genus defecit.*

De mulis. Caput .XLIIII.

EX *asino & equa mulus gignitur mense.* XII. *aĩal uiribus in labore eximiũ.* Ad *tales partus*

*equas ne-*

equas neq; quadrimis minores, neq; decennibus maiores legunt: arceriq; utrunq; genus ab altero narrant, nisi in infantia eius generis quod ineant lacte hausto: quapropter subreptis statim pullis, in tenebris equarum uberi, asinarũ ne equuleos admouẽt. Gignitur aũt mula ex equo & asina, sed effrenis & tarditatis indomitæ. Lenta oĩa esse uetulis. Conceptum ex equo, secutus asini coitus, abortu pimit: non itẽ ex asino equi. Fœminas à partu optime. VII. die impleri obseruatũ est, mares fatigatos melius implere. Quæ non prius q̃ dentes, quos pullinos appellãt, iaciat cõceperit, sterilis intelligitur: & quæ non primo initu generare cœperit. Equo & asino genitos mares, hinulos antiqui uocabãt: cõtraq; mulos, quos asini et equæ generarẽt. Obseruatũ, è duobus diuersis generibus nata, tertij generis fieri, & neutri parentũ esse similia: eaq; ipsa quæ ita nata sunt, non gignere, in omni aĩaliũ genere: idcirco mulas nõ parere. Est in annalibus nostris peperisse sæpe, uerũ pdigij loco habitũ. Theophrastus uulgo parere in Cappadocia tradit: sed esse id animal ibi sui generis. Mulæ calcitratus inhibetur uini crebriore potu. In plurium Græcorũ est monumentis, cũ equa muli coitu natũ, quẽ uocauerunt hinũ, id est paruũ mulũ. Generantur ex equa & onagris mansuefactis mulæ ueloces in cursu, duritia eximia pedũ, uerũ rugoso corpore, indomito aĩo, sed generoso. Onagro & asina

Columella li. 6. ca. 37. Qui ex equo, inqt, et asina nascũtur, quis à patre nomen traxerint, q. hinnuli uocãtur, matri per oĩa similes sunt.

genitus

genitus omnes antecellit. Onagri in Phrygia et Lycaonia præcipui. Pullis eorũ ceu præstantibus sapore, Africa gloriatur, quos lalisiones appellãt. Mulũ LXXX. annis uixisse, Atheniẽsiũ monumẽtis apparet. Eo gauisi cũ templũ in arce facerent, qđ derelictus senecta, cadentia iumẽta comitatu nisuq; exhortaretur, decretũ fecere quo caueretur, ne frumentarij negociatores ab incerniculis eum arcerent.

De bubus. Caput .XLV.

Bubus Indicis camelorũ altitudo traditur, cornua in latitudinẽ quatuor pedũ. In nostro orbe Epiroticis laus magna, à Pyrrhi (ut ferunt) iã inde regis curà. Id consecutus est, non ante quadrimatum ad partus uocando. Prægrandes itaq; fuere, hodieq; reliquiæ stirpium durant. At nunc anniculæ ad fœcunditatem poscuntur, tolerantius tamen bimæ. Tauri generationem quadrimi implent, & singulis denæ eodẽ anno traduntur. Si autem post coitum ad dextram partem abeant tauri, generatos mares esse, si in læuam fœminas. Conceptio uno initu peragitur: quod si forte pererrauit, XX. post die marẽ fœmina repetit. Pariunt mense .X, quicquid antè genitum inutile est. Sunt autores, ipsa cõplente .X. mensem duos parere, nunc raro geminos. Coitus à delphini exortu ad pridie nonas Ianuarij diebus .XXX, aliquibus et autumno: gentibus quidem quæ lacte uiuunt ita fœtus dispensantibus, ut omni tempore anni superfit

anni superſit id alimentũ. Tauri non ſæpius q bis die ineunt. Boues animalium ſoli, & retro ambulantes paſcuntur, apud Garamantas quidem haud aliter. Vita fœminis. XV. annis lõgiſſima, maribus. XX. Robur in quimatu. Lauatione calidæ aquæ traduntur pingueſcere, & ſi quis inciſa cute ſpiritum in uiſcera harundine adigat. Non degeneres exiſtimari etiam minus laudato aſpectu. Plurimum lactis alpinis, qbus minimũ corporis, plurimũ laboris, capite non ceruice iunctis. Syriacis non ſunt palearia, ſed gibber in dorſo. Carici quoq; in pte Aſiæ fœdi uiſu, tubere ſup armos à ceruicibus eminẽte, laxatis cornibus, excellẽtes in ope narrantur: cæteri nigri coloris cãdidiue, ad laborẽ damnãtur. Tauris minora q̃ bubus cornua, tenuioraq;. Domitura boum in trimatu, poſtea ſera, antè præmatura. Optime cum domito iuuẽcus imbuitur. Socium enim laboris agriq; culturæ habemus. Hoc animal tantæ apud priores curæ, ut ſit inter exẽpla damnatus à populo Ro. die dicta qui concubino procaci rure omaſum ediſſe ſe negante, occiderit bouem, actusq; in exiliũ tãquam colono ſuo interempto. Tauris in aſpectu generoſitas, torua frõte, auribus ſetoſis, cornibus in pcinctu dimicationem poſcentibus. Sed tota cõminatio prioribus in pedibus ſtat, ira gliſcente alternos replicãs, ſpargensq; in altum harenam, & ſolus animaliũ eo ſtimulo ardeſcens. Vidimus de imperio dimicantes, & ideo

Ariſt. pol. lib. 1. mox ab ipſo pricipio, bouẽ ſcribit paupibus pro ſeruo eſſe: adducens præterea ex Heſio. ĩ opere, cu'us ĩſcriptio eſt, Opa et dies, hũc uerſum

& ideo demonstratos rotari cornibus cadentes ex-
cipi, iterumq; resurgere, modo iacentes ex humo tol
li, bigarumq; etiam cursu citato uelut aurigas insi-
stere. Thessalorũ gentis inuentũ est, equo iuxta qua-
drupedãte cornu intorta ceruice tauros necare: pri
mus id spectaculũ dedit Romæ Cæsar dictator. Hinc
uictimæ opimæ & lautissima deorũ placatio. Huic
tantũ aĩali oĩm q̃bus ꝓcerior cauda, non statim na-
to cõsummatæ (ut cæteris) mẽsuræ crescit uni, donec
ad uestigia ima ꝑueniat. Quamobrẽ uictimarũ ꝓ-
batio in uitulo, ut articulũ suffraginis cõtingat, bre
uiore non litant. Hoc quoq; notatum, uitulos ad aras
humeris hoĩs allatos non ferè litare, sicut nec clau-
dicantẽ, nec aliẽa hostia deos placari, nec trahẽte se
ab aris. Est frequẽs in prodigijs priscorũ, bouẽ locu
tum: Quo nunciato, senatũ sub diuo haberi solitum.

De Api boue. Caput XLVI.

Bos in Aegypto etiã numinis uice colitur, Apim
uocant. Insigne ei, in dextro latere candicans
macula, cornibus lunæ crescere incipientis. Nodus
sub lingua, quem cantharum appellant. Non est fas
eum certos uitæ excedere annos, mersumq; in sacer
dotum fonte enecãt, quæsituri luctu alium quẽ sub-
stituãt, donec inueniant mœrent, derasis etiam capi
tibus: nec tamen usquam diu quæritur. Inuentus de-
ducitur à sacerdotibus Memphim. Sunt delubra ei
gemina, quæ uocant Thalamos, auguria populorũ.

Alterum

οἶκον μὲν πρώτιστα γυναῖκά τε βοῦν τ' ἀροτῆρα

Alterũ intrasse lætũ est, in altero dira portẽdit. Responsa priuatis dat, è manu cõsulentiũ cibũ capiẽdo. Germanici Cæsaris manũ auersatus est, haud multo post extincti. Cætero secretus cũ se prũpit in cœtus, incedit summoto strepitu lictorũ, grexq; puerorum comitatur carmẽ honori eius canentiũ: intelligere uidetur, & adorari uelle. Hi greges repẽte lymphati futura præcinũt. Fœmĩa bos semel ei anno ostẽditur suis & ipsa insignibus, quanq̃ alijs, sempq; eodẽ die et inueniri eã extinguiq; tradunt. Memphi est locus in Nilo, quẽ à figura uocant Phialã: omnibus annis ibi auream pateram argẽteamq; mergentes, diebus quos habent natales Apis (septem hi sunt) mirumq;, neminẽ per eos à crocodilis attingi. Octauo post horam diei. VI. redire beluæ feritatem.

De natura pecorum et lanarũ. Ca. .XLVII.

MAgna & pecori gratia, uel in placamẽtis deorũ, uel in usu uellerũ. Vt boues sumptũ hoiũm excolunt, ita corporũ tutela pecori debetur. Generatio bimis utrinq; ad nouenos annos, quibusdam et ad. X. Primiparis minores fœtus. Coitus oĩbus ad Arcturi occasum, qđ est à tertio Idus Maias ad aquilæ occasum, id est. XIII. Kalen. Augusti. Gerunt partũ diebus. CL. postea cõcepti inualidi. Cordos uocabant antiqui post id tẽpus natos. Multi hybernos agnos præferunt uernis, quoniã magis intersit ante solstitiũ q̃ ante brumam firmos esse, solumq;

hoc animal

*hoc animal utiliter bruma nasci. Arieti naturale agnas fastidire, senectã ouiũ cõsectari, et ipse senecta melior, illis quoq; utilior. Ferocia eius cohibetur, cornu iuxta aurẽ terebrato. Dextro teste præligato fœminas generat, læuo mares. Tonitrus solitarijs ouibus abortus inferunt. Remedium est congregare eas ut cœtu iuuentur. Aquilonis flatu mares concipi dicunt, austri fœminas: atq; in eo genere arietũ maxime spectantur ora: quia cuius coloris sub lingua habuere uenas, eius & lanitiũ est in fœtu, uariumq; si plures fuere: et mutatio aquarum potusq; uariat. Odium summa genera duo, tectum et colonicũ: illud mollius, hoc in pascuo elegãtius, quippe cũ tectũ rubis uescatur. Operimenta eis ex Arabicis præcipua. Lana autẽ laudatißima Appula, et quæ in Italia Græci pecoris appellatur, alibi Italica. Tertium locũ Milesiæ oues obtinẽt. Appulæ breues uillo, nec nisi penulis celebres. Circa Tarentum Canusiumq; summã nobilitatẽ habent. In Asia uero eodẽ genere Laodiceæ. Alba circũpadanis nulla præfertur, nec libra centenos nũmos ad hoc æui excessit ulla. Oues non ubiq; tondentur. Durat quibusdam in locis mos uellendi. Colorũ plura genera: quippe cũ desint etiã noĩa eis, quas natiuas appellant, aliquot modis.*

*De generibus lanarũ et uestiũ.* Ca. XLVIII.

H*ispania nigri uelleris præcipuas habet:* Po*lẽtia iuxta alpes,* Canusia *rutili, quas* Erythras uo-

thras uocãt:itẽ Bætica ut Canusiũ:Furuas Tarentũ ac pulligĩs suæ:& succidis oĩbus usus medicatus. Istriæ Liburniæq; pilo propior q̃ lanæ,pexis aliena uestibus, & quã sola ars scutulato textu commẽdat in Lusitania. Similis circa Picenas ꝓuinciæ Narbonensis: similis & in Aegypto, ex qua uestis detrita usu tingitur, rursusq; æuo durat. Est & hirtæ filo craßo in tapetis antiquißima gratia. Iam certe priscos ijs usos,Homerus autor est. Aliter hæc Galli tingunt,aliter Parthorum gentes. Lanæ & per se coactæ uestem faciunt:et si addatur acetum, etiam ferro resistunt,imò uero etiã ignibus,nouißimo sui purgamẽto:quippe ahenis coquentiũ extractæ, indumẽtis usu ueniũt,Galliarum(ut arbitror) inuentũ. Certe Gallicis hodie nominibus discernũtur,nec facile dixerim qua id ætate cœperit. Antiquis enim torus é stramẽto erat,qualiter nunc etiã in castris gausape. Patris mei memoria cœpere amphimalla nostra, sicut uillosa & etiã uentralia. Nam tunica lati claui in modũ gausape texi nũc primũ incepit. Lanarũ nigræ nullũ colorẽ bibũt. De reliquarũ infectu suis locis dicemus,in cõchylijs marinis,aut herbarũ natura. Lanã cũ colo & fuso Tanaquilis, quæ eadem Caia Cæcilia uocata est,ĩ templo M. Anci durasse, ꝓdente se,autor est M. Varro: factamq; ab ea togã regiã undulatã in æde Fortunæ, qua Ser. Tullus fuerat usus. Inde factũ,ut nubẽtes uirgines comitaretur colus com

Odyssεas li.4 καὶ ῥήγεα καλὰ πορφύρε᾽ ἐμβαλέειν, στορέσαι τ᾽ ἐφύπερθε τάπητας.

Infrà li.21. cap.29.

*colus compta et fusus cum stamine. Ea prima texuit rectā tunicā, qua simul cū toga pura tyrones induū tur nouæq; nuptæ. Vndulata uestis prīo lautissimis fuit, inde soriculata defluxit. Togas rasas Phrygianasq;, diui Augusti nouißimis temporibus cœpiße, scribit Fenestella. Crebræ papaueratæ antiquiorē habēt originē, iā sub Lucilio poeta in Torquato notatæ. Prætextæ apud Hetruscos originem inuenere. •Trabeis usos accipio reges. Pictas uestes iā apud Homerū fuisse, unde triūphales natæ. Acu facere Idæi Phryges inuenerunt, ideoq; Phrygiones appellati sunt. Aurū intexere in eadē Asia īuenit Attalus rex, unde nomē Attalicis. Colores diuersos picturæ intexere Babylon maxīe celebrauit, & nomē imposuit. Plurimis uero licijs texere, q̄ polymita appellant, Alexādria instituit: scutulis diuidere, Gallia. Metellus Scipio triclinaria Babylonica sestertiū octīgētis milibus uenisse, iā tūc posuit ī Capitōis criminibus, quæ Neroni principi quadringētis milibus sestertiū nup stetere. Ser. Tulli prætextæ, q̄bus signū fortunæ ab eo dicatæ coopertū erat, durauere ad Seiani exitū. Mirūq; fuit nec defluxisse eas, nec teredinum iniurias sensisse annis. DLX. Vidimus iam & uiuentium uellera, purpura, cocco, conchylio, sesquilibris infecta, uelut illa sic nasci cogente luxuria. In ipsa oue satis generositatis ostēditur breuitate crurū, uentris uestitu: q̄bus nudus esset, apicas uocabant, da-*

*Ilia. 2. ubi Laodicen unā ex filiabus Priami forma pulcherrimā his īducit uerbis:* ἡ δὲ μέγαν ἱστὸν ὕφαινε δίπλακα μαρμαρέην πολέας δ' ἐνέπασεν ἀέθλους τρώων θ' ἱπποδάμων καὶ ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων.

cabāt, damnabantq;. Syriæ cubitales ouium caudæ, plurimumq; in ea parte lanicij. Castrari agnos nisi quinquemestres, præmaturum existimant.

De musimone. Caput .XLIX.

EST & in Hispania & maxime Corsica, nō maxime absimile pecori, genus musimonū, capri no uillo quàm pecoris uelleri propius. Quorū è genere & ouibus natos prisci umbros uocauerunt. Infirmissimum pecori caput: quamobrem auersum à sole, pasci cogendum. Quàm stultissima animalium lanata. Qui timuere ingredi, unum cornu rapto sequuntur. Vita longissima annis. X, in Aethiopia. XIII. Capris eodē loco. XI, in reliquo orbe plurimum octo. Vtrunq; genus intra quartum coitū impletur.

De capris, & generatione earū Ca. .L.

CApræ pariunt & quaternos, sed raro admodum. Ferunt quinq; mensibus ut oues. Capræ pinguedine sterilescunt. Trimæ minus utiliter generānt, & in senecta, nec ultra quadrienniū. Incipiunt VII. mense & adhuc lactantes. Mutilum in utroq; sexu utilius. Primus in die coitus non implet, sequens efficacior, ac deinde cōcipiunt Nouembri mense, ut Martio pariant, turgescentibus uirgultis. Aliquādo anniculæ, semp bimæ ī trimatu inutiles. Pariūt octo nis annis. Abortus frigori obnoxius. Oculos capra suffusos iunci puncto sanguine exonerat, caper rubi. Solertiā eius animalis Mutianus uisam sibi prodidit

in ponte

in ponte prætenui, duabus obuijs è diuerso, cum circumactũ angustiæ non caperent, nec reciprocationẽ longitudo in exilitate cæca, torrẽte rapido minaciter subterfluẽte, alterã decubuisse, atq; ita alteram proculcatæ supgreßam. Mares q̃maxime simos, longis auriculis, infractisq; armis q̃uillosissimos ꝓbãt. Fœiarum generositatis insigne, laciniæ corporibus & ceruice binæ dependentes. Non oĩbus cornua, sed quibus sunt, in his & indicia annorũ per incremẽta nodorũ. Mutilis lactis maior hubertas. Auribus eas spirare non naribus, nec unq̃ febri carere Archelaus autor est: ideoq; fortassis, ꝙ anima his q̃ ouibus ardentior, calidioresq; cõcubitus. Tradũt & noctu nõ minus cernere q̃ interdiu: et ideo caprinũ iecur si uescatur, restituit uesptinam aciẽ his quos nyctalopas uocant. In Cilicia circaq; Syrtes uillo tonsili uestiuntur. Capras in occasum decliui sole, in pascuis negãt contueri inter sese, sed auersas iacere: reliquis autẽ horis inter se aduersas & cognatiores. Dependet oĩum mento uillus, quem aruncum uocant: hoc si quis apprehensam ex grege unam trahat, cæteræ stupentes spectant. Id etiã euenire, cum quãdam herbã aliqua ex eis momorderit. Morsus earũ arbori exitial'. Oliuam lambendo quoque sterilem faciunt, eaq; ex causa Mineruæ immolantur.

De suibus et natura earũ. Ca. .LI.

SVilli pecoris admissura à fauonio ad æquocti-

um uernum, ætatis. VIII. mense: quibusdam in locis etiam à .III. usq; ad. VII. annum. Partus bis i anno, tempus utero. III. mensium, numerus fœcunditatis ad uicenos, sed educare tam multos nequeunt. Diebus. X. circa brumam statim dentes nasci, Nigidius tradit. Implentur uno coitu, qui & geminatur propter facilitatem abortiendi: Remedium, ne prima subactione, neq; ante flaccidas aures coitus fiat. Mares non ultra trimatum generant. Fœminæ senectute fessæ cubantes coëunt. Comessæ fœtus bis non est ꝓdigium. Suis fœtus sacrificio die. V. purus est, pecoris die. VII, bubus. XXX. Coruncanius ruminales hostias, donec bidẽtes fierent, puras negauit. Suẽ oculo amisso putant cito extingui, alioquin uita ad XV. annos, quibusdam uicenos. Verum efferantur, & aliâs obnoxiũ genus morbis, anginæ maxime & strumæ. Index suis iualidæ, cruor in radice setæ dorso euulsæ, caput obliquũ i incessu. Penuriã lactis præpingues sentiũt, & primo fœtu minus sunt numerosæ. In luto uolutatio generi grata. Intorta cauda: id etiam notatum, facilius iacere in dexterum q̃ læuũ detortam. Pinguescũt. LX. diebus, sed magis tridui inedia ante saginationẽ orsa. Animalium hoc maxiẽ brutũ, aĩamq; ei ꝓ sale datã non illepide existimabatur. Cõpertũ agnita uoce suarij, furto abactos, merso nauigia inclinatiõe lateris unius remeasse. Quin & duces in urbe forũ nundinariũ domosq; petere

discunt

discunt,et feri sapiũt uestigia palude cõfundere,urina fugã leuare. Castrantur fœminæ sic quoq; uti cameli,post bidui inediã suspensæ pernis prioribus, uuluæ recisa:celerius ita pinguescũt. Et adhibetur ars iecori fœminarũ sicut anserũ,inuentũ M. Apicij,fico carica saginatis,à satietate necatis repẽte mulsi potu dato. Neque alio ex animali numerosior materia ganeæ:quinquaginta ꝓpe sapores,cũ cæteris singuli. Hinc censoriarũ legũ paginæ,interdictaq; cœnis abdomina,glandia,testiculi,uuluæ,syncipita uerrina, ut iam Publij mimorũ poëtæ cœna(postq̃ seruitutẽ exuerat)nulla memoretur sine abdomĩe,etiam uocabulo suminis ab eo ĩposito. Placuere aũt & feri uesicæ. Catonis cẽsoris orationes aprinũ exprobrãt callũ:in tres tamẽ ꝑtes diuiso apro,media ponebant lũbos aprugnos appellata. Solidũ aprũ Romanorũ primus in epulis apposuit P. Seruilius Rullus,pater eius Rulli,q Ciceronis in cõsulatu legẽ agrariam ꝓmulgauit. Tam ꝓpinqua origo nunc quotidianæ rei est. Et hoc annales notarũt,horũ scilicet ad emẽdationem morũ,quibus notata quidẽ esset cœna:sed in principio bini terniq; pariter mandebantur apri.

De uiuarijs bestiarum. Cap. .LII.

Viuaria eorum cæterorũq; syluestriũ, primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinus,qui in Tarquiniensi feras pascere instituit. Nec diu imitatores defuere L. Lucullus,& Q. Hortensius. Sues

feræ semel anno gignunt. Maribus in coitu plurima asperitas. Tunc inter se dimicant, indurantes attritu arborum costas, lutoq; se tergorãtes. Fœminæ in partu asperiores, et ferè similiter in omni genere bestiarum. Apris maribus non nisi anniculis generatio. In India cubitales dentium flexus, gemini ex rostro, totidem à fronte ceu uituli cornua exeunt. Pilus æreo similis agrestibus, cæteris niger. At in Arabia suillum genus non uiuit in ullo genere.

De semiferis aĩalibus. Ca. LIII.

Neque facilis mistura cum fero, qualiter natos antiqui hibridas sues uocabant semiferos, ad homines quoq;, ut in C. Antoniũ Ciceronis in consulatu collegã, appellatione translata. Non in suibus tantum, sed in omnibus quoq; aĩalium cuiuscunq; generis ullũ est placidũ, eiusdem inuenitur & ferũ, ut pote cum hoĩm etiam syluestriũ tot genera prædicta sint. Capræ tamẽ in plurimas sĩtitudines trãsfigurãtur. Sũt capreæ, sunt rupicapreæ, sunt ibices pnicitatis mirãdæ: quãq̃ onerato capite uastis cornibus gladiorũq; uaginis, in hæc se librant, ut tormẽto aliquo rotati, in petris potissimũ, è monte aliquo in aliũ trãsilire cupientes, atq; recursu pernici quò libuerit exultant. Sunt & oryges, soli à quibusdam dicti contrario pilo uestiti, & ad caput uerso. Sunt et damæ, & pigargi, et strepsicerotes, multaq; alia haud dissimilia. Sed illa alpes, hæc transmarini situs mittunt.

De si-

De simijs. Caput .LIIII.

SImiarũ quoq; genera hoĩs figuræ ꝓxima, caudis inter se distinguũtur. Mira solertia, uisco inungunt oculos, calceariq; imitatione uenantium traduntur. Mutianus & latrunculis lusisse fictis cera, nuces uisu distinguere. Cornelius luna caua tristes esse, quibus in eo genere cauda sit: noua exultationẽ adoriri. Nanque defectũ siderum & cæteræ pauent quadrupedes. Simiarum generi præcipua erga fœtum affectio. Gestãt catulos, quos mãsuefactæ intra domos peperere, omĩbus demõstrant, tractariq; gaudent, tractatu gratulationẽ intelligentes. Itaque magna ex parte complectendo necant. Efferatior cynocephalis natura, sicut mitissima satyris. Callitriches toto penè aspectu differunt: barba est in facie. cauda late diffusa priori parte. Hoc animal negatur uiuere in alio, nisi in Aethiopia, quo gignitur cælo.

De leporibus, & cuniculis. Ca. .LV.

LEporum plura sunt genera: in alpibus cãdidi, quibus hybernis mensibus pro cibatu niuem credunt esse: certe liquescente ea rutilescunt annis omnibus. Est & alioqui animal intolerandi rigoris alumnum. Leporum generis sunt & quos Hispania cuniculos appellat, fœcũditatis innumeræ: famemq; Balearibus insulis, populatis messibus afferẽtes. Fœtus uẽtre exectos uel uberibus ablatos nõ repurgatis interaneis, gratißimo in cibatu habent: laurices

 uocãt.

uocăt. Certū est Balearicos aduersus ꝓuentum eorū auxilium militare à diuo Augusto petisse. Magna ꝓpter uenatū eorū uiuerris gratia est. Iniiciunt eas in specus, qui sunt multifores in terris, unde & nomen aĩali, atq; ita eiectos superne capiunt. Archelaus autor est, quot sint corporis cauernæ ad excremēta lepori, totidē annos esse ætatis. Varius certe numerus repitur. Idē utrăq; uim singulis inesse, ac sine mare æque gignere. Benigna circa hoc natura, innocua et esculēta aĩalia fœcūda generauit. Lepus oĩm prædæ nascēs, solus præter dasypodē supfœtat, aliud educans, aliud in utero pilis uestitū, aliud implume, aliud inchoato gerēs partu. Necnō et uestes leporino pilo facere, tentatum est, tactu non perinde molli ut in cute, ꝓpter breuitatem pili labili.

De damis. Caput .LVI.

DAmæ mansuescūt raro, cū feræ iure dici non possint. Complura năq; sunt, nec placida, nec fera, sed mediæ inter utrunq; naturæ, ut in uolucribus hirundines, apes in campo, in mare delphini.

De muribus & gliribus. Cap. .LVII.

QVo in genere (multi & hos incolas domus posuere) mures, haud spernendū in ostentis etiā publicis animal. Arrosis Lauini clypeis argenteis, Marsicum portēdêre bellum: Carboni imperatori, apud Clusium fascijs, quibus in calciatu utebatur, exitium. Plura eorum genera in Cyrenaica regione, alij

ne, alij lata fronte, alij acuta, alij herinaceorũ gene re pungẽtibus pilis. Theophrastus autor est, in Gyaro insula cũ incolas fugaßent, ferrum quoq; rosiße. Constat id, qđ iacturã qdam et ad chalybas fecere in ferrarijs officinis: Aurarijs quoq; in metallis, ob hoc aluos eorũ excidi, sempq; id furtum deprehẽdi: tantã esse dulcedinẽ furãdi. Venisse murẽ .CC. nummis, Casilinũ obsidẽte Annibale: cũ q uendiderat fame interisse, emptorẽ uixisse annales tradũt. Cũ candidi ꝓuenere, lætũ faciunt ostentũ. Nam soricũ occentu dirimi auspicia, annales refertos habemus. Sorices & ipsos hyeme condi, autor est Nigidius, sicut glires: quos censoriæ legis principes Q. Scaurus, & M. in consulatu nõ alio modo cœnis ademere, q̃ conchylia, aut ex alio orbe cõuectas aues. Semiferũ & ipsum animal, cui uiuaria in dolijs idẽ qui apris instituit. Qua in re notatum, non cõgregari nisi populares eiusdem syluæ: & si misceantur alienigenæ, nisi amne uel monte discreti, interire dimicando. Genitores suos fessos senecta, alunt insigni pietate. Senium finitur hyberna quiete: cõditi enim & hi cubãt, rursus æstate iuuenescunt, simili & mustelis quiete.

Quæ ãialia qbus locis nõ sint. Ca. .LVIII.

SIc mirum, rerum naturã non solũ alia alijs dedisse terris ãialia, sed in eodẽ quoq; situ quædã aliquibus locis negasse. In Mœsia sylua Italiæ, nõ nisi in parte reperiuntur hi glires. In Lycia dorcades

*non transeunt mõtes Syris uicinos: onagri montẽ qui* Cappadociã à Lycia diuidit. In Hellesponto in alienos fines non commeãt cerui: & circa Arginussam Elatum montem non excedũt, auribus etiam in monte fissis. In Pordosolene insula uici uiam mustelæ nõ transeunt. In Bœotiæ Lebadia illatæ solum ipsum fugiunt, quæ iuxtà in Orchomeno tota subruunt arua talpæ, quarum è pellibus cubicularia uidimus stragula. Adeo ne religio quidem à portentis summouet delicias. In Ithaca lepores illati moriuntur extremis quidem in littoribus. In Ebusa cuniculi non sunt: scatent in Hispania Balearibusq́;. Cyrenis mutæ fuere ranæ, illatis è continente uocalibus, durat genus earum. Mutæ sunt etiam nunc in Seripho insula. Eædẽ aliò translatæ canunt: qd' accidere & in lacu Thessaliæ Sicendo tradunt. In Italia muribus araneis uenenatus est morsus: eosdem ulterior Apennina regio non habet. Iidem ubicunq; sint, orbitam si transiere moriũtur. In Olympo Macedoniæ monte non sunt lupi, nec in Creta insula. Ibi quidem non uulpes ursiue aut omnino ullum maleficum animal, præter phalangium: aranei id genus, de quo dicemus suo loco. Mirabilius, in eadem insula ceruos, præterquam in Cydoniatarum regione, non eße: item apros, & attagenas, herinaceos: in Africa autem nec apros, nec ceruos, nec capreas, nec ursos.

Quæ aduenis noceant. Caput .LIX.

Iam quæ-

IAm quædã aĩaliã innoxia indigenis,aduenas interimunt,ſicut ſerpentes. Parcunt in Myrinthe, quos terra naſci proditur. Itẽ in Syria angues,circa Euphratis maxime ripas, dormiẽtes Syros nõ attingũt:aut etiã ſi calcati momordere,nõ ſentiũt maleficia,alios cuiuſque gentis infeſti auide & cũ cruciatu exanimantes: quamobrem & Syri non necant eos. Contrà in Aletenio Cariæ monte Ariſtoteles tradit à ſcorpionibus hoſpites non lædi,indigenas interimi. Sed reliquorũ quoq; animaliũ,& præterea terreſtrium dicemus genera.

Apud Ariſto. tamẽ nõ ĩ Alcteio Cariæ mõte,qđ ſciã,ſed in Pharo legitur. li.8. cap. 28.et.29 .ubĩ idẽ oĩno argumentum ab eo tractatur. Verba autem eius ita habẽt: In Pharo aliisq; locis ſcorpiones non lædunt.

## C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .IX.

De aquatilium natura. Caput .I.



ANIMALIVM QVAE terreſtria appellauimus,hominum quadam conſortione degentia,indicata natura eſt. Ex reliquis minimas eſſe uolucres conuenit. Quã obrem prius æquorũ, amnium ſtagnorumq; dicentur.

Quæ in mari maxima aĩalia. Ca. .II.

SVnt autẽ compluria in iis,maiora etiam terreſtribus.

ſtribus. Cauſa euidēs, humoris luxuria. Alia ſors aliū, quibus uita pendentibus. In mari autē tam latè ſupino, molliq; ac fertili accremento accipiente cauſas genitales è ſublimi, ſemperq; pariēte natura, pleraq; etiam monſtrifica reperiūtur, perplexis & in ſemet aliter atq; aliter nunc flatu, nunc fluctu conuolutis ſeminibus atq; principijs: ut uera fiat uulgi opinio, quicquid naſcatur in parte naturæ ulla, et in mari eſſe, præterq; multa quæ nuſq̄ alibi. Rerū quidē non ſolum aīalium ſimulacra ineſſe, licet intelligere intuentibus uuā, gladiū, ſerras, cucumim, uero & colore & odore ſimilē: quo minus miremur equorū capita in tam paruis eminere cochleis.

De Indici maris beluis. Caput .III.

PLurima aūt et maxima in Indico mari animalia, è quibus balenæ quaternûm iugerum, priſtes ducenûm cubitorū: quippe ubi locuſtæ quaterna cubita impleant: anguillæ quoq; in Gange amne tricenos pedes. Sed in mari beluæ circa ſolſtitia maxime uiſuntur. Tūc illic ruunt turbines, tūc imbres, tunc deiectæ montiū iugis procellæ ab imo uertūt maria, pulſatasq; ex profundo beluas cum fluctibus uoluunt, et aliâs tanta thynnorū multitudine, ut Magni Alexandri claſſis haud alio modo, q̄ hoſtiū acie obuia, contrariū agmen aduerſa fronte direxerit: aliter ſparſis non erat euadere: qui non uoce, nō ſonitu, non ictu, ſed fragore terrētur, nec niſi ruina turban

tur.

tur. Cadara appellatur rubri maris peninsula ingens. Huius obiectu uastus efficitur sinus, XII. dierum & noctium remigio enauigatus Ptolemaeo regi, quando nullius aurae recipit afflatum. Huius loci quiete praecipua ad immobilem magnitudinem beluae adolescunt. Gedrosi qui Arbin amnem accolũt, Alexandri Magni classium praefecto prodidere, in domibus fores maxillis beluarum facere, ossibus tecta contignare, ex quibus multa quadragenûm cubitorum longitudinis reperta. Exeunt & pecori similes beluae ibi in terram, pastaéq; radices fruticum remeant: & quaedam equorum, asinorum, taurorum capitibus, quae depascuntur sata.

Quae in quoq; oceano maxima. Ca. .IIII.

MAximum animal in Indico mari pristes & balena est: in Gallico oceano physeter, ingẽtis colũnae mõ se attollẽs, altiorẽq; nauiũ uelis diluuiem quãdã eructãs. In Gaditano oceano arbor in tãtũ uastis dispansa ramis, ut ex ea causa fretum nunq̃ intrasse credatur. Apparent & rotae appellatae à similitudine, quaternis distinctae radijs, modiolos eorum oculis duobus utrinq; claudentibus.

De tritonum, & nereidum, & elephãtorum maritimorũ figuris. Caput .V.

TIberio principi nunciauit Olyßipponensiũ legatio ob id missa, uisum audituq; in quodam specu concha canentẽ tritonem, qua noscitur forma.

Et nereidum falsa opinio non est, squamis modo hispido corpore, etiam in quo humanam effigiẽ habent. Nanque hæc in eodem spectata littore est, cuius morientis etiam gannitum tristem accolæ audiuere longe. Et diuo Augusto legatus Galliæ complures in littore apparere exanimes nereidas scripsit. Autores habeo in equestri ordine splendentes, uisum ab his in Gaditano oceano marinum hominem, toto corpore absoluta similitudine, ascendere nauigia nocturnis temporibus, statimq; degrauari quas insederit partes, & si diutius pmaneat, etiã mergi. Tiberio principe contra Lugdunẽsis puinciæ littus insularũ, trecentas amplius beluas reciprocãs destituit oceanus, miræ uarietatis & magnitudinis: nec pauciores in Santonũ littore: interq; reliquas elephãtos & arietes, candore tantum cornibus aßimilatis, nereidas uero multas. Turãnius uero prodidit expulsam beluam in Gaditana littora, cuius inter pinnas duas ultimæ caudæ cubita. XVI. fuissent, dẽtes eiusdẽ. CXX, maximi dodrantiũ mensura, minimi semipedum. * Beluæ cui dicebatur exposita fuisse Andromeda, ossa Romæ apportata ex oppido Iudææ Ioppe, ostẽdit inter reliqua miracula ædilitate sua M. Scaurus, lõgitudine pedũ. XL, altitudine costarũ Indicos elephantos excedente, spinæ craßitudine sesquipedali.

* Andromedã beluæ expositam, quẽadmodũ hic narrat Plinius, et non negat Higin. sunt q fabulæ loco ducãt: inter quos Stra. cũ primis clarißimus sanè geographus libr. 16. ubi Ioppen ĩter Palæstinæ urbes cõnumerans, ita scribit: hoc in loco nonnulli Andromedam ceto expositã fabulis prodidere.

## De balenis & orcis. Ca. .VI.

Balenæ & in nostra maria penetrant. In Gaditano oceā

tano oceano non ante brumam conſpici eas tradunt, condi autem æſtatis temporibus in quodam ſinu placido & capaci, mire gaudentes ibi parere. Hoc ſcire orcas, infeſtam his beluam, & cuius imago nulla repræſentatione exprimi poßit alia, quàm carnis immenſæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergo in ſecreta, ac uitulos carũ & fœtas, uel etiamnum grauidas lacerant morſu, incurſuq; ceu Liburnicarum roſtris fodiunt. Illæ ad flexum immobiles, ad repugnãdum inertes, & pondere ſuo oneratæ, tunc quidẽ & utero graues, pariendiue pœnis inualidæ, ſolũ auxilium nouere in altum profugere, & ſe toto defendere oceano. Contrà, orcæ occurrere laborant, ſeſeq; opponere, & cautium anguſtijs trucidare, in uada urgere, ſaxis illidere. Spectantur ea prælia, ceu mari ipſo ſibi irato, nullis in ſinu uentis, fluctibus uero ad anhelitus ictusq; quãtos nulli turbines uoluãt. Orca & in portu Oſtienſi uiſa eſt, oppugnata à Claudio principe. Venerat tunc exædificãte eo portum, inuitata naufragijs tergorũ euectorũ è Gallia: ſatiãsq; ſe per cõplures dies, alueũ in uado ſulcauerat, accumulata fluctibus in tantum, ut circumagi nullo modo poſſet: & dũ ſaginã perſeqtur, in littus fluctibus ꝑpulſa, eminente dorſo multũ ſup aquas carinæ uice inuerſæ. Protendi iuſſit Cæſar plagas multiplices inter ora portus: profectusq; ipſe cum prætorianis cohortibus, populo Romano ſpectaculũ præbuit, lanceas conge-

as congerente milite è nauigijs aſsultantibus, quorũ unum mergi uidimus, reflatu beluæ oppletum unda. Ora balenæ habẽt in frontibus: ideoq; ſumma aqua annatantes, in ſublime nimbos efflant.

An ſpirent piſces, an dormiant. Ca. .VII.

SPirant autẽ confeſſione oĩm & pauciſſima animalia in mari, quæ internorũ uiſcerũ pulmonẽ habent, quoniam ſine eo nullũ aĩal putatur ſpirare: nec piſciũ branchias habentes, anhelitũ reddere, ac per uices recipe exiſtimant, quorum hæc opinio eſt: nec multa alia genera etiã branchijs carẽtia: in qua ſentẽtia fuiſſe Ariſtotelẽ uideo, et multis pſuaſiſſe doctrinæ indaginibus. Nec me ꝑtinus huic opinioni eorum accedere haud diſsimulo: quoniã et pulmonũ uice alijs poſſunt alia ſpirabilia ineſſe uiſcera, ita uolẽte natura, ſicut et ꝓ ſanguine multis alius humor. In aquas quidẽ penetrare hunc uitalẽ halitũ qs miretur, qui etiã reddi ab his eum cernat: et in terras, tanto quoq; ſpiſſiorẽ naturæ partẽ, penetrare, argumento aĩalium, quæ ſemp defoſſa uiuũt, ceu talpæ? Accedit apud me certæ efficaciæ, ut credã omnia in aquis ſpirare naturæ ſuæ ſorte, primũ ſæpe adnotata piſciũ æſtiuo calore quædã anhelatio, et alia tranquillo uelut oſcitatio: ipſorũ quoq; qui ſunt in aduerſa opinione, de ſomno piſciũ cõfeſſio. Quis enim ſine reſpiratione ſomno locus? Præterea bullantiũ aquarum ſufflatio, lunæq; effectu concharum quoque corpora

Quænã ex marinis ſpirẽt, docet Ariſto. de nat. aĩal. li. 6. ca. 12. ubi ea oĩa ſpirare dicit, quæ fiſtulã habẽt, et recipiũt aerẽ. Itẽ de part. anim. li. 3. c. 6. Spirãt, inqt, pedeſtria oĩa, & aquatiliũ nõnulla, ut balena, & delphinus, atq; etiã cete.

pora augeſcẽtia: ſuper oĩa eſſe auditũ & odoratum piſcibus non erit dubium, ex aëris utrũq; materia. Odorẽ quidẽ non aliud q̃ infectũ aëra intelligi poſſe. Quamobrẽ de his opinentur ut cuiq; libitũ erit. Branchiæ non ſunt balenis nec delphinis. Hæc duo genera fiſtulis ſpirant, quæ ad pulmonem pertinẽt. Balenis à fronte, delphinis à dorſo. Et uituli marini, quos uocant phocas, ſpirant & dormiunt in terra: Item teſtudines, de quibus mox plura.

De delphinis. Caput .VIII.

Velociſſimũ oĩum animaliũ non ſolũ marinorum delphinus, ſed ocyor uolucre, acrior telo: ac niſi multũ infra roſtrum os illi foret, medio penè in uentre, nullus piſciũ celeritatẽ eius euaderet. Sed affert moram ꝓuidentia naturæ, quia niſi reſupini atq; conuerſi non corripiunt, quæ cauſa præcipue uelocitatem eorum offendit. Nam cũ fame concitati, fugientẽ in uada ima perſecuti piſcem, diutius ſpiritum continuere, ut arcu emiſſi ad reſpirandum emicant: tantaq; ui exiliunt, ut plerunq; uela nauiũ tranſuolent uento euntiũ. Agunt uere coniugia, pariunt catulos .X. menſe, æſtiuo tẽpore. Interdũ et binos nutriũt huberibus ſicut balenæ: atq; etiã geſtãt fœtus in infantia infirmos. Quinetiã adultos diu comitantur, magna erga partũ charitate. Adoleſcunt celeriter, .X. annis putantur ad ſummã magnitudinem peruenire; uiuunt etiã tricenis, quod cognitum

præſciſſa cauda in expimentũ. Abdũtur tricenis diebus circa canis ortũ, occultãturq; incognito modo: Quod eo magis mirũ eſt, ſi ſpirare in aqua nequeũt. Solent in terrã erũpere incerta de cauſa. Et ſtatim tellure tacta moriũtur, multoq; ocyus fiſtula obturata. Lingua eſt his contra naturã aquatiliũ mobilis, breuis atq; lata, haud differens ſuillæ. Pro uoce gemitus humano ſimilis, dorſum repandũ, roſtrũ ſimum. Qua de cauſa nomen Simonis oẽs miro modo agnoſcunt, maliũtq; ita appellari. Delphinus nõ tantum hoĩs amicũ aĩal, uerũ et muſica arte mulcetur ſymphoniæ cãtu, et præcipue hydrauli ſono. Hoĩem non expaueſcit ut alienũ, obuiã nauigijs uenit, alludit exultans, certat etiam, & quãuis plena præterit uela. Diuo autẽ Auguſto principe Lucrinum lacum inuectus, paupis cuiuſdã puerũ, ex Baiano Puteolos in ludum literarũ itantem, cum meridiano immorãs appellatũ eũ Simonis noĩe, ſæpius fragmẽtis panis, quem ob id ferebat, allexiſſet, miro amore dilexit. Pigeret referre, ni res Mœcenatis & Flauiani & Flauij Alſij, multorũq; eſſet literis mãdata. Quocunq; diei tpe ĩclamatus à puero, q̃uis occultus atq; abditus, ex imo aduolabat, paſtusq; è manu præbebat aſcenſuro dorſum, pĩnæ aculeos uelut uagina cõdens, receptũq; Puteolos p magnum æquor in ludũ ferebat. Simili modo reuehens pluribus annis, donec morbo extincto puero, ſubinde ad conſuetum locum uentitans,

uentitans, tristis & mœrēti similis, ipse quoq; (quod nemo dubitaret) desiderio expirauit. Alius inter hos annos in Africo littore Hipponis Diarrhyti sili modo ex hoīm manibus uescens, ferensq; se tractandū, & alludēs natātibus, impositosq; portans, unguēto punctus à Flauiano procōsule Africæ, & sopitus (ut apparuit) odoris nouitate, fluctuatusq; similis exanimi, caruit hoīm conuersatione, ut iniuria fugatus, p aliquot menses, mox reuersus in codē miraculo fuit. Iniuriæ potestatum inhospitales ad uisendū uenientium, Hipponēses in necē eius cōpulerunt. Ante hæc silia de puero in Iasso urbe memorantur, cuius amore spectatus longo tpe, dum abeuntem in littus auide sequitur, in harenam inuectus expirauit. Puerum Alexander Magnus Babylone Neptuni sacerdotio præfecit, amorem illum numinis propicij fuisse interpretatus. In eadem urbe Iasso Egesidemus scribit & aliū puerum Hermiam noīe, similiter maria pequitantē, cum repētinæ procellæ fluctibus exanimatus esset, relatū: delphinumq; causam leti fatentem nō reuersum in maria, atq; in sicco expirasse. Hoc idē et Naupacti accidisse Theophrastus tradit. Nec modus exemplorū. Eadē Amphilochij et Tarentini de pueris delphinisq; narrāt: * Quæ faciūt ut credatur Arionē quoq; citharœdicæ artis īterficere nautis in mari parātibus, ad intercipiēdos eius quæstus, eblanditū, ut prius caneret cithara, cōgregatis cātu

* Primus oīm hanc de Arione citharœdo et delphino, ut ab eo exceptus sit, et ī littus platus, historiā seu fabulā potius, memoriæ ꝓdidisse uidetur Herodotus, 1. historiæ suæ lib. Vnde et ab A. Gellio repetitur li. 17. ca. 19. Expōitur et carmine ab Oppiāo de piscibus libro. 5.

*delphinis cũ ſe iecißet in mare, exceptũ ab uno Tænarũ in littus peruectũ. Eſt ꝓuinciæ Narbonenſis et in Nemauſienſi agro ſtagnũ Laterna appellatũ, ubi cum hoĩes delphini ſocietate piſcantur, innumera uis mugilũ ſtatuto tp̃e anguſtis faucibus ſtagni in mare erũpit, obſeruata æſtus reciprocatione. Qua de cau ſa prætendi non queunt retia, quæ molẽ põderis ullo mõ tolerẽt, etiãſi non ſolertia inſidietur tẽpori. Simili ratione in altũ ꝓtinus tendũt, qđ uicino gurgite effecere, locũq; ſolũ pandẽdis retibus habilẽ effugere feſtinant. Quod ubi animaduertêre piſcantes, cõcurrit aũt multitudo tẽporis gnara, et magis etiã uoluptatibus huius auida, totuſq; populus è littore quãto poteſt clamore conciet Simonem ad ſpectacu li euentum. Celeriter delphini exaudiunt deſideria, aquilonum flatu uocẽ proſequente, auſtro uero tardius ex aduerſo referente. Sed tunc quoq; improuiſo in auxiliũ aduolant. Propere apparet acies, quæ ꝓtinus diſponitur in loco, ubi cõiecta eſt pugna. Opponũt ſeſe ab alto, trepidoſq; in uada urgent. Tunc piſcatores circundant retia, furciſq; ſubleuant. At mugilum nihilominus uelocitas trãſilit. At illos excipiunt delphini, & occidiße ad præſens contenti, cibos in uictoriam differũt. Opere prælium feruet, includiq; retibus ſe fortißime urgẽtes gaudẽt. Atq; ne idipſum fugam hoſtium ſtimulet, inter nauigia & retia natantéſue homines ita ſenſim elabuntur,*

*ut exitus*

ut exitus nō appareat. Saltu, quod est aliâs blandissimum his, nullus conatur euadere, ni summittantur sibi retia. Egressi protinus ante uallum præliantur. Ita peracta captura, quos interemere diripiunt. Sed enixioris operæ q̃ unius diei præmium, ut conscij sibi, opperiuntur in posterum: nec piscibus tantū, sed interiectu panis ac uino satiantur. Quæ de eodē genere piscandi in Iassio sinu consul Mutianus tradit, hoc differūt, q̧ ultro neq; inclamati præsto sint, partesq́; è manibus accipiant, & suū quenq; cubantes cum delphinis sociū habeāt, q̄uis noctu & ad faces. Ipsis quoq; inter se est publica societas. Capto à rege Cariæ, alligatoq́; in portu delphino, ingens reliquorum conuenit multitudo, mœstitia quadam, quæ posset intelligi, miserationem petens, donec dimitti rex eū iussit. Quin & paruos semper aliquis grandior comitatur ut custos. Conspectiq́; sunt iam defunctum portantes, ne laceretur à beluis.

De tursionibus aquatilibus. Ca. .IX.

Trysiones & item tyrsiones legitur apud Aristotelē li. 6. cap. 12.

DElphinorum similitudinē habent qui uocantur Tursiones. Distant & tristitia quidem aspectus. Abest enim illa lasciuia, maxime tamen rostris canicularum maleficentia assimilati.

De testudinibus quō capiantur. Ca. .X.

TEstudines tātæ magnitudīs Indicū mare emittit, ut singularum superficies habitabiles casas integāt: atq; inter insulas rubri præcipue maris

 his nauigent

*his nauigēt cymbis. Capiuntur multis quidē modis, sed maxime euectæ in summa pelagi, aut meridiano tepore blandito, eminente toto dorso p tranqlla fluitantes: quæ uoluptas libere spirandi, in tātum fallit oblitas sui, ut solis uapore siccato cortice, non queant mergi, inuitæq; fluitēt opportunæ uenantiū prædæ. Ferūt et pastū egressas noctu, auideq; saturatas lassari: atque ut remearint matutino, summa in aqua obdormiscere: id prodi stertētium sonitu, tuncq; leuiter capi. Adnatare enī singulis ternos à duobus in dorsum uerti, à tertiò laqueum inijci supinæ, atq; ita ad terrā à pluribus trahi. In Phœnicio mari haud ulla difficultate capiuntur, ultroq; ueniūt tpe statuto anni in amnē Eleutherū effusa multitudine. Dentes non sunt testudini, sed rostri margines acuti, superna parte inferiorē claudente pyxidū modo. In mari uiuunt cōchylijs, tāta oris duritia, ut lapides cōminuant. In terrā egressæ in herbis pariūt oua, auiū ouis sīlia, ad centena numero. Eaq; defossa extra aquas, & coopta terra, ac pauita pectore & complanata, incubant noctibus. Educāt fœtus annuo spatio. Quidam oculis spectando quoq; oua foueri ab ijs putāt. Fœmina coitū fugere, donec mas festucā aliquā imponat aduersæ. Troglodytæ cornigeras habēt, ut in lyra, annexis cornibus latis, sed mobilibus, quorum in natando remigio se adiuuāt: Celetum genus id uocatur eximiæ testudinis, sed raræ. Nanque quasi scopuli*

puli præacuti Chelonophagos terrent. Troglodytæ autem ad quos adnatant, ut sacras adorant. Sunt & terrestres, quæ ob id in operibus chersinæ uocantur, in Africæ desertis, qua partu maxime sitiẽtibus harenis squalent, roscido (ut creditur) humore uiuentes. Neque ibi aliud animal prouenit.

Quis primus testudines secare instituit.

Caput .XI.

TEstudinũ putamina secare ĩ laminas, lectosq; & repositoria his uestire, Carbilius Pollio instituit, prodigi & sagacis ad luxuriæ instrumenta ingenij.

Tegmenta aquatilium. Ca. .XII.

AQuatilium tegmenta plura sunt: Alia corio et pilis tegũtur, ut uituli, hippopotami. Alia corio tantum, ut delphini: cortice, ut testudines: silicum duritia, ut ostreæ & conchæ: crustis, ut locustæ: crustis et spinis, ut echini: squamis, ut piscis: aspera cute, ut squatina, qua lignũ & ebora poliuntur: molli, ut murenæ: alia nulla, ut polypus.

De uitulo marino. Caput .XIII.

QVæ pilo uestiũtur, animal pariũt, ut pristes, balena, uitulus. Hic parit in terra pecudum more: secundo partus reddit initu. Canum modo cohæret, & parit nunquã geminis plures, educat mammis fœtum. Non ante .XII. diem deducit in mare, ex eo subinde assuefaciẽs. Interficiũtur difficulter, nisi capite eliso. Ipsis in somno mugitus, unde nomẽ

 uituli

uituli accipiũt. Tenent disciplinã, uoceq; pariter et uisu populũ salutãt, condito fremitu, noie uocati respondẽt. Nullũ aĩal grauiore somno premitur. Pinnis qbus in mari utũtur, humi quoq; uice pedũ serpũt. Pelles eorũ etiã detractas corpori, sensum æquorum retinere tradunt, semperq; æstu maris recedente inhorrescere: præterea dextræ pennæ uim soporiferam inesse, somnosq; allicere subditam capiti.

De piscibus pilo carẽtibus, et quõ pariãt, & quot eorũ genera. Ca. .XIIII.

Pilo carentium duo omnino animal pariunt, delphinus ac uipa. Pisciũ species sunt .LXXIIII. præter crustis intecta, quæ sunt .XXX. De singulis aliâs dicemus. Nunc enĩ naturæ tractãtur insigniũ.

Infra li. 32. c. 13. ubi ueluti breuiariũ qđ dã de piscibus per literarum ordinẽ contexit Plinius.

De nominibus & naturis multorum piscium. Caput .XV.

Præcipua magnitudine thynni. Inuenimus talenta .XV. pepẽdisse. Eiusdem caudæ latitudinẽ duo cubita & palmũ. Sunt & in quibusdã amnibus haud minores, silurus in Nilo, esos in Rheno, attilius in Pado, inertia pinguescẽs, ad mille aliquãdo libras, catenato captus hamo, nec nisi boum iugis extractus. Atqui hũc minimus appellatus clupea, uenam quandam eius in faucibus mira cupidine appetẽs, morsu exanimat. Silurus grassatur ubicunq; est, omne aĩal appetens, equos innatãtes sæpe demergẽs, præcipue in Mœno Germaniæ amne ꝑpter Lisboũ, & in Danubio.

*nubio. Mari extrahitur porculo mario ſimillimus. Et ĩ Boryſthene memoratur præcipua magnitudo, nullis oßibus ſpiniſue interſitis, carne prædulci.* In Gãge Indiæ *platanistas uocãt, roſtro delphini et cauda, magnitudine aũt .V. cubitorũ. In eodem eſſe* Statius Seboſus, *haud modico miraculo affert, uermes brachijs binis .LX. cubitorũ, ceruleos, q̃ nomẽ à facie traxerunt.* His *tantas eſſe uires, ut elephãtos ad potum uenientes, mordicus cõprehẽſa manu eorũ abſtrahãt.* Thynni *mares ſub uẽtre nõ habẽt pinnã. Intrant è magno mari* Pontũ *uerno tp̃e gregatim, nec alibi fœtificant.* Cordilla *appellatur partus, qui fœtas redeũtes in mare autũno comitatur.* Limoſæ *uero à luto pelamides incipiũt uocari, & cum annuũ exceſſere tẽpus, thynni. Hi mẽbratim cæſi, ceruice & abdomine cõmendantur atq; clidio, recẽti dũtaxat, et tũ quoq; graui ructu, cætera parte plenis pulpamẽtis ſale aſſeruantur.* Melandrya *uocatur, cæſis quernis aſſulis ſimillima.* Viliß*ima ex his quæ caudæ proxima, quia pingui carent, p̃batißima ea quæ faucibus: & in alio piſce circa caudã exercitatißima.* Pelamides *in apolectos particulatimq; cõſectæ, in genera cybiorũ diſpartiuntur.* Piſciũ *genus omne præcipua celeritate adoleſcit, maxime in* Põto. Cauſa, *multitudo amniũ dulces inferentiũ aquas.* Amiã *uocãt, cuius incrementũ ſingulis diebus intelligitur.* Cum *thynnis hæc et pelamides in* Pontũ *ad dulciora*

*pabula*

*pabula intrãt gregatim cũ suis quæq; ducibus, et primi oĩm scõbri, qbus et in aquis sulphureus color, extra q cæteris.* Hispaniæ *cetarias his replẽt, thynnis nõ cõmeantibus. Sed in* Pontũ *nulla intrat bestia piscibus malefica, præter uitulos et paruos delphinos. Thynni dextra ripa intrãt, exeũt læua.* Id *accidere existimatur, qa dextro oculo plus cernũt, utroq; hebete natura.* Est *in* Euripo Thracij *Bosphori, quo* Propõtis Euxino *iũgitur, in ipsis* Europã Asiãq; *separãtis freti angustijs, saxũ miri cãdoris, à uado ad summa perlucens, iuxta* Chalcedonẽ *in latere* Asiæ: Huius *aspectu repẽte territi, semp aduersum* Byzantij *promontoriũ, ex ea causa appellatũ auricornu, præcipiti petũt agmine.* Itaq; *oĩs captura* Byzantij *est, magna* Chalcedonis *penuria.* D.P. *medij interfluẽtis* Euripi. Opperiũtur *antè aqlonis flatũ, ut secũdo fluctu exeãt ex* Ponto: *nec nisi intrãtes* Pontũ, Byzantij *capiũtur.* Bruma *nõ uagãtur: ubicũq; deprehẽsi usq; ad æquinoctiũ, ibi hybernãt.* Iidem *sæpe nauigia uelis eũtia comitãtes, mira quadẽ dulcedĩe per aliquot horarũ spatia et passuũ milia à gubernaculis nõ separãtur, ne tridẽte quidẽ in eos sæpius iacto territi.* Quidã *eos q hoc è thynnis faciãt, pompilos uocãt.* Multi *in* Propõtide *æstiuãt.* Pontũ *nõ intrant: itẽ soleæ, cũ rhõbi intrent: nec sepia est, cũ loligo reperiatur. Saxatilium, turdus & merula, desunt, sicut conchylia, cũ ostreæ abundẽt.* Omnia *aũt hybernãt*

DC. *apud* Ptole. *ferè et* Pomponi. Melam.

*hybernāt in Aegæo. Intrantiū Pontū soli nō remeāt trichiæ. Græcis enim in plerisq; nominibus uti par erit, quando alijs atq; alijs eosdē diuersi appellauere tractus. Sed hi soli Istrum amnem subeunt, ex eo subterraneis eius uenis in Adriaticū mare defluunt: itaque et illic descendētes nec unq̄ subeuntes è mari uisuntur. Thynnorum captura est à Vergiliarū exortu ad Arcturi occasum, reliquo tempore hyberno latēt in gurgitibus imis, nisi tepore reliquo euocati, aut plenilunijs. Pinguescunt et in tantū ut dehiscant. Vita longissima his biēnio. Animal est paruum, scorpionis effigie, aranei magnitudine. Hoc se & thynno & ei qui gladius uocatur, crebro delphini magnitudinem excedenti, sub pinna affigit aculeo: tantoq; infestat dolore, ut in naues sæpenumero exiliāt. Quod & aliâs faciunt aliorum uim timentes mugiles maxime, tam præcipuæ uelocitatis, ut trāsuersa nauigia interim superiactent.*

*De augurijs & diuersitate pisciū.* Ca. .XVI.

SVnt et piscibus præscita in hac parte auguria. Siculo bello ambulante in littore Augusto, piscis è mari ad pedes eius exilijt: quo argumento uates respōdere, Neptunum patrem adoptantem eum sibi, Sexto Pompeio repudiato. Tanta erat naualis rei gloria, sub pedibus Cæsaris futuros qui maria tēpore illo tenerent. Piscium fœminæ maiores quàm mares. In quodam genere omnino non sunt mares, sicut in

ſicut in erythinis et chromibus. Oẽs enim ouis grauidæ capiũtur. Vagãtur gregatĩ ferè cuiuſq; generis ſquamoſi. Capiũtur ante ſolis ortũ: tũ maxime piſciũ fallitur uiſus. Noctibus quidẽ illuſtribus æque q̃ die cernũt. Aiunt & ſi iteretur gurges, intereſſe capturæ, itaq; plures ſecũdo tractu trahi q̃ primo, guſtu olei maxime. Dein modicis imbribus gaudẽt alũturq;. Quippe & harundines, quãuis in palude prognatæ, non tamẽ ſine imbre adoleſcunt, & aliâs ubicunq;. Piſces in eadẽ aqua aſſidui, niſi appluat, exanimãtur. Prægelidã hyemẽ oẽs ſentiũt, ſed maxime qui lapidẽ habere in capite exiſtimãtur, ut lupi, coracini, ſciena, pagri. Cum aſpæ hyemes fuere, multi cæci capiuntur. Itaq; his mẽſibus iacent in ſpeluncis conditi, ſicut in terreſtriũ genere retulimus. Maxĩe hippurus & coracinus hyeme non capi, præterquã æſtatis diebus paucis, & iiſdem ſemp: Item murena & orphus, conger, percæ, & ſaxatiles omnes. Terra quidem, hoc eſt, uado maris excauato condi per hyemes torpedinẽ, pſittam, ſoleamq; tradunt. Quidam rurſus æſtus impatientia, mediis feruoribus ſexagenis diebus latent, ut glaucus, aſelli, auratæ. Fluuiatilium ſilurus caniculæ exortu ſideratur, et aliâs fulgure ſopitur. Hoc & in mari accidere cyprino putant: & alioquin totum mare ſentit exortum eius ſideris, quod maxime in Boſphoro apparet. Algæ enim & piſces ſuperferuntur, ab imo uerſa omnia.

De mu-

De mugili, & alijs piscibus, & q̃ non ijdem ubiq; placeant. Caput .XVII.

MVgilũ natura ridetur, ĩ metu capite abscõdito, totos se occultari credentium. Iisdem tamẽ tanta salacitas, ut in Phœnice & Narbonensi prouincia coitus tp̃e ẽ uiuarijs marẽ, linea longinqua per os ad branchias religata emißum in mare, eademq; linea retractum fœminæ sequantur ad littus, rursusq; fœminam mares partus tp̃e. Apud antiquos pisciũ nobilissimus habitus acipenser, unus oĩum squamis ad os uersis, cõtra aquã nando meat: nullo nũc in honore est, quod quidẽ miror, cum sit rarus inuentu. Quidam eum elopẽ uocant. Postea præcipuam autoritatẽ fuisse lupo et asellis Cor. Nepos et Laberius poeta mimorũ tradidere. Luporum laudatissimi, qui appellantur lanati à candorẽ mollitiaq; carnis. Asellorũ duo genera, callariæ minores et bacchi, qui non nisi in alto capiũtur, ideoq; prælati prioribus. At in lupis, in amne capti præferuntur. Nunc scaro datur principatus, qui solus pisciũ dicitur ruminare, herbisq; uesci, non alijs piscibus, mari Carpathio maxime frequens. Promontoriũ Troadis Lecton sponte nunq̃ trãsit. Inde aduectos Tiberio Claudio principe Optatus Elipertius præfectus claßis, inter Ostiensem & Campaniæ oram sparsos dissemi nauit. Quinquennio ferẽ cura est adhibita, ut capti redderentur mari. Postea frequentes inueniũtur Italiæ in lit-

liæ in littore, nõ antè ibi capti. Admouitq; sibi gulá sapores piscibus satis, et nouum incolam mari dedit, ne quis peregrinas aues Romæ parere miretur. Proxima est his mensa generis duntaxat mustelarum, quas, mirũ dictu, inter alpes lacus quoq; Rhetiæ Brigantinus æmulas marinis generat. Ex reliqua nobilitate & gratia maxima est & copia mullis, sicut magnitudo modica, binasq; libras põderis raro admodũ exuperant, nec in uiuarijs piscinisq; crescunt. Septentrionalis tantum hos & proxima occidentis parte gignit oceanus. Cætera eorum genera plura. Nam & alga uescuntur, & ostreis, et limo, & aliorum piscium carne, & barba gemina insigniũtur inferiori labro. Lutariũ ex ijs uilissimi generis appellant. Hunc semper comitatur sargus nomine alius piscis, & cœnũ fodiente eo, excitatũ deuorat pabulũ. Nec littoralibus gratia. Laudatissimi conchylium sapiunt. Nomen his Fenestella à colore muleorũ calciamentorũ datum putat. Pariunt ter anno. His certe totiens fœtura apparet. Mullum expirantẽ uersicolori quadã & numerosa uarietate spectari, ꝓceres gulæ narrant, rubentiũ squamarũ multiplici mutatione pallescentẽ, utiq; si uitro spectetur inclusus. M. Apicius ad omnẽ luxũ ingenio mirus, in sociorũ garo (nã ea quoq; res cognomen inuenit) necari eos præcellẽs putauit, atq; è iecore eorũ alecẽ excogitare ꝓuocauit. Id enĩ est facilius dixisse, q̃ quis uicerit. Asi-

*rit. Asinius Celer è consularibus, hoc pisce ꝓdigus, Claudio principe unũ mercatus * octo milibus nummũm: quæ reputatio aufert transuersum animum ad contemplationem eorum, qui in conquestione luxus cocos emi singulos pluris q̃ equos quiritabãt. At nũc coci triumphorum pretijs parantur, & coquorũ pisces. Nullusq́; propè iam mortalis æstimatur pluris, q̃ qui peritissime sensum domini mergit.*

De *mullo, salpa, et salmone.* Ca. .XVIII.

MVllum. LXXX. *librarum in mari rubro captum,* Licinius Mutianus *ꝓdidit.* Quan*ti mercatura cũ luxuria, suburbanis littoribus inuẽtum? Et hæc natura, ut alij alibi pisces principatũ obtineant: coracinus in* Aegypto: *zęus, idem faber appellatur,* Gadibus: *circa* Ebusum *salpa, obscenus alibi, & qui nusq̃ percoqui possit, nisi ferula uerberatus: in* Aqtania *salmo fluuiatilis marinis oĩbus præfertur.* Pisciũ *alij branchias multiplices habent, alij simplices, alij duplices.* His *aquã acceptã ore remittunt.* Senectutis *indiciũ squamarũ duritia, quæ non sunt oĩbus similes.* Duo *lacus* Italiæ *in radicibus alpiũ,* Larius & Verbanus *appellantur, in quibus pisces omnibus annis uergiliarum ortu existunt squamis conspicui, crebris atq; præacutis, clauorum caligarium effigie, nec amplius quàm circa eum mensem uisuntur.*

*Hunc locũ, q̃a aliter* Budæus *legẽdum autumat, idq́; ex obseruatiõe uetustorũ exemplariũ, nempe hoc modo:* Sester. *octo milibus:* Et aliter legit Macro. l. sat. 3. *repetẽs inibi* Plinij *uerba: quippe apd' quẽ legitur, septẽ milibus nummũ:* & Iuue. saty. 4. Mullũ *sex mlibus.* & c. *nihil mutare audeo.* Cæte*rũ de luxuria ex mullo, uel ipso aspectu, habes Senecã li. na. quæst. 3.*

De *exocœto.* Caput .XIX.

Miratur

MIratur Arcadia suum exocœtũ, appellatũ ab eo quod in siccũ somni causa exeat. Circa Clitoriũ uocalis hic traditur, & sine branchijs: idem aliquibus Adonis dictus. Exeunt in terrã & qui marini mures uocantur, & polypi, & murenæ. Quin & in Indiæ fluminibus certũ genus pisciũ, ac deinde resilit: nã stagna & amnes trãseunt. Plerisq; et euidẽs ratio est, ut tuto fœtus edãt, quia nõ sint ibi q deuorẽt fœtus, fluctusq; minus sæuiãt. Has intelligi ab his causas, seruariq; tẽporũ uices magis miretur, si qs reputet quoto cuiq; hoĩm nosci huberrimã esse capturã sole transeunte piscium signum.

Digestio pisciũ in figuras corporũ. Ca. .XX.

MArinorum alij sunt plani, ut rhombi, soleæ, ac passeres, qui à rhombis situ tantũ corporum differunt. Dexter resupinatus est illis, passeri læuus. Alij longi, ut murena, conger. Ideo pennarũ quoq; fiunt discrimina, quæ pedũ uice datæ sunt piscibus. Nullis super quinas. Quibusdã binæ, quibusdam trinæ, aliquibus nullæ. In Fucino tantũ lacu piscis est, qui octonis pennis natat. Binæ oĩno longis, ut lumbricis & anguillis & cõgris. Nullæ, ut murenis, qbus nec branchiæ. Hæc oĩa flexuoso corporum impulsu ita mari utuntur, ut serpẽtes terra: in sicco quoq; repunt, ideo etiã uiuaciora talia. Et ẽ planis aliqua non habẽt pennas, ut pastinacæ: ipsa enim latitudine natãt: Et quæ mollia appellãtur, ut polypi, quoniam

quoniam pedes uicem pennarum illis præstant.

De anguillis. Caput .XXI.

ANguillæ octonis uiuũt annis. Durãt & sine aqua senis diebus aqlone spirãte, austro pau cioribus. At hyemẽ eædẽ in exigua aqua non tolerãt, nec in turbida: ideoq; circa Vergilias maxime capiuntur, fluminibus tũ præcipue turbidis. Pascun tur noctibus. Exanimes piscium solæ nõ fluitant.

De lacu Benaco. Caput .XXII.

LAcus est Italiæ Benacus, in Veronensi agro Mincium amnẽ transmittẽs, ad cuius emersus annuo tẽpore Octobri ferè mẽse, autumnali sidere, ut palam est, hyemato lacu, fluctibus glomeratæ uol uuntur in tantum mirabili multitudine, ut in excipulis eius fluminis, ob hoc ipsum fabricatis, singulorum milium globi reperiantur.

De murena. Caput .XXIII.

MVrena quocũq; tẽpore parit, cum cæteræ pisces stato pariant. Oua eius citissime cre scunt in sicco littore, elapsas uulgus coitu serpẽtium impleri putat. Aristoteles Myrinũ uocat marẽ qui generat. Discrimen esse, q̃ murena uaria et infirma sit, myrinus unicolor & robustus, dentesq; extra os habeat. In Gallia septentrionali murenis oĩbus dextera in maxilla septenæ maculæ, ad formã septentriõis, aureo colore fulgẽt, dũtaxat uiuẽtibus, pariterq; cũ aĩa extinguũtur. Inuenit in hoc aĩali documenta

Lego apđ Aristo. li. 5. c. 10. ubi de murẽa loqtur, quibus s. anni tpibus pariat, nõ myrinõ sed myrõ quem Theodo

rus murū uertit. Murus, in q̄t, non idē qđ murēa est: Voluntq; ut alterū mas sit, alterū fœmina. Quanq̄ et myrinon alibi fortassis eundē piscē uocari Aristoteles dicit.

mēta sæuitiæ Vedius Pollio eques Ro. ex amicis diui Augusti, uiuarijs earū immergens dānata mācipia, nō tanq̄ ad hoc feris terrarū nō sufficiētibus, sed q̄a in alio genere totū pariter hoīem distrahi spectare non poterat. Ferunt aceti gustu præcipue eas in rabiem agi. Tenuissimum his tergus: contrà, anguillis crassius, eo quod uerberari solitos tradit Verrius prætextatos, & ob id multā his dicit non institutā.

### De planis piscibus. Caput .XXIIII.

PLanorum piscium alterum est genus, quod pro spina cartilaginē habet, raiæ, pastinacæ, squatinæ, torpedo: & quos bouis, lamiæ, aquilæ, ranæ nominibus Græcia appellat. Quo numero sunt, squali quoque, quamuis nō plani. Hæc græce in uniuersum selache appellauit Aristoteles primus. Hoc nomine eis imposito nos distinguere non possumus, ni cartilaginea appellare libeat. Omnia autem carnosiora sunt talia, & supina uescuntur, ut in delphinis diximus. Et cum cæteri pisces oua pariant, hoc genus solum (ut ea quæ cete appellant) animal parit, excepta quam ranam uocant.

### De echineide. Caput .XXV.

Arist. li. 2. ca. 14. de nat. animaliū de echineide, quā Latini remoram uocāt, ita scri-

EST paruus admodū piscis assuetus petris, echeneis appellatus: hoc carinis adhærente, naues tardius ire creduntur, inde nomine imposito: quam ob causam amatorijs quoque ueneficijs infamis est, et iudiciorum ac litium mora: quæ crimina una lau

de pen-

de pensat, fluxus grauidarum utero sistens, partusq; continens ad puerperiū: in cibos tamen non admittitur. Pedes eum habere arbitratur Aristoteles, ita posita pennarum similitudine. Mutianus muricem esse latiorem purpura, neque aspero neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte rostro, sed simplice, concha utroque latere sese colligente: quibus inhærentibus, plenam uentis stetisse nauem, portantem nuncios à Periandro (ut castrarentur nobiles pueri) conchasq; quæ id præstiterunt, apud Gnidiorum Venerem coli. Trebius Niger sesquipedalem esse, & crassitudine quinq; digitorum, naues morari. Præterea hanc esse uim eius asseruati in sale, ut aurum quod deciderit in altißimos puteos, admotus extrahat.

De uarietate naturæ pisciū. Ca. .XXVI.

MVtant pisces colorem. Candidæ hyeme menæ, & fiunt æstate nigriores. Mutat & phycis, reliquo tempore cādida, uere uaria. Eadem piscium sola nidificat ex alga, atq; in nido parit. Volat hirundo, sanè perquam similis uolucri hirundini.

De miluo pisce, et dracone marino. Ca. XXVII.

ITem miluus subit ī summa maria, piscis ex argumento appellatus lucerna, linguaq; ignea per os exerta, tranqllis noctibus relucet. Attollit cornua è mari sesqpedalia ferè, cornuta, quæ ab his nomē traxit. Rursus draco marinus captus, atq; īmissus in harenam, cauernā sibi rostro mira celeritate excauat.

bit: Remoram nōnulli p errorē pedes habere crediderūt. Expes enī oīno est. Sed quoniā pīnas habeat pedibus similes, hinc fit ut pedibus instare uideatur. Ergo qđ Plinius hic dicit, accipiendū est non ex ipsius, sed aliorū sententia.

De piscibus sanguie carētibus. Ca. .XXVIII.

PIscium quidā sanguine carent, de quibus dicemus. Sant aūt tria genera: In primis quæ mollia appellantur, deinde cōtecta crustis tenuibus, postremo testis conclusa duris. Mollia sunt loligo, sepia, polypus, et cetera eius generis. His caput inter pedes, et in uētre, pediculi octoni oībus. Sepiæ et loligini pedes duo. Ex his longissimi & asperi, quibus ad ora admouent cibos, et in fluctibus se uelut ancoris stabiliunt, cæteri cirri quibus uenantur.

De loligine, & sepijs, & polypis, & nautilis. Caput .XXIX.

LOligo etiam uolitat, extra aquam se efferēs, quod & pectunculi faciunt, sagittæ modo. Sepiarum generis mares uarij & nigriores, constantiæq; maioris. Percussæ tridēte fœminæ auxiliātur, at fœmina icto mare fugit. Ambo aūt ubi sensere se apprehendi, effuso atramento, quod ꝑ sanguine his est, infuscata aqua absconduntur. Polyporum multa genera: Terreni maiores q̄ pelagici, & omnes brachijs ut pedibus ac manibus utuntur: cauda uero, q̄ est bisulca & acuta, in coitu. Est polypis fistula in dorso, qua transmittunt mare, eamq; mō in dexterā partē, mō in sinistrā transferunt. Natant obliqui in caput, qd' prædurū est suffocatione uiuētibus. Cæterum per brachia uelut acetabulis dispersis, co haustoquodammō, cui adhærescūt, tenēt supini, ut auelli non

li non queāt. Vada nō apprehendūt, et grādibus minor tenacitas. Soli molliū in siccū exeunt duntaxat asperū, leuitatē odere. Vescūtur cōchyliorū carne, quorū conchas complexu criniū frangunt: itaq; prae iacētibus testis cubile eorū deprehēditur. Et cū alioquin brutū habeatur aīal, ut qđ ad manū hoīs adnatat, in re quodāmodo familiari callet. Oīa in domū cōportat, dein putamina rosa carne egerit, adnatantesq; pisciculos ad ea uenatur. Colorem mutat ad similitudinē loci, & maxime in metu. Ipsum brachia sua rodere falsa opinio est. Id enim à congris euenit ci: sed renasci sicut colotis & lacertis caudam, haud falsum. Inter praecipua autem miracula est qui uocatur nautilos, ab alijs pompilos. Supinus in summa aequorum peruenit, ita se paulatim subrigēs, ut emissa omni per fistulam aqua, uelut exoneratus sentina, facile nauiget. Postea duo prima brachia retorquēs, membranā inter illa mirae tenuitatis extendit. Qua uelificante in auras, caeteris subremigans brachijs, media cauda ut gubernaculo se regit. Ita uadit alto, Liburnicarum gaudens imagine: & siquid pauoris interueniat, hausta se mergens aqua.

Hanc nautili, quem Theodorus nautā uertit, nauigatiosissimā, dissimā, describit Arist. l. 9. ca. 37. Vnde eam Pliniū de sumpsisse non est dubium.

De ozena, nauplio, et locustis. Ca. XXX.

Polyporum generis ozena, dicta à graui capitis odore, ob hoc maxime murenis eam consectantibus. Polypi binis mensibus condūtur. Vltra bimatum non uiuunt. Pereunt aūt tabe semper, foemi-

ſet, aut ita cognoſceret? cum mõſtro dimicare ſibi ui debantur. Nanq; & afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, nunc robuſtiori bus brachijs clauarũ modo incuſſos, ægreq; multis tridentibus confici potuit. Oſtẽdêre Lucullo caput eius dolij magnitudine, amphorarũ .XV. capax, at q; (ut ipſius Trebij uerbis utar) barbas quas uix utro q; brachio cõplecti eſſet, clauarũ mõ toroſas, lõgas pedum .XXX. acetabulis ſiue caliculis urnalibus peluiũ modo, dentes magnitudini reſpondẽtes. Reli quæ aſſeruatæ miraculo, pependere pondo .DCC. Se pias quoq; & loligines eiuſdem magnitudinis expul ſas in littus illud, idem autor eſt. In noſtro mari loli gines quinûm cubitorũ capiuntur, ſepiæ binûm. Neq; his bimatu lõgior uita. Nauigerã ſimilitudinem & aliam in Propõtide uiſam ſibi ꝓdidit Mutianus: con cham eſſe acatij modo carinatã, ĩflexa puppe, ꝓra roſtrata: ĩ hac condi naupliũ aĩal ſepiæ ſimile, luden di ſocietate ſola: duobus hoc fieri generibus. Tran quillo enim uectorem demiſſis palmulis ferre ut re mis. Si uero flatus inuitent, eaſdem in uſu guberna culi porrigi, pãdiq; concharũ ſinus auræ. Huius uo luptatẽ eſſe ut ferat, illius ut regat. Simulq; eãdem deſcẽdere incluſo ſinu, fluctu hauſto, territã uiſu forte triſti. Id enĩ ubi cõſtat rumore nauigantiũ humana calamitas in cauſa eſt. Locuſtæ cruſta fragili muniũ tur in eo genere qđ caret ſanguine. Latẽt menſibus

quinis: similiter cancri, qui eodē tpe occultantur, et ambo ueris principio senectutē anguium more exu unt renouatione tergorum. Cætera in aquis natant. Locustæ reptātium modo fluitant. Si nullus ingruat metus, recto meatu cornibus, quæ sunt rotunditate præpilata, ad latera porrectis: iisdem erectis in pa uore oblique in latera procedunt. Cornibus inter se dimicant. Vnum hoc animalium, nisi uiuum feruen ti aqua incoquatur, fluida carne non habet callum.

De cācris, echinis, et echinometris. Ca. XXXI.

Viuunt petrosis locis, cancri mollibus. Hyeme aprica littora sectantur. Aestate in opaca gurgitum recedunt. Oīa eius generis hyeme lædun tur, autumno & uere pinguescunt, et plenilunio ma gis, quia nocte sidus tepido fulgore mitificat. Cācro rū genera, carabi, astaci, maiæ, paguri, heracleo tici, leones, & alia ignobiliora. Carabi à cæteris cancris cauda distant. In Phœnice hippœ uocātur, tantæ uelocitatis ut cōsequi non sit. Cancris uita lon ga. Pedes octoni oībus ī obliquū flexi. Fœīæ primus pes duplex, mari simplex. Præterea bina brachia dē ticulatis forcipibus. Supior pars in primoribus his mouetur, inferiore immobili. Dextrum brachiū oī bus maius. Vniuersi ubi aliquando congregantur, os Ponti euincere non ualent: quamobrem egressi cir cumeunt, apparetq; tritum iter. Pinnother aūt uo catur minimus ex omni genere, ideo opportunus in iuriæ.

iuriæ. Huic solertia est inaniũ ostrearum testis se condere: & cum accreuerit, migrare in capaciores. Cãcri in pauore etiam retrorsum pari uelocitate redeunt. Dimicãt inter se ut arietes, diuersis cornibus incursantes. Contra serpentiũ ictus medẽtur. Sole cancri signũ transeunte, & ipsorũ (cum exanimati sint) corpus transfigurari in scorpiones narratur in sicco. Ex eodẽ genere sunt echini, quibus spinæ pro pedibus. Ingredi est his in orbem uolui, itaque detritis sæpe aculeis inueniuntur. Ex his echinometræ appellantur, quorũ spinæ lõgissimæ, calyces minimi. Nec omnibus idem uitreus color. Circa Toronem cãdidi nascuntur, spina parua. Oua oĩm amara, quina numero. Ora in medio corpore in terrã uersa. Tradũt sæuitiam maris præsagire eos, correptisq; operiri lapillis: mobilitatemq; pondere stabilientes, nolunt uolutatione spinas atterere. Quod ubi uidere nautici, statim pluribus ancoris nauigia infrenant.

De cochleis. Caput .XXXII.

IN eodem genere sunt cochleæ, aquatiles terrestresq;, exerẽtes se domicilio, binaq; ceu cornua protẽdentes contrahẽtesq;: Oculisq; carẽt, ideo corniculis prætentant iter.

De pectinibus, murice, & concharum generibus. Caput .XXXIII.

PEctines in mari ex eodẽ genere habentur. Reconditi et ipsi in magnis frigoribus, ac magnis

æstibus,

*conchylia, margaritas? Parum scilicet fuerat in gulas condi maria, nisi manibus, auribus, capite, toto corpore à fœminis iuxtà uirisq; gestarentur. Quid mari cum uestibus? Quid undis fluctibusq; cum uellere? Non recte recipit hic nos rerum natura nisi nudos. Esto, sit tanta uentri cum eo societas: quid tergori? Parum sit, nisi qui uescimur, periculis etiã uestiamur. Adeo per totum corpus animæ hominis periculo quæsita maxime placent. Principiũ ergo culmenq; oĩum rerũ pretij, margaritæ tenent. Indicus maxime has mittit oceanus. Inter illas beluas tales tantasq;, quas diximus, per tot maria uenictes, tam longo terrarum tractu, è tantis solis ardoribus, atq; Indicis quoq; insulis petunt, & admodũ paucis. Fertilissima est Taprobane & Toidis, ut diximus in circuitu mundi: item Perimula promontorium Indiæ. Præcipue autẽ laudantur circa Arabiam in Persico sinu maris rubri. Origo aũt atq; genitura conchæ, est haud multum ostrearũ conchis differẽs. Has ubi genitalis anni stimulauerit hora, pandentes sese quadã oscitatione impleri roscido cõceptu tradũt, grauidas postea eniti, partũq; concharũ esse margaritas, p̃ q̃litate roris accepti. Si purus influxerit, candorẽ cõspici: si uero turbidus, et fœtũ sordescere: eundem pallere, cælo minãte conceptũ: ex eo quippe constare, cæliq; eis maiorem societatem esse q̃ maris, inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina serenum.*

serenũ. Si tẽpestiue satiẽtur, grandescere et partus. Si fulguret, cõprimi conchas, ac ꝓ ieiunij modo minui. Si uero et tonuerit, pauidas ac repẽte cõpressas, quæ uocant physemata, efficere speciem, uerũ inani inflatã sine corpore: hos esse concharũ abortus. Sani quidẽ partus multiplici constant cute, non improprie callũ ut existimari corporis poßit, itaq; et purgãtur à peritis. Miror ipso tantũ eas cælo gaudere, sole rubescere, candoremq; ꝑdere ut corpus humanum. Quare præcipuũ custodiũt, pelago altius mersæ, q̃ ut penetrẽt radij. Flauescunt tamẽ & illæ senecta, rugisq; torpescunt, nec nisi iuuenta constat ille q̃ quæritur uigor. Crassescunt etiã in senecta, cõchisq; adhærescunt, nec ijs auelli queunt nisi lima. Quibus una tantũ est facies, et a b ea rotũditas, auersis planicies, ob id tympana noĩantur. Cohærentes uidemus in cõchis hac dote unguenta circũferentibus. Cætero in aqua mollis unio, exemptus protinus durescit. Concha ipsa cum manum uidet cõprimit sese, opitq; opes, gnara ꝓpter illas se peti: manũq; nisi si præueniat, acie sua abscindit, nulla iustiore pœna, & alijs munita supplicijs: Quippe inter scopulos pars maior inuenitur, sed ĩ alto quoq; comitãtur marinis canibus, nec tamẽ aures fœĩarum arcentur. Quidã tradunt, sicut apibus ita concharũ examinibus singulas magnitudine et uetustate præcipuas esse ueluti duces, mire ad cauẽdum solertiæ: has urinantium curæ

peti.

peti, illis captis, facile cæteras palantes retibus includi. Multo deinde obrutas sale in uasis fictilibus, erosa carne oī, nucleos quosdā corporū, hoc est, uniones decidere in ima. Vsu atteri non dubiū est, coloremq; indiligentia mutari. Dos oīs in candore, magnitudine, orbe, leuore, pōdere, haud prōptis rebus, in tantū, ut nulli duo reperiantur indiscreti: unde nomē unionū Romanæ. s. imposuere deliciæ. Nam apđ Græcos non est, nec apud barbaros inuentores eius aliud q̄ margaritæ. Et in cādore ipso magna differētia. Clarior in rubro mari repertus. Indicus specularium lapidū squamas assimilat, aliâs magnitudine præcellēs. Summa laus coloris est exaluminatos uocari. Et pceerioribus sua gratia est. Elēchos appellāt fastigiata longitudine, alabastrorū figura in pleniorem orbē desinentes. Hos digitis suspendere, et binos ac ternos auribus, fœīarum gloria est. Subeūt luxuriæ eius noīa & tædia exqsita pditiore portatu: siquidem cum id fecere, crotalia appellāt, ceu sono quoq; gaudeant, & collisu ipso margaritarū. Affectantq; iam & paupes licitatorē fœīæ, in publico unionem esse dictantes. Quin et pedibus, nec crepidarū tantū obstragulis, sed totis socculis addūt. Neque enim gestare iam margaritas, nisi calcēt, ac per uniones etiā ambulēt, satis est. In nostro mari reperiri solebant. Crebrius circa Bosphorū Thraciū, ruffi ac parui in cōchis, quas myas appellāt. At ī Acarnania, quæ uo-

Nisi calcent, hoc est calc[illegible]a mētis adda[illegible], ut Beroal. excatur

*pinarum exitus,hoc fuit quare M.Lollius infamatus regũ muneribus in toto oriente,interdicta amicitia à Caio Cæsare Augusti filio,uenenũ biberet, ut neptis eius.CCCC.sestertiũ opera spectaretur ad lucernas.Computet nũc aliqs ex alia parte,quantũ Curius aut Fabricius in triũphis tulerint, et imaginetur eorũ fercula:et ex altera pte Lolliã,unã imperij mulierculã accubantẽ:non illos curru detractos,q̃ in hoc uicisse malit? Nec hæc summa luxuriæ exẽpla sunt:Duo fuere maximi uniones per oẽ æuũ, utrũq; possedit Cleopatra, Aegypti reginarũ nouissima, per manus orientis regũ sibi traditos.Hæc cũ exqsitis quotidie Antonius saginaretur epulis,super bo simul ac ꝓcaci fastu,ut regina meretrix lautitiã eius oẽm apparatũq; detrectãs,q̃rente eo qd astrui magnificẽtiæ possit,respõdit,una se cœna cẽties sestertiũ absumpturã.Cupiebat discere Antonius,sed fieri posse nõ arbitrabatur.Ergo spõsionibus factis, postero die quo iudiciũ agebatur,magnificam aliâs cœnam,ne dies periret,sed quotidianã Antonio apposuit,irridenti,computationemq; expostulanti. At illa corollariũ id esse,consumpturamq; se ea in cœna taxationẽ cõfirmans,solamq; se centies sestertiũ cœnaturã.Inferri mensam secundã iussit. Ex præcepto ministri unũ tantum uas ante eam posuere aceti, cuius asperitas uisq; in tabem margaritas resoluit. Gerebatq; auribus tum maxime singulare illud,& uere unicum*

uere unicum naturæ opus. Itaq; spectante Antonio qdnam esset actura, detractũ alterũ mersit, ac liquefactũ absorbuit. Iniecit alteri manũ L. Plãcus iudex sponsionis eius, eumquoq; paranti simili modo absumere, uictumq; Antoniũ pronũciauit hoĩe irato. Comitetur fama unionis eius parẽ, capta illa tantæ quæstionis uictrice regina dissectũ, ut esset in utrisq; Veneris auribus Romæ in Pãtheo dimidia eorũ cœna. Non ferent tamẽ hanc palmã, spoliabunturq; etiam luxuriæ gloria. Prior id fecerat Romæ in unionibus magnæ taxationis Clodius tragœdi Aesopi filius, relictus ab eo in ãplis opibus hæres, ne in triumuiratu suo nimis superbiat Antonius, penè histrioni comparatus: & quidem nulla sponsione ad hoc productus, quo id magis regium erat, sed ut expiretur in gloria palati, quid saperent margaritæ: atq; ut mire placuere, ne solus hoc sciret, singulos uniones cõuiuis ad sorbendũ dedit. Romæ in promiscuum ac frequentem usum uenisse, Alexandria in ditionem redacta. Primum autem cœpisse circa Syllana tempora minutas & uiles, Fenestella tradit manifesto errore, cum Aelius Stilo Iugurthino bello unionũ nomen impositum maxime grandibus margaritis prodat. Et hoc tamen æternæ ꝑpè possessionis est. Seqtur hæredẽ, in mancipatũ uenit ut prædiũ aliquod. Conchylia & purpuras oĩs ora atterit, quibus eadẽ mater luxuria paria penè etiam margaritis pretia fecit.

In triũuiratu, non triũphatu legendũ, ut & Budæus annotauit: Quippe q. M. Antoniũ triumuiratũ gessisse legimus, nõ triumphasse unquã.

De natu-

De natura purpuræ, et muricis. Ca. XXXVI.

PVrpuræ uiuunt annis plurimũ septenis. Latẽt sicut murices circa canis ortũ tricenis diebus. Congregantur uerno tẽpore, mutuoq́; attritu lentorem cuiusdam ceræ saliuãt. Simili modo et murices. Sed purpuræ florem illum tingendis expetitum uestibus, in medijs habent faucibus. Liquoris hic est minimi in cãdida uena, unde pretiosus ille bibitur nigrantis rosæ colore sublucens. Reliquum corpus sterile. Viuas capere cõtendunt, quia cum uita sua succũ illum euomunt. Et maioribus quidem purpuris detracta concha auferunt, minores cum trapetis frangũt, ita demum rorem eum excipientes Tyrij. Præcipuus hic Asiæ, in Meninge Africæ, & Getulo littore oceani, in Laconica Europæ. Hinc fasces securesq́; Romanæ uiam faciunt, idemq́; pro maiestate in pueritia est. Distĩguit ab equite curiam, dijs aduocatur placandis, omnemq́; uestem illuminat: in triumphali miscetur auro, quapropter excusata & purpuræ sit insania. Sed unde conchylijs pretia, quis uirus graue in fuco? color austerus in glauco, & irascenti similis mari? Lĩgua purpuræ lõgitudine digitali, qua pascitur pforãdo reliqua cõchylia: tãta duritia aculeo est. Aqua dulci enecãtur, et sicubi flumini immergũtur: alioqn captæ, diebus qnquagenis uiuũt saliua sua. Conchæ oẽs celerrime crescunt, præcipue purpuræ: anno magnitudinem implent. Quod si hactenus trans

nus transcurrat expositio, fraudatam se protinus luxuria credat, nos indiligētiæ damnet. Quamobrem prosequemur etiam officinas: ut tanquā in uictu frugum noscitur ratio, sic omnes qui istis gaudent, præmia uitæ suæ calleant. Concharū ad purpuras et cōchylia eadē quidē est materia, sed distat tempamēto. Duo sunt genera: Buccinū minor concha, ad similitudinem eius buccini, quo sonus editur: unde et causa nomini, rotunditate oris in margine incisa. Alterum purpura uocatur, caliculatim procurrente rostro, & caliculi latere introrsus tubulato, qua proferatur lingua. Præterea clauatū est ad turbinē usq; aculeis in orbem septenis ferè, qui non sunt buccino, sed utrisq; orbes totidē quot habēt annos. Buccinum non nisi petris adhæret, circaq; scopulos legitur.

Quot sunt genera. Caput .XXXVII.

PVrpuræ, nomine alio pelagiæ uocantur. Earum genera plura, pa bulo et solo discreta. Lutense putri limo, & algense enutritum alga uilissimum. Vtrisq; melius Teniēse in Tenei maris ora collectum. Hoc quoque tamen etiamnum leuius atque dilutius. Calculosæ appellantur à calculo maris, mire apto conchylijs, & longe optimo purpuris: Dialutense id est uario soli genere pastum. Capiuntur autem purpuræ paruulis rarisq; conchis textu, ueluti naßis in alto iactis. Inest ijs esca clusiles mordacesq; concharum quales uidemus: has semineces, sed

redditas mari auido hiatu reuiuiſcẽtes. Appetũt eas purpuræ, porrectisq́; linguis infeſtãt. At illæ aculeo extimulatæ claudũt ſeſe, comprimuntq́; mordentia: ita pendentes auiditate ſua purpuræ tolluntur.

Quo capiuntur tpe. Ca. .XXXVIII.

CApi eas poſt canis ortum, aut ante uernum tẽpus utiliſſimum: quoniã cum fœtificauere, fluxos habent ſuccos. Sed id tingentium officinæ ignorant, cum ſumma uertatur in eo. Eximitur poſtea uena quam diximus, cui addi ſalem neceſſarium, ſextarios fermè in libras centenos. Macerari triduo iuſtum. Quippe maior uis tanto quãto recentior. Feruere in plumbo, ſingulisq́; aquæ amphoris centenas atque quinquagenas medicaminis libras æquari, ac modico uapore torreri, & ideo longinquæ fornacis cuniculo. Ita deſpumatis ſubinde carnibus, quas hæſiſſe uenis neceſſe eſt, decimo fermè die liquatis cortina, uellus elutriatum mergitur in experimentum. Et donec ſpei ſatisfiat, uritur liquor. Rubens color nigrãte deterior. Quinis lana potat horis, rurſusq́; mergitur carminata, donec oẽm ebibat ſaniem. Buccinũ p ſe dãnatur, quoniã fucũ remittit. Pelagio admodũ alligatur, nimiæq́; eius nigritiæ dat auſteritatem illã nitorẽq́; q quæritur cocci. Ita pmixtis uiribus alterũ altero excitatur aut aſtrĩgitur. Summa medicaminũ in libras uellerũ, buccino .CC, pelagio CXI. Ita fit amethyſti color eximius ille. At Tyrius

pelagio primũ ſatiatur immatura uiridiq; cortinis mox ꝑmutatur in buccino. Laus ei ſumma, color ſanguinis concreti, nigricans aſpectu, ideq; ſuſpectu refulgẽs. Vnde et Homero purpureus dicitur ſanguis.

Romæ quãdo uſus purpuræ. Ca. XXXIX.

PVrpuræ uſum Romæ ſemper fuiſſe uideo, ſed Romulo in trabea. Nam toga prætexta & latiore clauo Tullum Hoſtiliũ è regibus primũ uſum Hetruſcis deuictis ſatis cõſtat. Nepos Cornelius, qui diui Auguſti principatu obijt: Me, ĩquit, iuuene uiolacea purpura uigebat, cuius libra denarijs centum uenibat, nec multo poſt rubra Tarentina. Huic ſucceſſit dibapha Tyria, quæ in libras denarijs mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinter ædilis curulis primus in prætexta uſus improbabatur: qua purpura quis non iam, inquit, triclinaria facit? Spinter ædilis fuit urbis conditæ anno. DCC. Cicerone coſ. Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta eſſet, ueluti magnifico impendio, qualiter nunc omnes penè commodiores purpuræ tinguntur. In conchyliata ueſte cætera eadem ſine buccino, præterq; ius temperaturæ. Aeque pro indiuiſo humani potus excremento dimidia & medicamina adduntur. Sic gignitur laudatus ille pallor ſaturitate fraudata, tantoq; dilucidior, quanto magis uellera eſuriunt.

De pretio earum. Caput .XL.

PRetia medicamento ſunt quidem pro fertilitate littorũ

te littorũ uiliora. Non tamen uſquam pelagij libras quinquagenos nummos excedere, & buccini centenos ſciãt, q iſta mercantur immẽſo. Sed alia ſunt, nec habẽt finẽ uitia. Iuuatq; ludere impẽdio, et luſus geminare miſcendo iterũ, et ipſa adulterare adulteria naturæ, ſicut teſtudines tingere, argentũ auro cõfundere ut electra fiant, addere his æra, ut Corinthia.

De tingendo amethyſtino, & ex cocco byſſino. Caput .XLI.

Non eſt ſatis abſtuliſſe gẽmæ nomen amethyſtum, rurſum abſolutus inebriatur Tyrio, ut ſit ex utroq; nomen improbum tyriamethyſtus, ſimulq; luxuria duplex. Et cum confecere conchylia, tranſire melius in tyrium putant. Pœnitẽtia hoc primum debet inueniſſe, artifice mutante quod damnabat, inde ratio eſt nata. Votum quoque factum è uitio portentoſis ingenijs, & gemina demonſtrata uia luxuriæ, ut color alius opiretur alio, ſuauior ita fieri leuiorq; dictus: Quin & terrena miſcere, coccoq; tinctum tyrio tingere, ut fieret his byſſinum. Coccũ Galatiæ rubens granum, ut dicemus in terreſtribus, aut circa Emeritam Luſitaniæ in maxima laude eſt. Verum ut ſimul peragantur nobilia pigmenta, anniculo grano languidus ſuccus, idem à quadrimo euanidus. Ita nec recenti uires, neque ſeneſcenti. Abunde tractata eſt ratio, qua ſe uirorum iuxtà fœminarumq; forma credit ampliſsimam fieri.

De pinna, & pinnothere, & aquatilium sensu. Caput .XLII.

Concharum generis & pinna est. Nascitur in limosis subrecta semper, nec unquam sine comite, quem pinnotheren uocant, alij pinnophylacem: id est squilla parua, aliubi cancer dapis assectator. Pandit se pinna, luminibus orbum corpus intus minutis piscibus præbens. Assultant alij protinus, & ubi licentia audacia creuit, implent eam. Hoc tempus speculatus index, morsu leui significat. Illa ore compresso quicquid inclusit exanimat, partemque socio tribuit. Quo magis miror, quosdam existimasse, aquatilibus nullum inesse sensum. Nouit torpendo uim suam ipsa non torpens, mersaque in limo se occultat, pisces qui securi natantes obtorpuere corripiens. Huius iecori teneritas nulla præfertur. Nec minor solertia ranæ, quæ in mari piscatrix uocatur: eminentia sub oculis cornicula turbato limo exerit, assultantes pisciculos pertrahens, donec tam prope accedant, ut assiliat. Simili modo squatina & rhombus abditi pinnas exertas mouent specie uermiculorum: itemque quæ uocatur raia. Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens. Argumenta solertiæ huius, quod tardissimi piscium hi, mugilem uelocissimum omnium habentes in uentre reperiuntur.

De scolopendris, uulpibus, & glanis. Caput .XLIII.

SColopendræ terrestribus similes, quas centipedes uocãt, hamo deuorato omnia interanea euomunt, donec hamum egerant, deinde resorbent. At uulpes marinæ, simili in periculo glutiunt amplius usque ad infirma lineæ, quæ facile prærodant. Glanus, qui & glanis uocatur, auersus mordet hamos, nec deuorat, sed esca spoliat.

De ariete pisce. Caput .XLIIII.

GRassatur aries ut latro. Et nunc grandiũ nauium in salo stantium occultatus umbra, si quem nandi uoluptas inuitet expectat: nunc elato extra aquam capite, piscantium cymbas speculatur, occultusq; adnatans mergit.

De his quæ tertiã naturã habẽt, nõ aĩaliũ neq; fruticũ, et de urticis & spongijs. Ca. .XLV.

EQuidẽ & his sensum inesse arbitror, qui nec animaliũ, neq; fruticũ, sed tertiam ex utroq; naturã habent, urticis dico & spongijs. Vrticæ noctu uagantur, noctuq; mutantur, carnosæ frondis. Iis natura ut carne uescantur. Vis pruritu mordax, eadẽq; quæ terrestris urticæ. Cõtrahit ergo se q̃ maxime rigẽs, ac prænatante pisciculo frondẽ suã spargit, complectensq; deuorat. Aliâs marcenti similis, & iactari se passa fluctu algæ uice, contactos pisces, attrituq; petræ scalpentes prurituũ inuadit. Eadẽ noctu pectines & echinos pquirit. Dum admouere sibi manum sentit, colorẽ mutat & contrahitur. Tacta

Quæ nec aĩaliũ, nec fruticũ, sed tertiã ex utrisq; naturam sortiũtur, hæc græcis ζωόφυτα appellantur, apud latios adhuc nomĩe carẽt. Declarat aũt nomẽ ipsũ

apđ græcos id ita eſſe, utpo- te compoſitũ ex duob. quo- rũ alterũ nem pe ζῶον aĩal, alterũ ut φυ- τὸν plantã ſi- gnificat. Quo fit, ut de ijs ã- bigere qs poſ- ſit, aĩalia ne ſint an plãtæ.

uredinem mittit, paulũq; ſi fuerit interualli, abſcon- ditur. Ora ei in radice eſſe traduntur, excrementa per ſumma tenui fiſtula reddi. Spongiarũ tria gene- ra accipimus, ſpiſſum, ac prædurũ, et aſperũ, tragos id uocatur: minus ſpiſſum & mollius, manon: tenue denſumq;, ex quo penicilli, achilleũ. Naſcuntur oẽs in petris, aluntur cõchis, piſce, limo. Intellectũ ineſſe ijs apparet, qa ubi auulſorẽ ſenſere, cõtractæ multo difficilius abſtrahuntur. Hoc idẽ fluctu pulſante fa ciunt. Viuere eſca, manifeſto conchæ minutæ in his reptæ oſtendũt. Circa Toronẽ ueſci illis auulſas etiã aiunt, & ex relictis radicibus recreſcere. In petris cruoris quoq; inhæret color, Africis præcipue quæ generãtur in Syrtibus. Maxĩæ fiũt manæ, ſed molliſ ſimæ circa Lyciã. In ꝓfundo aũt nec uentoſo mollio res. In Helleſponto aſperæ, & denſæ circa Maleam. Putreſcũt in apricis locis, ideo optĩæ in gurgitibus. Viuentibus itẽq; madẽtibus nigricans color. Adhæ rent nec parte nec totæ, interſunt autem fiſtulæ quæ dam inanes, quaternæ ferè aut quinæ, per quas paſci exiſtimantur. Sunt & aliæ, ſed ſuperne cõcretæ. Et ſubeſſe mẽbrana quædã radicibus earũ intelligitur. Viuere cõſtat lõgo tẽpore. Peſſimũ oĩm genus earũ eſt, quæ aplyſiæ uocãtur, quia elui nõ poſſunt, in qui- bus maximæ ſunt fiſtulæ, & reliqua denſitas ſpiſſa.

De caniculis marinis. Ca. .XLVI.

CAnicularũ maxima multitudo circa eas uri- nantes

nantes graui periculo infestat. Ipsi ferunt ut nubem quandã crassescere super capita aĩalium, planorum pisciũ similẽ, prementẽ eos, arcentẽq; à reciprocando, & ob id stilos praeacutos lineis annexos habere sese: quia nisi perfossae ita non recedant, caliginis & pauoris (ut arbitror) opere. Nubẽ enim & nebulam (cuius noĩe id malũ appellant) inter aĩalia illa haud ultra cõperit quisq̃. At cũ caniculis atrox dimicatio. Inguina & calces oẽmq; candorẽ corporũ appetunt. Salus una in aduersas eundi, ultroq; terrendi. Pauet enim hominẽ aeque ac terret. Et sors aequa in gurgite. Vt ad summa aquae uentũ est, ibi periculũ anceps, adempta ratione cõtrà eundi, dum conetur emergere. Et salus omnis in socijs: funẽ illi religatũ ab humeris eius trahunt: hunc dimicans, ut sit periculi signum, laeua quatit, dextra apprehenso stilo in pugna est: modicus aliâs tractus. Vt prope carinam uentum est, nisi praecelcri ui repente rapiant, absumi spectant. Ac saepe iam subducti, è manibus auferuntur, si non trahentium ope conglobato corpore in pilae modum, ipsi se adiuuere. Protendunt quidem tridentes illi, sed monstri solertia est nauigium subeundi, atq; ita è tuto praeliãdi. Omnis ergo cura ad speculandum hoc malum insumitur.

De animantibus quae silicea testa, & quae sine uillo includuntur, & reliquis sordidis animalibus. Caput .XLVII.

Certissima

Certissima est securitas uidisse planos pisces: qa nunq̃ sunt, ubi maleficæ bestiæ, qua de causa urinantes sacros appellãt eos. Silicea testa inclusis fatendũ est nullũ esse sensum, ut ostreis. Multis eadẽ natura quæ frutici, ut holothurijs, pulmonibus, stellis. Adeoq; nihil nõ gignitur in mari, ut cauponarũ etiã æstiua animalia, pernici molesta saltu, aut quæ capillus maxime celat, existant, & circumglobata escæ sæpe extrahuntur: quæ caua somnium pisciũ in mari noctibus infestare existimatur. Quibusdã uero ipsis innascũtur, quo in numero chalcis accipitur.

Arist. li. 8. ca. 20. Chalcis, ĩquit, diro infestatur uitio, ad eo ut pediculi sub brachijs ĩnati q̃multos interimant.

De uenenatis marinis. Ca. .XLVIII.

Nec uenena cessant dira, ut in lepore: q in Indico mari etiã tactu pestilens, uomitũ dissolutionemq; stomachi ꝑtinus creat: in nostro offa informis, colore tantum lepori similis: in Indis, & magnitudine, & pilo duriore. Tantũ uiuus ibi capitur. Aeque pestiferũ animal araneus, spinæ in dorso aculeo noxius. Sed nullũ usq̃ execrabilius q̃ radius, sup caudã eminẽs trygonis, quã nostri pastinacã appellãt. Quin cõchylij magnitudie arbores ĩfixus radici necat. Arma ut telũ ꝑforat et ferri et ueneni malo.

De morbis piscium. Ca. .XLIX.

Morbos uniuersa genera piscium, ut cætera aĩalia etiã fera, nõ accipimus sentire. Verum ægrotare singulos manifestũ facit aliquorũ macies, cũ in eodẽ genere præpingues alij capiantur.

De gene-

De generatione eorũ mira. Caput .L.

QVonã mõ generent, desideriũ & admiratio hoĩm differri nõ patitur. Pisces attritu uẽtrium coẽũt, tanta celeritate ut uisum fallant: Delphini & reliqua cete sĩli mõ, & paulo diutius. Fœmina piscis coitus tẽpore marẽ seqtur, uentrẽ eius rostro pulsans: sub partu mares fœminã sĩliter oua uescẽtes eorũ. Nec satis est generationi per se coitus, nisi editis ouis, inter se uersando mares & fœminæ uitale asperserint uirus. Non oĩbus id contingit ouis in tãta multitudine, alioqn replerẽtur maria & stagna, cũ singuli uteri innumerabilia concipiant.

Item de generatione, & qui pisces oua pariant. Caput .LI.

PIscium oua in mari crescunt, quædã summa celeritate, ut murenarũ, quædã paulo tardius. Plani piscium quibus cauda non obest aculeiq;, ut testudines & raiæ, in coitu superueniunt: Polypi crine uno fœminæ naribus adnexo: Sepiæ & loligines linguis, componentes inter se brachia, & in contrarium nantes, & pariunt ore. Sed polypi in terram uerso capite coẽunt. Reliqua mollium tergis, ut canes. Item locustæ et squillæ, canceri, ore. Ranæ supueniunt, prioribus pedibus alas fœminæ mare apprehendẽte, posterioribus clunes. Pariunt minimas carnes nigras, quas gyrinos uocãt, oculis tamẽ et cauda ĩsignes: mox pedes figurãtur, cauda findẽte se in

posterio-

*posteriores. Mirumq́; semestri uita resoluuntur in limum nullo cernẽte, & rursus uernis aquis renascũtur quæ fuere natæ, perinde occulta ratione, cum oĩbus annis id eueniat. Et mituli & pectines sponte naturæ in harenosis proueniunt. Quæ durioris testæ sunt, ut murices, purpuræ, saliuario lentore. Sicut acescente humore culices, atq; spuma maris incalescente, cum admissus est imber. Quæ uero siliceo tegmine operiũtur, ut ostrea, putrescente limo, aut spuma circa nauigia diutius stante defixosq́; palos, & lignum maxime. Nuper cõpertum in ostrearijs, humorẽ ijs fœtificũ lactis modo effluere. Anguillæ atterunt se scopulis, ea strigmenta uiuiscunt, nec alia est earum ꝓcreatio. Pisciũ diuersa genera non cocunt, præter squatinam et raiã, ex quibus nascitur priori parte raiæ similis, & nomen ex utroq; compositum apud græcos trahit. Quædã tẽpore anni gignuntur & in humore & in terra. Vere pectines, limaces, hirudines eodẽ tẽpore euanescunt. Pisciũ aũt lupus & trichias bis anno parit, et saxatiles omnes. Mulli ter ut chalcis, cyprinus sexies, scorpiones bis ac sargi, uere & autumno. Ex planis squatina sola bis, autũno & uergiliarũ occasu. Plurimi pisciũ tribus mẽsibus, aprili, maio, iunio. Salpæ autũno: Spari, torpedo, squali circa æquinoctium. Molles uere. Sepia omnibus mensibus. Oua eius glutino atramenti ad speciem uuæ cohærẽtia, masculus ꝓsequitur afflatu,*

*aliâs steri*

aliàs sterilescunt. Polypi hyeme coeunt, pariunt uere oua tortili uibrata pampino, tanta fœcunditate, ut multitudinẽ ouorũ occisi non recipiãt cauo capitis, quæ prægnantes tulere. Ea excludũt quinquagesimo die, è quibus multa ꝑpter numerũ intercidũt. Locustæ & reliqua tenuioris crustæ, ponunt oua supra oua, atq; ita incubãt. Polypus fœmina] modo in ouis sedet, modo cauernã cancellato brachiorũ implexu claudit. Sepia in terreno parit inter harundines, aut sicubi enata alga. Excludit q̃ntodecimo die. Loligines in alto cõserta oua edunt, ut sepiæ. Purpuræ, murices, eius deniq; generis, uere pariũt. Echini oua plenilunijs habent hyeme, & cochleæ hyberno tempore nascuntur. Torpedo octogenos fœtus habens inuenitur, eaq; quæ intra se parit oua præmollia, in alium locum uteri transferens, atq; ibi excludens. Simili modo omnia quæ cartilaginea appellauimus. Ita fit, ut sola pisciũ & animal pariãt, et oua cõcipiãt. Silurus mas solus oium edita custodit oua sæpe, et quinquagenis diebus, ne absumãtur ab alijs. Ceteræ fœminæ in triduo excludunt, si mas attigit. Acus siue belone unus pisciũ dehiscẽte ꝑpter mltitudinẽ utero parit. A partu calescit uulnus, qd' & in * cæcilijs serpẽtibus tradũt. Mus marinus in terras scrobe effossa parit oua, et rursus obruit terra. Tricesimo die refossa aperit, fœtumq; in aquam ducit.

* De serpentibus q̃ cæciliæ uocantur, habes Arist. l. 6. ca. 13. De cæcilia quoq; serpẽte Colu. ca. 15: Cæciliæ i q̃t, morsus tumorẽ suppurationemq; molitur.

De uuluis piscium. Caput .LII.

Erythini

*ERythini & chanæ uuluas habere traduntur: Qui trochos appellatur à græcis, ipse se īire. Aquatilium omnium fœtus inter initia uisu carent.*

De longissima uita pisciū. Ca. LIII.

*AEui piscium memorandum nuper exemplū accepimus. Pausilypū uilla est Campaniæ, haud procul Neapoli: In ea in Cæsaris piscinis à Pollione Vedio coniectum piscem, sexagesimum post annum expirasse scribit Anneus Seneca, duobus alijs æqualibus eius ex eodē genere etiā tunc uiuentibus: quæ mentio piscinarū admonet, ut paulo plura dicamus hac de re, priusq̄ digrediamur ab aquatilibus.*

De uiuarijs ostrearum, & quis ea primus inuenerit. Caput .LIIII.

*OStrearum uiuaria primus omnium Sergius Orata inuenit in Baiano, ætate L. Crassi oratoris, ante Marsicum bellū, nec gulæ causa, sed auaritiæ, magna uectigalia tali ex ingenio suo percipiens, ut qui primus pensiles inuenit balineas, ita mangonizatas uillas subinde uendendo. Is primus optimum saporem ostreis Lucrinis adiudicauit, quando eadē aquatilia genera aliubi atq; aliubi meliora: Sicut lupi pisces in Tiberi amne inter duos pōtes, rhōbus Rauēnæ, murenæ in Sicilia, elops Rhodi: et alia genera similiter, ne culinarū censura pagatur. Nondum Britānica seruiebant littora, cum Orata Lucrina nobilitabat: postea uisum tanti in extrema Italia*

*De Sergio Orata, & unde illi hoc cognomentū obuenerit, & de his quæ sequēti capite continentur, habes Macrobiū li. Sat. 3. capite. 8.*

petere

petere Brundusium ostreas: ac ne lis esset inter duos sapores, nuper excogitatum, famem longæ aductio nis à Brundusio, compascere in Lucrino. Eadẽ ætate prior Licinius Murena, reliquorum piscium uiua ria inuenit, cuius deinde exemplum nobilitas secuta est, Philippus, Hortẽsius. Lucullus exciso etiam mõ te iuxta Neapolim maiore impendio q̃ uillã ædifica uerat, euripũ & maria admisit. Qua de causa Magnus Põpeius Xerxẽ togatũ eũ appellabat. Quadra gĩta sestertijs piscinæ à defuncto illo uenière pisces.

Quis primus murenarũ uiuaria fecerit Ca. LV.

Murenarũ uiuariũ priuatim excogitauit C. Hirius ante alios, q cœnis triũphalibus Cæsaris dictatoris sex milia numero murenarũ mutuo appendit. Nam pmutare quidẽ pretio noluit, aliaue merce. Huius uillã intra q̃modicã quadragies piscinæ uendiderũt. Inuasit deĩde singulorũ pisciũ amor. Apud Baulos in parte Baiana piscinam habuit Hortensius orator. Murenam adeo dilexit, ut exanimatam flesse credatur. In eadem uilla, Antonia Drusi, murenæ quam diligebat inaures addidit, cuius propter famam nonnulli Baulos uidere concupiuerunt.

Hoc non de Hortensio, sed L. Crasso Macro. locis pau lo supradictis refert. Nã cũ supra cæteros ĩquit, disertus haberetur, esset q́; inter cla rissimos ciues prĩceps, tamẽ murenã ĩ piscinæ suæ domus mortuã, atratus tã q̃ filiam luxit.

De cochlearum uiuarijs, & quis primus instituit. Caput .LVI.

Cochlearum uiuaria instituit Fuluius Hirpinus in Tarquiensi, paulo ante ciuile bellũ, qđ cum Põpeio Magno actum est, distinctis quidẽ gene ribus

ribus carũ,separatim ut essent,albæ quæ in Reatino agro nascũtur:separatim Illyricæ,qbus magnitudo præcipua: Africanæ,qbus fœcũditas: solitanæ,quibus nobilitas. Quin et saginã earũ cõmentatus est sapa et farre,alijsq́; generibus,ut cochleæ quoq; altiles ganeam implerent:cuius artis gloria in eam magnitudinem perducta est, ut octoginta quadrãtes caperent singularum calyces. Autor est M. Varro.

De piscibus terrenis. Ca. .LVII.

Pisciũ terrenorũ fit mẽtio et apd' Senecam li.na.quæst.3.

Piscium genera etiamnũ à Theophrasto mira produntur,circa Babylonis rigua,decedentibus fluuijs in cauernas, aquas hebetes remanere. Quosdam inde exire ad pabula pennulis gradiẽtes, crebro caudæ motu, contráq; uenanteis refugere in suas cauernas,et in ijs obuersos stare:capita eorum esse ranæ marinæ similia, reliquas partes gobiorũ, branchias ut cæteris piscibus. Circa Heracleam & Toronẽ,& Lycũ amnem esse multifaria. In Ponto unũ genus esse, qd' extremas fluminum aquas sectetur,cauernasq́; sibi faciat in terra,atq; in his uiuat, etiam reciprocis amnibus siccato littore. Effodi ergo, motu demũ corporũ uiuere eos approbãt. Circa Heracleã eandẽ eodẽq́; Lyco amne decedente, ouis relictis in limo generari pisces, qui ad pabula petenda palpitẽt exiguis branchijs: quod fieri non indigo humoris:propter qd' et anguillas diutius uiuere exẽptas aquis. Oua aũt ĩ sicco maturari,ut testudinum,

eadem in Ponti regione apprehendi in glacie piſciũ quoſdam, maxime gobiones, non niſi patinarum calore uitalem motum fatentes. In his quidem, tametſi mirabilis, eſt aliqua ratio. Idẽ tradit in Paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis terrenos altis ſcrobibus, in his locis ubi nullæ reſtagnẽt aquæ, miraturq́; et ipſe gigni ſine coitu. Humoris quidem uim aliquã ineſſe quam puteis arbitratur, cum nonnulli reperiantur piſces. Quicquid eſt, hoc certe minus admirabile talparũ facit uita ſubterranei animalis, niſi forte uermium terrenorum & his piſcibus natura eſt.

De muribus Nili. Caput .LVIII.

VErum omnibus his fidem Nili inundatio affert, omnia excedentem miracula. Quippe deturgente eo muſculi reperiuntur inchoato opere genitalis aquæ terræq́;, iam parte corporis uiuẽtes, nouiſſima effigie etiamnum terrena.

De anthia piſce, et quõ capiatur. Ca. .LIX.

NEc de anthia piſce ſileri conuenit. Itaq; pleroſque aduerto credidiſſe, apud Chelidonias ĩſulas, q̃s diximus Aſiæ ſcopulos, in mari ante Tauri ꝓmontoriũ ſitas, ibi frequens hic piſcis, & celeriter capitur, uno genere, paruo nauigio, & concolori ueſte, eademq́; * ora per aliquot dies continuos piſcator énauigat certo ſpatio, eſcamq́; proijcit. Quicquid ex eo mittitur, ſuſpecta fraus prædæ eſt: cauensq́; quod timuit, (cum id ſæpe factum eſt) unus aliquãdo

Sunt qui legant, hora, ut ad tempus referatur.

K conſue-

*consuetudine inuitatus anthias, escam appetit. Notatur hic intentione diligenti, ut autor spei, conciliatorq; capturæ. Neque enim est difficile, cum per aliquot dies solus accedere audeat, tandem & aliquos inuenit paulatim comitatior. Postremo greges adducit innumeros, iam uetustissimis quibusq; assuetis piscatorem agnoscere, & cibũ è manu capere. Tum ille paulum ultra digitos in esca iaculatus hamum, singulos inuolat uerius quàm capit, ab umbra nauis breui conatu abscedens, ita, ne cæteri sentiant alio intus excipiente centonibus raptum, ne palpitatio ulla aut sonus cæteros abigat. Conciliatorem nosse ad hoc prodest, ne capiatur. Parcit piscator fugituro in reliquum gregem. Ferunt discordem socium duci socij insidiatum pulchre noto cèpisse malefica uoluntate, agnitum in macello à socio, cuius iniuria erat, & dati damni formula ex edicto condemnatum. Addit Mutianus æstimata lite decem libris. Iidem anthiæ cum unum hamo teneri uiderint, spinis quas in dorso serratas habent, lineam secare traduntur: eo qui tenetur extendente, ut præcidi possit. At inter sargos, ipse qui tenetur, ad scopulos lineam terit.*

De stellis marinis. Caput .LX.

*PRæter hæc claros sapientia autores uideo mirari stellã in mari. Ea figura est, parua admodum caro intus, extrà duriore callo. Huic tã igneũ feruorẽ esse tradũt, ut oĩa in mari contacta adurat,*

omnem

omnem cibum statim peragat. Quibus sit hoc cognitum experimētis, haud facile dixerim. Multo mirabilius dixerī id, cuius expiendi quotidie occasio est.

De dactylis, eorūq; miraculis. Ca. LXI.

CONcharū è genere sunt dactyli, ab humanorū unguium similitudine appellati. His natura in tenebris remoto lumine, alio fulgore clarere, et quā to magis humorem habeant. Lucere in ore mādentium, lucere in manibus, atq; etiam in solo, atque ueste, decidentibus guttis: ut procul dubio pateat, succi illā naturā esse, quam miremur etiā in corpore.

De inimicitijs & amicitijs inter se aquatilium. Caput .LXII.

SVnt & inimicitiarum atque concordiæ miracula. Mugil et lupus mutuo odio flagrant. Conger & murena caudas inter se prærodentes. Polypum in tantum locusta pauet, ut si iuxtà uiderit, oīno moriatur. Locustam cōger, rursus polypum congri lacerant. Nigidius autor est, prærodere caudam mugili lupum, eosdemq; statis mensibus concordes esse. Omnes autem uiuere, quibus caudæ sic amputentur. At è contrario amicitiæ exempla sunt, præter illos, de quorum diximus societate. Balenæ musculus quandoque, prægraui superciliorum pondere obrutis eius oculis, infestantia magnitudinem uada prænatans demonstrat, oculorumq; uice fungitur. Hinc uolucrum naturæ dicentur.

# C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .X.

De natura auium. Caput .I.



EQVITVR NATVRA auiū: quarū grādissimi & pene bestiarū generis, struthio cameli Africi uel Aethiopici, altitudinē equitis insidētis equo excedunt, celeritate uincunt: ad hoc demum datis pennis, ut currentem adiuuent: cætero non sunt uolucres, nec à terra tollūtur. Vngulæ ijs ceruinis similes, q̄bus dimicant, bisulcæ, comprehendendis lapidibus utiles, quos in fuga contra sequentes ingerūt pedibus. Concoquēdi sine delectu deuorata mira natura, sed non minus stoliditas, in tanta reliqui corporis altitudine, cum colla frutice occultauerint, latere sese existimantium. Præmia ex ijs oua, ꝓpter amplitudinē pro quibusdā habita uasis, conosq; bellicos & galeas adornātes, pennæ.

Hinc Arist. li. 4. de part. aīalīū ca. ultimo. Struthionem (ita eū appellat) parti auē, parti quadrupedē referre dicit. Nam bipes tanq̄ auis, bisulcus tanq̄ quadrupes est. Hæc ille. Strabo aūt lib. 16. hanc auem in Arabia felici collocare uidetur, ubi aues esse dicit ceruorū magnitudine, quæ uola-

De phœnice. Caput .II.

AEthiopes atq; Indi, discolores maxime & inenarrabiles ferūt aues, & ante oēs nobilem Arabiæ phœnicē: haud scio an fabulose, unum in toto orbe, nec uisum magnopere. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleā roseis caudā pennis distinguentibus, cri-

stis faciē

ſtis faciem caputq; plumeo apice honeſtãte. Primus atq; diligentißimus togatorum de eo prodidit Manilius. Senator ille maximus, nobilis doctrinis doctore nullo, autor eſt, neminem extitiſſe qui uiderit ueſcentem: ſacrũ in Arabia ſoli eſſe, uiuere annis. DCLX: ſeneſcentẽ caſia thurisq; ſurculis cõſtruere nidũ, replere odoribus, et ſup emori. Ex oßibus deide ac medullis naſci primo ceu uermiculũ, inde fieri pullum. Principioq; iuſta funeri priori reddere, et totũ deferre nidum ꝓpe Panchaiã in ſolis urbem, et in ara ibi deponere. Cum huius alitis uita magni cõuerſionem anni fieri prodit idem Manilius, iterumq; ſignificationes tempeſtatũ & ſiderũ eodem reuerti. Hoc aũt circa meridiẽ incipere, quo die ſignũ Arietis ſol intrauerit. Et fuiſſe eius conuerſionis annum prodente ſe P. Licinio, M. Cornelio coß. ducenteſimũquintum decimum. Cor. Valerianus phœnicẽ deuolauiſſe in Aegyptum tradit, Q. Plautio, Sex. Papinio coß. Allatumq; eſſe in urbem, Claudij principis cenſura, anno urbis. DCCC. & in comitio propoſitum: quod actis teſtatum eſt, ſed quæ falſa eſſe nemo dubitarit.

re nõ poſſunt, ſed uelociter currũt, quemadmodũ ſtruthiocameli.

De aquilis. Caput .III.

Ex his quas nouimus, aquilæ maximus honos, maxĩa & uis. Sex earũ genera: Melænaëtos à græcis dicta, eademq; ualeria, minima magnitudine, uiribus præcipua, colore nigricãs: ſola aquilarũ fœtus ſuos alit, ceteræ (ut dicemus) fugant: ſola ſine

*clangore, ſine murmuratione. Cõuerſatur autem in montibus. Secũdi generis pygargus, in oppidis manſitat & in cãpis, albicãte cauda. Tertij morphnos,* quam Homerus & percnon uocat, *aliqui & plancum, & anatariam, ſecunda magnitudine & ui, huicq; uita circa lacus.* Phœmone Apollinis dicta *filia, dẽtes ei eſſe prodidit, mutæ aliâs, carẽti lingua, eandemq; aquilarum nigerrimã prominentiore cauda.* Conſenſit & Boëthus. *Ingenium eſt ei, teſtudines raptas frangere è ſublimi iaciendo: quæ ſors interemit poetam* Aeſchylum, *prædictam fatis (ut ferunt) eius diei ruinã, ſecura cæli fide cauẽtem.* Item *quarti generis eſt percnopterus, eadẽ moratur per lacus, uulturina ſpecie, alis minimis, reliquas magnitudine antecellens, ſed imbellis & degener, utpote quã uerberet coruus.* Eadẽ *ieiunæ ſemper auiditatis, et querulæ murmurationis. Sola aquilarum exanima fert corpora, cæteræ cum occidẽre conſidunt.* Hæc *facit ut quintũ genus gneſion uocetur, uelut uerum, ſoliũq; incorruptæ originis, media magnitudine, colore ſub rutilo, rarum conſpectu. Supereſt haliæetus, clariſſima oculorum acie, librans ex alto ſeſe: uiſoq; in mari piſce, præceps in mari ruens, & diſcuſſis pectore aquis rapiens.* Illa *quam tertiam diximus circa ſtagna, aquaticas aues appetit, mergentes ſeſe ſubinde, donec ſopitas laſſatasq; rapiat. Spectãda dimicatio, aue ad pſugia littorum tendente, maxime ſi cõdenſa*

Ilia. 24. μορφνὸν θηρητῆρ', ὃν καὶ περκνὸν καλέουσιν.

harundo

harundo sit: aquila in deiectu abigente ala, & cum appetit in lacus cadente, umbramq; suam nanti sub aqua à littore ostendēte: rursus aue in diuersa, et ubi minime se credat spectari, emergēte. Hæc causa est gregatim auibus natandi, quia plures simul non infestantur, resperſu pennarū hostem obcæcantes. Sæpe et aqlæ ipsæ non tolerantes pondus apprehēsum, unà mergūtur. Haliæetus tantū implumes etiamnū pullos suos pcutiens, subinde cogit aduersus intueri solis radios: et si conniuentē flentemq; animaduertit, præcipitat è nido, uelut adulterinū & degenerē: illū cuius acies firma cōtrà steterit, educat. Haliæeti suum genus non habēt, sed ex diuerso aquilarū coitu nascūtur. Id qdem quod ex ijs natū est, in oßifragis genus habet, è qbus uultures progenerātur minores. Et ex ijs magni qui oīno non generāt. Quidam adijciunt genus aqlæ (quam barbatā uocant, Thusci uero oßifragā) tribus primis, et qnto aquilarū generi. Inædificatur nido lapis aëtites, quem aliqui dixere gagaten, ad multa remedia utilis, nihil igne depdens. Est aūt lapis iste prægnās: intus cū quatias, alio uelut in utero sonāte. Sed uis illa medica nō nisi in nido direptis. Nidificāt in petris et arboribus, pariūt oua terna: excludūt pullos binos, uisi sunt et tres aliquādo. Alterū expellūt tædio nutriēdi: Quippe eo tpe ipsis cibū negauit natura, pspiciēs, ne oīm ferarū fœtus raperentur. Vngues quoq; earū inuertuntur diebus

 ijs. Albe

Basilius cognomēto Magnus ĩ opere hexaëmeron de aquila: Iniquissima ĩquit, uolucris aqla in educãda sua ꝑle dicitur. Nam tædio nutriendi ipsa fugat. Sed hūc eiectū ut aiūt, cognati generis ossifragus non negligit, neq; ꝑiresinit, sed excipit, et unà cū suis educat pullis. Hoc & ab Aristote. li. 9. c. 34. ad eundem propè modū narratur.

ijs. Albescūt inedia pēnæ, ut merito partus suos oderint. Sed eiectos ab his cognatū genus ossifragæ excipiunt, & educant cum suis. Verū adultos quoque persequitur parens, & longe fugat, æmulos scilicet rapinæ. Et alioquin unum par aquilarū, magno ad populandū tractu ut satietur indiget. Determinant ergo spatia, nec in ꝓximo prædantur. Rapta non ꝓtinus ferūt, sed primo deponūt, exptæq; pondus tūc demū abeunt. Oppētūt nō senio, nec ægritudine, sed fame: in tantū superiore accrescēte rostro, ut adūcitas apiri non queat. A meridiano autem tēpore operantur, & uolant: prioribus horis diei, donec impleantur hoīm conuentu fora, ignauæ sedent. Aquilarum pennæ mixtas reliquarum alitum pennas deuorant. Negant unquam solam hanc alitem fulmine exanimatam: ideo armigeram Iouis consuetudo iudicauit.

Quando legionū signa esse cœꝑint, & cum q̄bus sit illis bellum. Ca. IIII.

Romanis eam legionibus C. Marius in secundo consulatu suo proprie dicauit. Erat & antea prima cū quatuor alijs, lupis, minotauris, equis, apris, quæ singulos ordines anteibāt. Paucis antè annis sola in acie portari cœꝑat, reliqua ĩ castris relinquebantur. Marius in totū ea abdicauit. Ex eo notatum, non ferè apud legiones unq̄ hybernatum esse in castris, ubi aquilarū non sit iugum. Primo & secundo generi non minorum tantū quadrupedum rapina, sed

na, sed etiam cum ceruis prælia. Multum puluerem uolutatu collectum, insidens cornibus excutit in oculos, pennis ora uerberans, donec præcipitet in rupes. Nec unus hostis illi satis est: acrior est cum dracone pugna, multoq; magis anceps etiam si in aëre. Oua hic consectatur aquilæ auiditate malefica, at illa ob hoc rapit ubicunque uisum. Ille multiplici nexu alas ligat, ita se implicans, ut simul decidat.

Mirum de aquila. Ca. .V.

Est pcelebris apud Seston urbē aquilæ gloria: Educatā à uirgine retulisse gratiā: aues primo, mox deinde uenatus aggerentem. Defuncta postremo, in rogum accensum eius iniecisse sese, & simul conflagrasse. Quam ob causam incolæ, quod uocant Heroum in eo loco fecere, appellatum Iouis & uirginis, quoniam illi deo ales ascribitur.

De uulturibus. Caput .VI.

Vulturū præualēt nigri. Nidos nemo attigit. Ideo etiam fuere, qui putarēt illos ex aduerso orbe aduolare falsò. Nidificant enim in excelsissimis rupibus. Fœtus quidem sæpe cernuntur ferè bini. Vmbritius aruspicum ĩ nostro æuo peritissimus, parere tradit oua tria: uno ex ijs reliqua oua nidumq; lustrare, mox abijcere. Triduo autem antè aut biduo uolare eos, ubi cadauera futura sunt.

De sanquale. Caput .VII.

Sanqualem auem atq; immussulum, augures Romani ma

mani magnæ quæstioni habẽt. Immussulũ aliqui uul turis pullũ arbitrantur esse, & sanqualẽ oßifragæ. Massurius sanqualem oßifragam dicit esse, immussu lum autem pullũ aquilæ, priusquam albicet cauda. Quidam post Mutium augurem uisos non esse Rome confirmauere. Ego (quod uerisimilius est) in desidia rerum omnium non arbitror agnitos.

De accipitribus. Caput .VIII

ACcipitrum genera .XVI. inuenimus. Ex ijs circon claudũ altero pede, prosperrimi augurij nuptialibus negotijs & pecuniariæ rei. Triorchem à numero testiũ, cui principatum in augurijs Phœmone dedit: bũteonem hunc appellãt Romani, familia etiam ex eo cognoĩata, cum prospero auspicio in ducis naui sedisset. Aesolona græci uocant, qui solus omni tempore apparet. Cæteri hyeme abeũt. Distinctio generum ex auiditate. Alij non nisi ex terra rapiunt auem, alij non nisi circa arbores uolitantem, alij sedentem in sublimi, aliqui uolantẽ in apto. Itaq; & columbæ nouere ex ijs pericula, uisoq; considunt, uel subuolãt, contra naturã eius auxiliantes sibi, in insula Africæ Cerne in oceano. Accipitres tutius Massiliæ humi fœtificant, nec alibi nascuntur illis assueti gẽtibus. In Thraciæ parte sup Amphipolim hoĩes atq; accipitres societate quadam aucupantur. Hi ex syluis & harũdinetis excitant aues, illi supernuolantes deprimunt. Rursus captas aucupes di-

uidunt

uidunt cum ijs. Traditum est, missas ĩ sublime ibi excipere eos: & cum tempus sit capturæ, clangore ac uolatus genere inuitare ad occasionẽ. Simile quiddã lupi apud Mæotin paludem faciunt. Nam nisi partem à piscãtibus suam accepe, expansa corũ retia lacerant. Accipitres auium non edunt corda. Nocturnus accipiter cymindis uocatur, rarus etiã in syluis, interdiu minus cernens. Bellum internecium gerit cum aquila, cohærentesq; sæpe prehenduntur.

De cocyce, quæ à suo genere interimitur.
Caput .IX.

COcyx ex accipitre uidetur fieri, tempore anni figuram mutans, quoniam tunc non apparent reliqui, nisi perquam paucis diebus: Ipseq; modico tempore æstatis uisus, non cernitur postea. Est autem neque adũcis unguibus solus accipitrum, nec capite similis illis, neq; alio q̃ colore, ac rictu columbis potius. Quin absumitur ab accipitre, si quando unà apparuere: Sola omnium auis à suo genere interempta. Mutat autem & uocem: procedit uere: occultatur caniculæ ortu: semperq; parit in alienis nidis, maxime palumbium, maiori ex parte singula oua, quod nulla alia auis: raro bina. Causa subijciẽdi pullos putatur, quod sciat se inuisam cunctis auibus. Nam minuta quoq; infestant: ita non fore tutã generi suo stirpẽ opinatur, ni fefellerit: quare nullũ facit nidum, alioquin trepidum animal. Educat ergo subdi-

go subditũ adulterato fœta nixu. Ille auidus ex natura, præripit cibos reliqs pullis, itaq; pinguescit, et nitidus in se nutricẽ cõuertit: illa gaudet eius specie, miraturq; sese ipsam q̃ talẽ peperit. Suos cõparatiõe eius damnat ut alienos, absumiq; etiam se in spectãte patitur, donec corripit ipsam quoq; iã uolãdi potẽs. Nulla tũ auiũ suauitate carnis cõparatur illi.

De miluis. Caput .X.

Milui ex eodem accipitrũ genere, magnitudine differũt. Notandum in his, rapacissimam et famelicã semp alitem, nihil esculenti rapere unq̃ ex funerũ ferculis, nec Olympiæ ex ara. Ac ne ferentium quidẽ manibus, nisi lugubri municipiorũ immolantiũ ostento. Iidẽ uidentur artẽ gubernandi docuisse: cauda flexibus in cælo monstrante natura, qđ opus esset in ꝓfundo. Milui et ipsi hybernis mensibus latent, non tamen ante hirundines abeuntes. Traduntur autem & solstitijs affici podagra.

Digestio auium per genera. Ca. .XI.

Volucrũ prima distinctio pedibus maxĩe constat. Aut enim aduncos ungues habẽt, aut digitos, aut palmipedũ in genere sunt, uti anseres, & aquaticæ ferè aues. Aduncos ungues habentia carne tantum uescuntur ex parte magna.

De inauspicatis auibus, cornice, coruis, bubone. Caput .XII.

Cornices et alio pabulo. Atq; duritiam nucis

rostro

rostro repugnantem, uolantes in altũ in saxa tegulásue iaciunt iterum ac sæpius, donec quassatã perfringere queant. Ipsa ales est inauspicatæ garrulitatis, à quibusdam tamẽ laudata. Ab arcturi sidere ad hirũdinum aduentũ notatur eam in Mineruæ lucis templisq; raro, alicubi omnino nõ aspici, sicut Athenis. Præterea sola hæc etiam uolãtes pullos aliquandiu pascit. Inauspicatissima fœtus tempore, hoc est post solstitiũ. Cæteræ omnes ex eodẽ genere pellunt nidis pullos, ac uolare cogunt, sicut & corui: qui & ipsi non carne tantum alũtur, sed robustos quoq; fœtus suos fugant longius. Itaq; paruis in uicis nõ plus bina coniugia sunt: Circa Cranonem quidem Thessaliæ singula perpetuo. Genitores soboli loco cedũt. Diuersa in hac & supradicta alite quædam. Corui ante solstitium generant. Item ægrescunt sexagenis diebus, siti maxime, anteq̃ fici coquãtur autũno. Cornix ab eo tempore corripitur morbo. Corui pariunt cum plurimum quinos. Ore eos parere aut coire uulgus arbitratur. Ideoq; grauidas, si ederint coruinũ ouũ, per os partũ reddere: atq; in totũ, difficulter parere, si tecto inferãtur. * Aristoteles negat, non hercule magis q̃ in Aegypto ibim: sed illam exosculationem (quæ sæpe cernitur) qualẽ in colũbis esse. Corui in auspicijs soli uidentur intellectũ habere significationũ suarũ. Nã cũ Mediæ hospites occisi sunt, oẽs è Peloponeso et Attica regiõe uolauerũt. Pessima

* Li.3. de animal. gene. ca. 6. Sunt enim, inquit, qui coruos et ibim ore coire opinantur, inter quadrupedes etiã mustelam ore parere. Hæc enĩ & Anaxagoras et alij q̃dã naturales autores scribunt simpliciter ualde et inc õsiderate, qui ĩ auiũ genere ratiocinatiõe illa falluntur, q, raro coruorũ coitus cernatur, rostrorum cõiunctio sæpenumero. Cæterũ de hospitibus Me-

diæ, quorũ hic mẽtionẽ facit Aristote. alibi quoq; mentio ab eo fit, li. uidelicet. 9. ca. 31: Tpe, inqt, quo apd' Phar sala hospites Mediæ piērũt ceterui locis Athenarũ Pelopõnesiq; defuērũt, quasi sensum haberent aliquẽ, quo inter se rerũ euẽ ta significarẽt et mouerẽtur.

Pessima eorũ significatio cũ glutiũt uocẽ uelut strangulati. Vncos ungues et nocturnæ aues habẽt, ut noctuæ, bubo, ululæ. Oĩm horum hebetes interdiu oculi. Bubo funebris, et maxĩe aboĩatus, publicis præcipue auspicijs. Deserta incolit, nec tantũ desolata, sed dira etiã et ĩaccessã. Noctis monstrũ nec cãtu aliquo uocali, sed gemitu. Itaq; in urbibus aut oĩno in luce uisus, dirũ ostentũ est. Priuatorũ domibus insidẽtem plurimũ scio non fuisse feralẽ. Volat nunq̃ quolibet, sed transuersus aufertur. Capitolij cellam ipsam intrauit Sex. Papellio Istro, L. Pediano coss. propter quod nonis Martijs urbs lustrata est eo anno.

De incendiaria aue. Ca. XIII.

INauspicata est et incẽdiaria auis, ꝓpter quã sæpenumero lustratã urbẽ in annalibus inuenimus, sicut L. Crasso, C. Mario coss. quo anno & bubone uiso lustrata est. Quæ sit auis ea nec reperitur, nec traditur. Quidã ita interpretãtur incendiariã esse, quæcunq; apparuerit carbonẽ ferens ex aris uel altaribus. Alij spinturnicẽ eã uocãt. Sed hæc ipsa quæ esset inter aues, qui se scire diceret non inueni.

De cliuina. Caput XIIII.

CLiuinam quoq; auem ab antiquis nominatim animaduerto ignorari. Quidam clamatoriã dicũt, Labeo ꝓhibitoriã. Et apud Nigidiũ subis appellatur auis, quæ aquilarũ oua frangat.

De auibus incognitis. Ca. XV.

Sunt pra

SVnt præterea complura genera depicta in Hetrusca disciplina, seculis non uisa, quæ nunc defecisse mirum est, cum abundet etiam quæ gula humana populatur.

De auibus nocturnis. Ca. .XVI.

EXternorum de augurijs peritissime scripsisse Hylas nomine putatur. Is tradit noctuã, bubonem, picum arbores cauantem, trogonem, cornicem, à cauda de ouo exire: quoniam pondere capitũ peruersa oua, posteriorem partem corporum fouendam matri applicent.

De noctuis. Caput .XVII.

NOctuarum contra aues solers dimicatio. Maiore circundatæ multitudine, resupinæ pedibus repugnant: collectæq; in arctum, rostro & unguibus totæ teguntur. Auxiliatur accipiter collegio quodam naturæ, bellumq; partitur. Noctuas sexagenis diebus hyemis cubare, & nouem uoces habere tradit Nigidius.

De pico martio. Caput .XVIII.

SVnt et paruæ aues uncorum unguium, ut picus martius cognomine, insignes et in auspicijs magnæ. Quo in genere arborum cauatores scandentes in subrectum felium modo. Illi uero & supini, percussi corticis sono, pabulum subesse intelligunt. Pullos in cauis educant auium soli. Adactus cauernis eorum à pastore cuneus, admota quadam herba ab his

*ba ab his elabi creditur uulgo.* Trebius *autor est, clauum uel cuneum adactum quanta ui libeat in arbores in quibus nidum habeat, statim exilire cũ crepitu arboris, cũ insederit clauo aut cuneo.* Ipsi *principales* Latio *sunt in augurijs à rege qui nomẽ huic aui dedit.* V*num eorũ præscitum transire non queo.* In *capite prætoris urbani* L. Tuberonis*, in foro iura pro tribunali reddentis sedit ita placide, ut manu apprehenderetur.* Re*spõdere uates, exitium imperio portẽdi si dimitteretur: at si exanimaretur, prætori.* Et *ille auẽ ꝑtinus cõcerpsit.* Nec *mlto post impleuit ꝑdigiũ.* V*escuntur & glande in hoc genere, pomisq; multæ, sed quæ carne tantũ non uiuũt, excepto miluo: quod ipsum in augurijs dirum est.*

De *uncos ungues habentibus & digitos.*

*Caput* .XIX.

V Ncos *ungues habẽtes omnino non cõgregantur, et sibi quoq; prædantur.* Sunt *aũt omnes ferè altiuolæ præter nocturnas: & magis, maiores.* Oĩbus *qbus alæ grandes, corpus exiguũ.* Ambulant *difficulter.* In *petris raro consistunt, curuatura unguium ꝓhibente.* Nunc *de secundo ordine dicamus, qui in duas diuiditur species, oscines, et alites: illarũ generi cãtus oris, his magnitudo differentiã dedit.* Itaq; *præcedet ordine oẽs reliquas.*

De *pauonibus, et quis eos primus comederit.*

*Caput* .XX.

In *his pa-*

IN his pauonum genus, cum forma tum intellectu eius & gloria. Gemmantes laudatus expandit colores aduerso maxime sole, quia sic fulgentius radiat. Simul umbræ quosdam repercussus cæteris, qui in opaco clarius micant, conchata quærit cauda: omnesq; in aceruum contrahit pennarum quos spectari gaudet oculos. Idem cauda annuis uicibus amissa cũ folijs arborum, donec renascatur iterum cum flore, pudibũdus ac mœrens quærit latebram. Viuit annis. XXV. Colores incipit fundere in trimatu. Ab autoribus nõ gloriosum tantũ animal traditur, sed & maleuolum, sicut anserẽ uerecundum: quoniam has quoq; quidã addiderunt notas in his, haud probatas mihi. Pauonẽ cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortensius, adijciali cœna sacerdotij. Saginare primus instituit circa nouissimum piraticum bellum M. Aufidius Lurco, exq; eo quæstu reditus ijs sestertium sexagena milia habuit.

De gallis, & quomodo castrentur, & de gallinaceo locuto. Caput .XXI.

PRoxime gloriam sentiunt & hi nostri uigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus, rumpendoq; somno natura genuit. Norunt sidera, et ternas distinguunt horas interdiu cantu. Cum sole eunt cubitum, quartaq; castrensi uigilia ad curas laboremq; reuocant. Nec solis ortũ incautis patiũtur obrepere, diemq; uenientem nunciant cantu, ipsum

uero cantum plausu laterum. Imperitāt suo generi, & regnū in quacunq; sunt domo exercent. Dimicatione paritur hoc quoque inter ipsos, uelut ideo tela agnata cruribus suis intelligētes: nec finis sæpe commorietibus. Qđ si palma cōtingit, statim in uictoria canūt, seq; ipsi pricipes testātur. Victus occultatur silēs, ægreq; seruitiū patitur. Et plebs tamē æque superba graditur ardua ceruice, cristis eclsa: cælūq; sola uolucrū aspicit crebro, in sublime quoq; caudā falcatā erigēs: itaq; terrori sunt etiā leonibus generosissimis ferarū. Iam ex his qdā ad bella tantū et prælia aßidua nascūtur, qbus etiā patrias nobilitarunt Rhodū ac Tanagrā. Secūdus est honos habitus Medicis ac Chalcidicis, ut planè dignæ aliti tantū honoris præbeat humana purpura. Horū sunt tripudia sollistima. Hi magistratus nostros quotidie regunt, domosq; ipsi suas claudūt aut reserāt: hi fasces Ro. impellūt aut retinēt, iubēt acies aut ꝓhibēt, uictoriarū oīm toto orbe partarū auspices, hi maximo terrarū impio imperitant. Ex ijs etiam fibræ sunt, quæ haud aliterq̄ opimæ uictimæ dijs gratæ. Habent ostenta ex se & præposteri eorum uespertini cātus. Nanq; totis noctibus canendo, Bœotijs nobilē illam aduersus Lacedæmonios præsagiuere uictoriam, ita coniecta interpretatione, quoniā uicta ales illa non caneret. Desinunt canere castrati, quod duobus fit modis, lūbis adustis candente ferro, aut imis cruribus: mox ulcere

Medicis non Melicis legendū: q̄q̄ usus fortaßis cōtrà obtinuit: de qbus M. Varro li. 3. cap. 8. hæc scribit: de tribus generibus gallinarū saginātur maxime uillaticæ. Et paulo pòst ca. eodē: Nec cōtinuo his, q̄s

ulcere oblito figlina creta: facilius ita pinguescunt. Pergami oĩbus annis spectaculũ gallorũ publice edi tur ceu gladiatorũ. Inuenitur in annalibus in Arimi nensi agro M. Lepido, Q. Catulo coss. in uilla Gale rij locutum gallinaceum, semel qđ equidem sciam.

De anseribus, & quis primus iecur anserinũ comederit, & de adipe anserino Comageno. Caput .XXII.

Est et anseri uigil cura Capitolio testata defen so, per id tẽpus canum silentio proditis rebus. Quamobrẽ cibaria anserũ censores in primis locãt. Quin et fama amoris. Argis dilecta forma pueri no mine Oleni, et Glauces Ptolemæo regi cithara canẽ tis, quam eodẽ tpe & aries amasse ꝓditur. Potest et sapientiæ uideri intellectus ijs esse: Ita comes ꝑpetuo adhæsisse Lacydi philosopho dicitur, nusq̃ ab eo non in publico, nõ in balneis, nõ noctu, nõ interdiu digres sus. Nostri sapientiores, q eos iecoris bonitate noue re. Fartilibus ĩ magnam amplitudinẽ crescit, exem ptũ quoq; lacte mulso augetur. Nec sine causa ĩ quæ stione est, quis primus tantũ bonum inuenerit, Scipio an Metellus uir consularis, an M. Sestius eadẽ ætate eques Ro. Sed (qđ constat) Messalinus Cotta, Messa læ oratoris filius, palmas pedum ex ijs torrere, atq; patinis cũ gallinaceorũ cristis cõdire repit. Tribue tur enim à me culinis cuiusq; palma cum fide. Mirũ ĩ hac alite, à Morinis usq; ad Romã pedibus uenere.

melicas appel lãt falsò, q an tiq ut Thetim Thelin dice bãt, sic Medi cã melicã uo cabãt. Hæ pri mo sic diceba tur, qa ex Me dia ꝓpter ma gnitudinem e rãt allatæ. Et Colu. li. 8. ca. 2. de generi bus gallinarũ Præcipue, in quit, Tanagri cum genus & Rhodiũ ꝓba bãt, nec minus Chalcidicũ et Medicũ, quod ab impito uul go litera mu tata melicum appellatur.

Fessi ꝑferuntur ad prios, ita cæteri stipatiõe natu-rali ꝑpellunt eos. Candidorũ alterũ uectigal in pluma. Vellũtur q̃busdã locis bis anno. Rursus plumigeri uestiũtur, molliorq́; quæ corpori q̃proxĩa, & ẽ Germania laudatissima. Cãdidi ibi, uerũ mĩores ganzæ uocantur. Pretiũ plumæ eorũ, in libras denarij quini. Et inde crimina plerunq́; auxiliarium præfectis, à uigili statiõe ad hæc aucupia dimissis cohortibus totis. Eoq́; deliciæ ꝑcessere, ut sine hoc instrumento durare iã ne uirorũ quidem ceruices possint. Aliud reperit Syriæ pars quæ Comagene uocatur: Adipem eorum in uase æreo cum cinnamo niue multa obrutũ, ac rigore gelido maceratũ, ad usum præclari medicaminis, quod ab gente dicitur Comagẽnum. Anserũ generis sunt penelopes, & quibus lautiores epulas nõ nouit Britannia chenalopeces ferẽ anseres minores. * Decet et erythrotaonas suus nitor, absolutaq́; nigritia, insupcilijs cocci rubor. Alterũ eorũ genus uulturũ magnitudine excedit, quorum & colorẽ reddit. Nec ulla auis excepto Struthiocamelo maius corpore ĩplens põdus: in tantũ aucta, ut in terra quoq́; immobilis prehendatur. Gignunt eos alpes, & septentrionalis regio. In auiarijs saporẽ perdũt. Moriũtur cõtumacia spũ reuocato. Proximæ eis sunt, quas Hispania aues tardas appellat, Græci otidas, damnatas in cibis. Emissa enĩ ossibus medulla, odoris tædium extemplo sequitur.

* Ang. Poli. in miscel. li. 57. tetraonas legendũ cõtendit, cui et Beroaldus ĩ Sueto. subscribit, quanquã Hermo. existimat sine iiuria Pli. posse legi erythrotaonas, ut sit cõpositum ex nõie ἐρυθρὸς quod rubrũ, et ταὼν qđ & ταὼς qđ pauonẽ significat. Nã ex Alberto cognomẽto Magno idẽ colligit anserũ genus, qđ præter cristã caput habet simitudĩe pauõis.

De grui-

De gruibus, ciconijs, oloribus, & peregrinis auibus, et coturnicibus, de glotte. Ca. .XXIII.

INducias habet gens Pygmæorum abscessu gruũ (ut diximus) cum ijs dimicantium. Immensus est tractus quo ueniunt, si qs reputet, à mari Eoo. Quando proficiscuntur consentiunt, uolant ad prospiciendum altæ, ducem quem sequantur eligunt. In extremo agmine per uices qui acclament dispositos habent, & qui gregem uoce contineant. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes, qui lassatis somno decidens, indulgentiam sono coarguat. Cæteræ dormiunt capite subter alam condito, alternis pedibus insistentes. Dux erecto prouidet collo, ac prædicit. Et eædem mãsuefactæ lasciuiunt, gyrosq; quosdã indecoro cursu uel singulæ peragunt. Certum est, Pontum transuolaturas, primum oĩm angustias petere, inter duo ꝓmõtoria Criumetopum & Carambin: mox saburra stabiliri. Cum mediũ transierint, abijci lapillos è pedibus: cum attigerint continentẽ, & è gutture harenam. Cor. Nepos, qui diui Augusti principatu obijt, cũ scriberet turdos pauloante cœptos saginari, addidit ciconias magis placere quàm grues: cum hæc nunc ales inter primas expetatur, illã nemo uelit tetigisse. Ciconiæ quonam è loco ueniant, aut quò se referant, incompertũ adhuc est. E longinquo uenire non dubiũ, eodẽ quo grues modo: illas hyemis, has æstatis aduenas.

Qua, legendũ putãt: quo, tamen legi põt, ut sit, quo, hoc est ꝑ quẽ tractum. De hoc ipso Arist. li. 8 c. 12. Ex auibus, inqt, grues ex ultĩs in ultĩa abeunt.

*Abituræ congregãtur in loco certo, comitatæq; sic, ut nulla sui generis relinquatur, nisi captiua & serua, ceu lege prædicta die recedũt.* Nemo uidit agmẽ *discedentiũ, cum discessurum appareat: nec uenire, sed uenisse cernimus: Vtrunq; nocturnis fit temporibus.* Et q̃uis *ultrà citràue peruolent, nunq̃ tamen ad uenisse usq̃ nisi noctu existimãtur.* Pythonis comẽ uocant in *Asia patentibus campis, ubi cõgregatæ inter se commurmurant.* Eam *deniq; quæ nouissimo aduenit lacerãt, atq; ita abeunt.* Notatũ, *post* Idus Augu*stas non temere uisas ibi. Sunt qui ciconijs non inesse linguas confirment.* Honos *ijs serpentium exitio tantus, ut in* Thessalia *capitale fuerit occidisse, eadẽ legibus pœna, quæ in homicidã. Simili anseres quoque & olores ratione cõmeant. Sed horum uolatus cernitur.* Liburnicarũ *more rostrato impetu feruntur, facilius ita findentes aẽra, q̃ si recta fronte impellerent, à tergo sensim dilatante se cuneo porrigitur agmẽ, largeq; impellenti præbetur auræ.* Colla *imponunt præcedentibus, fessos duces ad terga recipiunt.* Cieoniæ *nidos eosdẽ repetunt.* Genitricũ *senectã inuicẽ educãt.* Olorũ *morte narratur flebilis cãtus, falsis (ut arbitror) aliquot expimentis.* Iidem *mutua carne uescũtur inter se.* Verũ *hæc cõmeantium per maria terrasq; pegrinatio nõ patitur deferr imminores quoq;, quibus est natura similis.* Vtcunq; *enim supradictas magnitudo et uires corporũ inuitare uideri possunt.*

Quod Plinius improbat tãq̃ fabulosum, Aristo. contrà approbare uidetur li. 9. c. 12.

ri possunt. Coturnices etiã semp antè ueniunt q̃ gruës. Parua auis, & cum ad nos uenit, terrestris potius q̃ sublimis. Aduolãt & eæ simili modo nõ sine pֿiculo nauigãtium, cum appropinquauere terris. Quippe: uelis sæpe insidunt, & hoc semp noctu, mergũtq; na uigia. Iter est his per hospitia certa. Austro nõ uolãt humido scilicet et grauiore uẽto. Aura tamẽ uehi uo lunt, pֿpter põdus corporũ, uiresq; paruas. Hinc uo lantiũ illa cõquestio labore expressa. Aquilone ergo maxĩe uolãt ortygometra duce. Primã earũ terræ appropinquantẽ accipiter rapit. Eæ semper hinc re meantes comitatũ sollicitant. Abeuntq; unà per sua signa glottis & otis. Cenchramus glottis prælõgam exerit linguam, unde ei nomen. Hanc in initio blan dita peregrinatione auide peruectã pœnitẽtia in uo latu cũ labore scilicet subit. Reuerti incomitatam pi get & sequi, nec unq̃ plus uno die pagit. In proximo hospitio deserit. Verũ inuenitur alia antecedente an no relicta: simili modo in singulos dies. Cenchramus perseuerãtior festinat etiã præuenire ad expetitas si bi terras. Itaq; noctibus his eas excitat, admonetq; itineris. Otis bubone minor est, noctuis maior, auri bus plumeis eminẽtibus, unde & nomen illi. Quidã latine asionem uocant. Imitatrix aliâs auis ac para sita, & quodã genere saltatrix. Capitur haud diffi culter ut noctuæ, intẽta in aliquo circumeunte alio. Qđ si uẽtus agmẽ aduerso flatu cœperit inhibere,

Canere, iquit, soliti sunt, & præcipue iãiã morituri. Cui sententiæ & Martialis asti pulatur hoc di stycho: Dulcia defecta modu latur carmina lingua Canta tor cygnus fu neris ipse sui.

ponduſculis lapidũ apprehẽſis, aut gutture harena repleto, ſtabilitæ uolãt. Coturnicibus ueratri ſemen gratiſſimus cibus, quam ob cauſam eas damnauere mẽſis, ſimulq; comitialẽ ꝑpter morbũ deſpui ſuetũ, quẽ ſolæ animaliũ ſentiunt præter hominem.

Hermola. plané ambigit, utrum ueneni an ueretri legendũ ſit: qđ hincinde autores habeat, q̃bus utraque lectio fulciri poſſit, Solinũ in Polyhiſtore c. 18. Galenũ li. περὶ κράσεωρ. Et Lucretium li. 4. His uerſibus: Præt erea ueratrum nobis eſt acre uenenũ. At capris adipes & coturnicibus auget.

De hirundinibus, merulis, turdis, & ſturnis, turturibus, & palumbis. Ca. .XXIIII.

ABeunt & hirundines hybernis menſibus, ſola carne ueſcens auis ex ijs, quæ aduncos ungues non habẽt: ſed in uicina abeunt, Africos ſecutæ montium receſſus: inuentæq; iam ſunt ibi nudæ atq; deplumes. Thebarũ tecta ſubire negantur, quoniam urbs illa ſæpius capta ſit. Nec Biziæ ĩ Thracia propter ſcelera Terei. Cecina Volaterranus equeſtris ordĩs quadrigarũ dominus cõprehenſas in urbẽ ſecũ afferẽs, uictoriæ nuncias, amicis mittebat, in eundẽ nidũ remeãtes illito uictoriæ colore. Tradit & Fabius pictor in annalibus ſuis, cũ obſideretur præſidiũ Romanũ à Liguſtinis, hirũdinem à pullis ad ſe cum epiſtola allatã: ut lino ad pedẽ eius alligato nodis ſignificaret, quoto die aduenïẽte auxilio eruptio fieri deberet. Abeũt & merulæ turdiq;, & ſturni, ſimili modo in uicina. Sed hi plumã non amittũt, nec occultantur niſi ſpe cibi, quo hybernũ pabulũ petãt: itaq; in Germania hyeme maxïe turdi cernuntur. Verè turtur occultatur, pẽnasq; amittit. Abeũt et palumbes, quonã & in ijs incertũ. Sturnorũ generi ꝓpriũ cateruatim

Hoc loco uere accipiẽdũ, nõ

cateruatim uolare, & quodā pilæ orbe circūagi oībus in mediū agmē tendētibus. Volucrū soli hirundini flexuosi uolatus, uelox celeritas, quibus ex causis neq; rapinæ cæterarum alitum obnoxia est. Eadem demum sola auium non nisi ī uolatu pascitur.

Quæ auium perennes, quæ semestres, quæ trimestres. Caput .XXV.

TEmporum magna differētia auibus: Perennes ut colūbæ, semestres ut hirundines, trimestres ut turdi & turtures, & quæ cum fœtū eduxere abeunt, ut galguli, upupæ.

De auibus mira. Caput .XXVI.

AVtores sunt, omnibus annis aduolare Iliū ex Aethiopia aues, et confligere ad Memnonis sepulchrum, quas ob id Mēnonidas uocant. Hoc idē quinto quoq; anno facere eas in Aethiopia circa regiam Memnonis, exploratum sibi Cremutius tradit. Simili mō pugnā Meleagrides in Bœotia. Africæ hoc est gallinarum genus, gibberum, uarijs sparsum plumis, quæ nouissimæ sunt peregrinarum auiū in mensas receptæ propter ingratum uirus. Verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit.

De auibus seleucidibus. Ca. .XXVII.

SEleucides aues uocantur, quarum aduentum ab Ioue precibus impetrant Casij montis incolæ, fruges eorum locustis uastantibus. Nec unde ueniant, quóue abeant compertum, nunquam conspe-

ctis nisi

ut sit casus septimus, & ad tēpus referatur, sed pro eo qđ est haud dubie. Arist. l. 8. ca. 16. De turture quidē maxime oīm constat, īquit. Nemo enī ppè dixerit p hyemē uspiā turturē dicitur uidisse. Latere autē incipit præpīguis, & q̄q̄ pēnas in latebra dimittit, tamē pīguedinē seruat.

ctis nisi cum præsidio earum indigetur.

De ibi. Caput .XXVIII.

INuocant et Aegyptij ibes suas contra serpentiũ aduentum. Et Cyrenaici Achorem deum, muscarum multitudine pestilentiam afferente, quæ protinus intereunt postq̃ litatum est illi deo.

Quæ aues in qbus locis non sunt, et q̃ mutãt colorẽ et uocem, et de luscinijs. Ca. .XXIX.

SEd in secessu auium & noctuæ paucis diebus latere traduntur: quarũ genus in Creta insula nõ est, & etiamsi qua inuecta sit emoritur. Nam hæc quoq; mira naturæ differẽtia: alia alijs locis negat: tanquam genera frugum fruticúm ue, sic & animalium non nasci, translatitiorumq́; inuecta mori. Mirum quidem est, illud unius generis aliti aduersum. Quænã est his naturæ inuidia? aut qui terrarũ dicati auibus termini? Rhodus aquilã non habet. Trãspadana Italia iuxta alpes Lariũ lacũ appellat, amœnũ arbusto agrũ, ad quẽ ciconiæ nõ trãsmeãt, sicuti nec octauũ circa Lapidem ab eo. Immẽsa alioquin finitimo Insubriũ tractu examina gracculorum, & monedularũ, cui soli aui furacitas auri argentiq́; præcipue mira est. Picus Martius in Tarẽtino agro negatur esse. Nuꝑ et adhuc tamẽ rara ab Apẽnino ad urbem uersus cerni cœpere picarũ genera, q̃ lõga insignes cauda uarie appellãtur. Propriũ his caluescere oĩbus annis, cũ seritur rapa. Perdices nõ trãsuolant

Bœotiæ

Bœotiæ fines in Attica. Nec ulla auis in Ponti iſula, in q̃ ſepultus eſt Achilles, iſeſtat ſacratã ei ædẽ. In Fidenate agro iuxta urbẽ ciconiæ nec pullos nec nidũ faciunt. At in agrũ Volaterranũ palũbiũ uis è mari quotannis aduolat. Romæ ædẽ Herculis foro boario nec muſcæ nec canes intrant. Multa præterea ſilia, q̃ prudẽs ſubinde omitto in ſingulis generibus, faſtidio parcẽs: qppe cũ Theophraſtus tradat ĩuectitias eſſe in Aſia etiã columbas, & pauones, & coruos, et in Cyrenaica uocales ranas. Alia admiratio circa oſcines: ferè mutãt colorẽ uocẽq; tpe anni, ac repẽte fiũt aliæ: qđ in grãdiore alitũ genere grues tantum. Eæ enĩ ſenectute nigreſcũt. Merula ex nigra ruffeſcit, canit æſtate, hyeme balbutit, circa ſolſtitiũ muta. Roſtrũ quoq; anniculis in ebur trãsfiguratur, dũtaxat maribus. Turdis color æſtate circa collũ uarius, hyeme cõcolor. Luſcinijs diebus ac noctibus cõtinuis. XV. garrulus ſine intermiſſu cãtus, denſante ſe frondium germine, nõ in nouiſſimũ digna miratu aue. Primũ tanta uox tam paruo in corpuſculo, tam pertinax ſpiritus. Deinde in una perfecta muſicæ ſcientia modulatus editur ſonus: & nunc continuo ſpiritu trahitur in longum, nunc uariatur inflexo, nunc diſtinguitur cõciſo, copulatur intorto, promittitur, reuocatur, infuſcatur ex inopinato: interdũ & ſecũ ipſa murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extentus, ubi uiſum eſt uibrans, ſummus, medius, imus:

Subſiſte hic paululũ, quæſo, lector cãdide, ac tecũ mẽte uoluta q̃ uarias huius auiculæ in ipſo cãtu uocis mutationes effingat Plinius, uel ſi mauis,

Breuiter

depingat, Breuiterq;,oĩa tam paruulis in faucibus,quæ tot ex
atq; id quidẽ quisitis tibiarũ tormẽtis ars hoĩm excogitauit;ut nõ
uerbis tã aptis sit dubium,hanc suauitatẽ præmonstratã efficaci au
tã ad rẽ faciẽ spicio,cum in ore Stesichori cecinit infantis. At ne
tibus, ut mirũ qs dubitet artes esse plures,singulis sunt cantus, &
planè sit il- non idem oĩbus,sed suus cuiq;. Certant inter se,pa-
li ad eas expri lamq; animosa contentio est.Victa morte finit sæpe
mẽdas tantam uitam,spiritu prius deficiente q̃ cantu. Meditantur
uerborũ copiã aliæ iuniores,uersusq; quos imitentur accipiunt.Au
in pmptu sup- dit discipula intentione magna,& reddit,uicibusq;
petijsse,ut citi reticent.Intelligitur emendatæ correctio,& in do-
us etiã exposi- cente quædã reprehensio.Ergo seruorũ illis pretia
toris uox defi sunt,& quidẽ ampliora q̃ qbus olim armigeri para
ceret tãdem q̃ bantur. Candidã scio inconditam alioquin( quod est
explanando ppè inusitatũ)uenisse,quæ Agrippinæ Claudij prin
uerborum sen cipis cõiugi dono daretur.Visum iam sæpe,iussas ca
sum ad uiuum nere cœpisse,& cum symphonia alternasse: sicut ho
reddere pos- mines repertos, qui sonum earũ,addita in transuer-
set.Quod si in sas labias fronde harundinea,quasi foramine inspi-
re magna aut rantis linguæ,ut parua aliqua opposita mora,indis-
certe maiori creta redderet similitudine. Sed eæ tantæ tamq; ar
dicẽdi uires i- tifices argutiæ à.XV. diebus paulatim desinũt,nec
dẽ autor osten ut fatigatas possis dicere aut satiatas. Mox æstu au
dere uoluisset, cto in totũ alia uox fit,nec modulata aut uaria. Mu
num id pro rei tatur et color.Postremo hyeme ipsa nõ cernitur. Lĩ
dignitate præ guis earũ tenuitas illa prima nõ est, quæ cæteris aui
stare potuis- bus.Pariũt uere primo, cum plurimũ sena oua.Alia
ratio

ratio ficedulis. Nam formam simul coloremq; mutant. Hoc nomen non nisi autumno habēt; postea melancoryphi uocantur. Sic & erithacus hyeme, idem phœnicurus æstate. Mutat & upupa, ut tradit Aeschylus poeta, obscœna aliâs pastu auis, crista uisenda plicatili, contrahēs eā subrigēsq; p lōgitudinē capitis. Oenāthe qdē etiā statos latebræ dies habet, ex oriēte sirio occultatá, ab occasu eiusdem prodit: qđ miremur ipsis diebus utrūq;. Chlorion quoq; q totus est luteus, hyeme non uisus, circa solstitia procedit.

Set! Arbitror pfecto, ut longe decentius, ita multo copiosius.

De merulis. Caput .XXX.

MErulæ circa Cyllenen Arcadiæ, nec usquā aliubi candidæ nascuntur. Ibis circa Pelusium tantum nigra est, cæteris omnibus locis candida.

Tempus auium geniture. Ca. .XXXI.

OScines, præter exceptas, nō temerè fœtus faciūt ante æqnoctiū uernū, aut post autūnale: ante solstitium autem dubios, post solstitium uitales.

De halcyonibus, & de diebus earū nauigabilibus, & gauijs, et mergis. Ca. XXXII.

EOq; maxime sunt insignes halcyones. Dies earum partus, qui maria quoq; nauigant nouere. Ipsa auis paulo amplior passere, colore cyaneo ex parte maiore, tantū purpureis & candidis admixtis pennis, collo gracili ac procero. Alterū genus earum magnitudine distinguitur & cātu. Minores in harūdinetis canunt. Halcyonē uidere rarissimum

*est, nec nisi Vergiliarũ occasu, & circa solstitia brũmam ue, naue aliquãdo circumuolata, statim in latebras abeuntẽ. Fœtificant bruma, q dies halcyonides uocantur, placido mari per eos & nauigabili, Siculo maxime. In reliquis ptibus est quidẽ mitius pelagus: Siculum utiq; tractabile. Faciũt aũt septẽ ante brumã diebus nidos, & totidẽ sequentibus pariunt. Nidi earũ admirationẽ habent, pilæ figura paulum eminẽti, ore perq̃ angusto, granum spongiarũ similitudine, ferro intercidi non queũt. Frangũturq; ictu ualido, ut spuma arida maris. Nec unde cõfingãtur inuenitur. Putant ex spinis aculeatis: piscibus enim uiuũt. Subeũt et in amnes. Pariũt oua qna. Gauiæ in petris nidificant, mergi in arboribus. Pariũt plurimum terna. Sed gauiæ æstate, mergi incipiẽte uere.*

*De diuersitate nidificantiũ auiũ, hirũdine, argatili, cynamolgis, & pdicibus.* Ca. .XXXIII.

HAlcyonũ nidi figura, reliquarũ quoq; solertiæ nos admonet, neq; alia parte ingenia auium magis admiranda. Hirundines luto construunt, stramento roborant. Si quando inopia est luti, madefactum multa aqua pennis puluerẽ spargunt. Ipsum uero nidum mollibus plumis floccisq; consternunt tepefaciendis ouis simul, ne durus sit infantibus pullis. In fœtu summa æquitate alternant cibum. Notabili munditia egerunt excrementa pullorum: adultioresq; circumagi docent, & foras saturitatẽ emittere. Alterum

tere. Alterum genus hirundinum est rusticarum & agrestium, quæ raro in domibus, diuersos figura, sed eadem materia configunt nidos, totos supinos, faucibus porrectis in angustum, utero capaci: mirũ, quã peritia occultandis habiles pullis, & substernendis molles. In Aegypti Heracleotico ostio molem continuatione nidorũ euaganti Nilo inexpugnabilẽ opponunt, stadij ferè unius spatio, quod humano opere pfici non posset. In eadẽ Aegypto iuxta oppidũ Coptio insula est sacra Isidi, quã ne laceret amnis idẽ, muniunt opere, incipientibus uernis diebus palea & stramento rostro firmãtes, cõtinuatis p triduũ noctibus tanto labore, ut multas in ope emori cõstet. Eaq; militia illis cũ anno redit semp. Tertiũ est earũ genus quæ ripas excauãt, atq; ita in terra fœtificãt. Harũ pulli ad cinerẽ ambusti, mortifero fauciũ malo, multisq; alijs morbis humani corporis medentur. Non faciũt hæ nidos. Migrantq; multis diebus antè, si futurũ est ut auctus amnis attingat. In genere itẽ ripariarũ est cui nidus ex musco arido ita absoluta pficitur pila, ut ĩueniri nõ possit aditus. Argatilis appellatur, eadẽ figura ex lino intexẽs. Picorũ aliqs suspẽdit in surculo primis in ramis cyathi mõ, ut nulla q̃drupes posßit accedere. Galgulos qdẽ ipsos depẽdentes pedibus, somnũ capere cõfirmant, qa tutiores ita se sperant. Iam publicũ quidem oĩm est, tabulata ramorum sustinendo nido prouide eligere, cameraq;

ab imbri

Cinamomos ꝓ aue nō cynamolgus legitur apđ Aris. li.9.ca. 13.de qua aue eadē refert q̄ hoc loco Plinius. Hesychius quoque cinnamomon auē eē dicit, et herbā odoris optimi. κιννάμωμος καὶ ὄρνις καὶ πόα εὐωδεστάτη.

ab imbri aut fronde protegere densa. In Arabia cynamolgus auis appellatur: cinnami surculis nidificat. Plumbatis igitur eos sagittis decutiūt indigenæ, mercis gratia. In Scythis auis magnitudīe otidis, binos parit, in leporina pelle semp in cacuminibus ramorū suspensa. Picæ cum diligētius uisum ab hoīe nidum sensere, oua transferunt aliò. Hoc in his auibus, quarū digiti nō sunt accōmodati cōplectendis transferendisq; ouis, miro traditur modo. Nanq; surculo sup bina oua imposito, ac ferruminato alui glutino, subdita ceruice medio, æqua utrinq; libra deportāt aliò. Nec uero ijs minor solertia, quæ cunabula ī terra faciunt, corporis grauitate ꝓhibitæ sublime petere. Meros uocatur, genitores suos recōditos pascēs, pallido intus colore pennarū, supne cyaneo, priori subrutilo. Nidificat in specu sex pedū defossa altitudine. Perdices spina et frutice sic muniūt receptaculum, ut cōtra feras abunde fallantur. Ouis stragulū molli puluere cōtumulant, nec in quo loco pepere incubant: néue cui frequētior conuersatio sit suspecta transferūt aliò. Illæ qdē et maritos suos fallūt, quoniā intempantia libidinis frangūt earū oua, ne cubādo detineantur. Tunc inter se dimicāt mares desiderio fœīarum: uictū aiūt Venerē pati. Id quidē & coturnices, Trogus inquit, & gallinaceos aliquando: Perdices uero à domitis feros & nouos aut uictos inire promiscue. Capiuntur quoque pugnacitate eiusdem li

dem libidinis contra aucupis indicē, exeunte in præliū duce totius gregis. Capto eo, ꝓcedit alter, ac sub inde singuli. Rursus circa conceptū fœminæ capiuntur, contra aucupē fœmina exeunte, ut rixando abigat eum. Neq; in aīali alio par opus libidinis. Si contra mares steterint fœminæ, aura ab his flante prægnantes fiunt. Hiantes aūt exerta lingua per id tempus æstuant, cōcipiuntq; superuolantiū afflatu, sæpe uoce tantū audita masculi. Adeoq; uincit libido etiā fœtus charitatē, ut illa furtim et in occulto incubās, (cum sensit) fœīa aucupe accedēte ad marē recanat, reuocetq;, & ultro præbeat se libidini. Rabie quidē tanta feruntur, ut in capite aucupātium sæpe cæcæ metu sedeant. Si ad nidum is cœperit accedere, procurrit ad pedes eius fœta, prægrauē aut delumbem sese simulans, subitoq; in procursu aut breui aliquo uolatu cadit fracta, aut ala aut pedibus. Aut procurrit iterum, iamiam prehensurum effugiens, spe frustrans, donec in diuersum abducat à nidis. Eadē iam pauore libera, ac materna uocāte cura, in sulco resupina gleba se terræ pedibus apprehensa operit. Perdicum uita ad .XVI. annos durare existimatur.

De astutia & salacitate pdicū habes Aristo. li. 9. ca. 8. oīa ad eundem modū referentem, quēadmodum hic à Plinio exponuntur.

De columbis. Caput .XXXIIII.

AB his columbarū gesta spectantur maxime similí ratione. Mores ijdem, sed pudicitia illis prima, et neutri nota adulteria. Coniugi fidē non uiolant, cōemq;. seruant domū. Nisi cœlebs aut uidua,

domum non relinquit. Et imperiosos mares, subinde etiã iniquos ferũt: quippe suspicio est adulterij, quãuis natura non sit. Tunc plenum querela guttur, sæuiq; rostro ictus, mox in satisfactione exosculatio, et circa Veneris preces crebris pedũ orbibus adulatio. Amor utriq; sobolis æqualis: sæpe et ex hac causa castigatio, pigrius intrante fœmina ad pullos. Parturienti solatia & ministeria ex mare. Pullis primo salsiorem terram collectã gutture in ora inspuunt, præparantes tempestiuitatem cibo. Proprium generis eius, et turturum, cum bibant, colla non resupinare, large bibere iumentorum modo.

De palumbibus & differentia columbarum. Caput .XXXV.

Viuere palumbes ad tricesimum annũ, aliquos ad. XL. Aristoteles autor est: uno tamen incommodo unguium, eodẽ & argumẽto senectæ, qui citra perniciem reciduntur. Cantus omnibus similis atq; idem, terno conficitur uersu, præterquã in clausulæ gemitu: hyeme mutis, uere uocalibus. Nigidius putat, cum oua incubant, sub tecto nominatã palumbem relinquere nidos. Pariunt autem post solstitia. Columbæ & turtures octonis annis uiuunt.

De passeribus, Caput .XXXVI.

Contrà passeri minimũ uitæ, cui salacitas par. Mares negantur anno diutius durare, argumento, quia nulla ueris initio appareat nigritudo in rostro.

rostro, quæ ab æstate incipit. Fœminis longiusculum spatium. Verũ colũbis inest quidã gloriæ intellectus. Nosse credas suos colores, uarietatemq; dispositam, quæ etiam ex uolatu credũtur plaudere in cælo, uarieq; sulcare. Qua in ostentatione ut uinctæ præbentur accipitri, implicatis strepitu pennis, qui non nisi ipsis alarũ humeris eliditur. Alioquin soluto uolatu in multum uelociorẽ speculatur occultus fronde latro, & gaudentem in ipsa gloria rapit.

De tinnunculo. Caput .XXXVII.

OB id cum ijs habenda est auis quæ tinnũculus uocatur. Defendit enim illas, terretq; accipitres naturali potentia, in tantum, ut uisum uocemq; eius fugiãt. Hac de causa præcipuus columbis amor eorum. Feruntq;, si in quatuor angulis defodiantur in ollis nouis oblitis, non mutare sedem columbas. Quod auro insectis alarũ articulis quæsiere aliqui, non aliter innoxijs uulneribus, multiuaga alioquin aue. Est enim ars illis inter se blandiri, & corrumpere alias, furtoq; comitatiores reuerti. Quin & internunciæ in rebus magnis fuere, & epistolas adnexas earum pedibus obsidione Mutinensi in castra consulum pertulere, D. Bruto mittente. Quid uallum & uigilum obsidio, atque etiam retia amne prætenta ꝑfuere Antonio, per cælum eunte nuncio? Et harũ amore insaniũt multi, ac super tecta exædificant turres ijs, nobilitatemq; singularũ et origines

Non tinungulus sed tĩnũculus legẽdũ est. Nam hoc noĩe eam auẽ, quæ græcis κεγχρὶς dicitur, Theodo. uertit. Eadẽ & à Colum. li. 8. c. 8. tĩnunculus non tinũgulus appellatur. Genus, inquit, accipitris tĩnũculũ uocãt rustici, qui ferè ĩ ædificijs nidos facit. Eius pulli singuli fictilibus ollis con

duntur, stipantiaque opcula supponuntur, & gypso lita uasa i angulis columbarij suspendũtur: quæ res amorẽ loci auibus sic cõciliat, ne unq̃ deserant.

narrant uetere iam exemplo. L. Axius eques Romanus ante bellum ciuile Põpeianũ, denarijs quadringentis singula paria uenditauit, ut M. Varro tradit. Quin et patriã nobilitauere, in Campania grãdissimæ ꝑuenire existimatæ. Harum uolatus in reputationem cæterarum quoq; uolucrum nos impellit.

De uolatu & incessu auiũ. Ca. .XXXVIII.

OMnibus aĩalibus reliquis certus et uniusmõi, & in suo cuiq; genere incessus est: aues solæ uario meatu feruntur, et in terra et in aëre. Ambulant aliquæ, ut cornices: saliunt aliquæ, ut passeres, merulæ: currunt, ut perdices, rusticulæ: ante se pedes iaciunt, ut ciconiæ & grues: expandũt alas, pendentesq; raro interuallo quatiunt, aliæ crebrius, sed & primas duntaxat pennas: aliæ et tota latera pandunt. Quædam uero maiore ex parte compressis uolant. Percussoq; semel aliquæ et gemino ictu aëre feruntur, uelut inclusum eum prementes. Iaculantur sese in sublime, in rectum, in pronum. Impingi putes aliquas, aut rursus ab alto cadere has, illas salire. Anates solæ, quæq; sunt eiusdem generis, in sublime protinus sese tollunt, atq; è uestigio cœlum petunt, & hoc etiam ex aqua. Itaq; in foueas q̃bus feras uenamur, delapsæ solæ euadunt. Vultur, et ferè grauiores, nisi ex ꝑcursu, aut altiore tumulo immissæ non euolant. Cauda reguntur aliæ. Circumspectant aliæ, flectuntq; colla. Nonnullæ uescuntur ea

quæ rapu

quæ rapuere pedibus. Sine uoce non uolant multæ; aut è contrario semper in uolatu silent. Subreptæ, pronæ, obliquæ in latera, in ora, quædam & resupinæ feruntur: ut si pariter cernantur plura genera, non in eadem natura meare uideantur.

De apodibus. Ca. .XXXIX.

PLurimum uolant quæ apodes uocantur, quia careant usu pedũ. Ab alijs cypseli appellãtur hirundinũ specie. Nidificãt in scopulis. Hæ sunt quæ toto mari cernũtur. Nec unq̃ tam lõgo naues, tamq; cõtinuo cursu recedunt à terra, ut non circũuolitent eas apodes. Cætera genera residũt & sistunt: his q-es, nisi in nido, nulla: aut pendent aut iacent: & ingenia æque uaria, ad pastum maxime.

De caprimulgis et plateis. Ca. .XL.

CAprimulgi appellantur grandiores merulæ aspectu, fures nocturni: interdiu enim uisu carent. Intrant pastorum stabula, caprarumq; uberibus aduolant suctum propter lactis: qua iniuria uber emoritur, caprisq; cæcitas quas ita mulsere oboritur. Platea nominatur aduolans ad eas quæ se in mari mergunt, & capita illarum morsu corripiens, donec capturam extorqueat. Eadem cum deuoratis se impleuit conchis, calore uentris coctas euomit, atq; ita ex ijs esculenta legit, testas excreans.

De ingenijs auium. Ca. .XLI.

VIllaribus gallinis & religio inest: Inhorre-

 scunt edito

ſcunt edito ouo, excutiuntq; ſeſe, & circumactæ purificant, aut feſtuca aliqua ſeſe & oua luſtrant.

De carduele, & pſitaco, & auibus quæ loquũtur. Caput .XLII.

Minimæ auium cardueles, imperata faciunt, nec uoce tantũ, ſed pedibus & ore pro manibus. Eſt quæ boum mugitus imitetur, in Arelatenſi agro taurus appellata, alioqn parua. Eſt quæ equorum quoq; hinnitus, anthus nomine, herbæ pabulo aduentu eorum pulſa imitatur, ad hunc modũ ſe ulciſcens. Sup oĩa humanas uoces reddunt pſitaci, et quidem ſermocinantes. India autẽ hanc mittit. Pſitacen uocant, uiridẽ toto corpore, torque tantũ miniato in ceruice diſtinctam. Imperatores ſalutat, & quæ accipit uerba, pnunciat: in uino præcipue laſciua. Capiti eius duritia eadẽ quæ roſtro. Hæc cũ loqui diſcit, ferreo uerberatur radio: nõ ſentit aliter ictus. Cum deuolat, roſtro ſe excipit, illi innititur, leuioremq; ſe ita pedũ infirmitati facit. Minor nobilitas (quia non ex longinquo uenit) ſed expreſſior loquacitas certo generi picarũ eſt. Adamãt uerba quæ loquũtur. Nec diſcunt tantũ, ſed diligunt: meditãteſq; intra ſemet, cura atq; cogitatiõe intentionẽ nõ occultãt. Conſtat emori uictas difficultate uerbi, ac (niſi ſubinde eadẽ audiant) memoria falli: quærẽteſq; mirũ in modũ hilarari, ſi interim audierint id uerbum. Nec uulgaris iis forma, q̃uis non ſpectãda. Satis illis decoris in ſpecie ſermo-

Ariſt. li. 8. ca. 12. Auis, inqt, eſt Indica, cui pſitace nomẽ, quã loq aiunt. Loquacior autem cum uinũ biberit, redditur.

tie sermonis humani est. Verum addiscere alias negant posse, q̃ quæ ex genere earũ sunt, quæ glãde uescuntur: et inter eas facilius, q̃bus quini sunt digiti in pedibus, ac ne eas quidem ipsas primis duobus uitæ annis. Latior ijs est lingua oĩbus in suo cuiq; genere quæ sermonẽ imitantur humanum, quanq̃ id penè in oĩbus cõtingit. Agrippina cõiunx Claudij Cæsaris, turdũ habuit( qđ nunq̃ antè) imitantẽ sermones hominũ, cũ hæc ꝑderem. Habebãt et Cæsares iuuenes itẽ sturnũ, luscinias, græco atq; latino sermone dociles: præterea meditantes in diẽ, & assidue noua loquentes longiore etiam cõtextu. Docentur secreto, et ubi nulla alia uox misceatur, assidẽte q̃ crebro dicat ea, quæ condita uelit addisci aliquo blandiente.

De coruorũ intelligentia. Ca. .XLIII.

Reddatur & coruis sua gratia, indignatione quoq; populi Ro. attestata, nõ solũ cõscia. Tiberio principe ex fœtu supra Castorũ ædẽ genitus pullus, in oppositam sutrinam deuolauit, etiam religione commendatus officinæ domino. Is mature sermoni assuefactus, omnibus matutinis euolans in rostra, in forum uersus, Tiberium, deinde Germanicum & Drusum cæsares nominatim, mox transeuntẽ populũ Ro. salutabat. Postea ad tabernã remeans, plurium annorum assiduo officio meritus. Hunc siue æmulatione incitatus manceps ꝓximæ sutrinæ, siue iracundia subita, ut uoluit uideri, excrementis

eius imposita calceis macula exanimauit, tanta plebei cõsternatione, ut prio pulsus ex ea regione, mox et interemptus sit, funusq; innumeris aliti celebratũ exequijs. Constratũ lectũ sup Aethiopũ duorũ humeros, præcedẽte tibicine, et coronis oĩm generũ, ad rogum usq;: qui cõstructus dextra uiæ Appiæ ad secundum lapidẽ, in campo Rediculi appellato, fuit. Adeo satis iusta causa po. Ro. uisa est exequiarũ ingenium auis, aut supplicij de ciue Romão in ea urbe qua multorũ principũ nemo deduxerat funus: Scipionis uero Aemiliani, post Carthaginem Numãtiamq; deletas ab eo, nemo uindicauerat mortem. Hoc gestum M. Seruilio, C. Cestio coss. ad. V. Kalen. April. Nunc quoq; erat in urbe Roma, hæc prodente me, equitis Ro. cornix è Bætica, primum colore mira admodũ nigro, deinde plura contexta uerba exprimens, & alia atq; alia crebro addiscens. Necnon et recens fama Crateri monocerotis cognomĩe in Trœzena regione Asiæ, coruorum opera uenantis, eo ꝙ deuehebat in syluas eos cõsidentes humeris. Atqui coruiculos illi uestigabãt agebantq;, eò pducta cõsuetudine, ut exeuntẽ sic comitarẽtur & feri. Tradendũ puta uere memoriæ quidã, uisum persitim lapides congerentẽ in situlã monumẽti, in qua pluuia aqua durabat, sed quæ attingi non posset: ita descẽdere pauentem expressisse tali cõgerie, quæ poturo sufficeret.

De Diomedeis auibus. Ca. XLIIII.

Nec Dio

NEc Diomedeas præteribo aues: Iuba cataractas uocat, et eis esse dentes oculosq; igneo colore, cætera candidas tradens. Duos semper iis duces: alterū ducere agmen, alterum cogere: Scrobes excauare rostro, inde crate consternere, & operire terra quæ ante fuerit egesta: in his fœtificare: Fores binas oīm scrobibus: orientem spectare quibus exeant in pascua, occasum quibus redeant. Aluū exoneraturas subuolare semper, & contrario flatu. Hæ in solo loco totius orbis uisuntur in insula, quā diximus nobilem Diomedis tumulo atq; delubro, contra Apuliæ oram, fulicarum similes. Aduenas barbaros clangore infestant, Græcis tantū adulantur, miro discrimine, uelut generi Diomedis hoc tribuentes: Aedēq; eius quotidie pleno gutture madētibus pēnis perluunt atque purificant: Vnde origo fabulæ, Diomedis socios in earum effigies mutatos.

Quæ animalia nihil discant. Ca. .XLV.

NOn omittendū est, cū de īgenijs disserimus, è uolucribus hirūdines esse indociles, è terrestribus mures: cū elephāti iussa faciāt, leones iugum subeāt, in mari uituli, totq; pisciū genera mitescant.

De potu auium. Cap. .XLVI.

BIbūt aues suctu cæteræ. Sed ex his quibus longa sunt colla, intermittentes, capite resupinato ueluti infundentes sibi. Porphyrio solus morsu bibit: idem ex ꝓprio genere omnem cibum aqua subinde tin

*inde tingēs, deinde pede ad rostrū ueluti manu afferēs. Laudatissimi in Comagene. Rostra ijs & pralonga crura rubent.*

*De hæmantopode, & onocrotalis, & de peregrinis auibus.* Caput .XLVII.

HAec quidem et hæmantopodi, multo minori, quanquam eadem crurum altitudine. Náscitur ĩ Aegypto. Insistit ternis digitis. Præcipue ei pabulum muscæ. Vita in Italia paucis diebus. Grauiores omnes fruge uescuntur, altiuolæ carne tantum. Inter aquaticas mergi soliti sunt deuorare, quæ cæteræ reddūt. Olorum similitudinē onocrotali habent: nec distare existimarētur oĩno, nisi faucibus ipsis inesset alterius uteri genus. Huc oĩa inexplebile aĩal congerit, mira ut sit capacitas. Mox pfecta rapina. sensim inde in os reddita, inferā in aluum ruminantis modo defert. Gallia hos septentrionalis ꝓxima oceano mittit. In Hercynio Germaniæ saltu inusitata genera alitū accepimus, quarū plumæ igniū modo colluceāt noctibus: in cæteris nihil, præter nobilitatem longinquitate factam, memorandum occurrit.

*De multarum auium nominibus, & natura.*
Caput .XLVIII.

PHalarides in Seleucia Parthorum, & in Asia aquaticarū laudatissimæ. Rursus phasianæ in Colchis, geminas ex pluma aures submittunt, subriguntq;. Numidicæ in parte Africæ Numidia, oẽsq;

iam in

iam in Italia phœnicopteri linguã præcipui saporis esse, Apicius docuit, nepotũ oĩm altissimus gurges. Attagen maxĩe Ionius celebratur, uocalis aliâs, captus uero obmutescens, quondã existimatus inter raras aues. Iam et ĩ Gallia, Hispaniaq; capitur, et ꝑ alpes etiã, ubi et phalacrocoraces aues, Baleariũ insularũ peculiares: sicut alpiũ pyrocorax, luteo rostro, niger, et præcipuo sapore lagopus, pedes leporĩo uillo ci nomẽ hoc dedere. Cætero cãdidæ colũbarũ magnitudĩe. Nõ extra terrã ĩ qua nascitur, eã uesci facile, quãdo nec uiua mansuescit, et corpus occisæ statim marcescit. Et alia noĩe eodẽ, à coturnicibus magnitudine tantũ differẽs, croceo tinctu cibis gratissima. Visam in Alpibus ab se peculiarẽ Aegypti ibin, M. Egnatius Caluinus præfectus earum prodidit.

## De nouis auibus et fabulosis. Ca. XLIX.

VEnere in Italiã Bebriacenses bellis ciuilibus trans Padũ externæ & nouæ aues, (ita enim adhuc uocãtur) turdorũ specie, paulum infra columbas magnitudine, sapore gratæ. Baleares insulæ nobiliorem etiam supradicto porphyrione mittunt. Ibi & buteo accipitrum generis in honore mensarũ est: item uipiones, sic enim uocant minorẽ gruem. Pegasos equino capite uolucres, & gryphas auritos aduncitate rostri, fabulosos reor: illos in Scythia, hos in Aethiopia. Eqdem & tragopanadẽ, quam plures affirmant maiorẽ aquila, cornua in tẽpibus curuata ha

Corn. Tac. li. 17. ac 18. confusim: Die, in qt, quo Bebriaci certabatur, auẽ inusitata apud Regium Lepidũ celebri uico cõsedisse incolæ memorãt

bentem, ferruginei coloris, tãtum capite phœniceo: Nec Syrenes impetrauerint fidẽ, licet affirmet Dino, Clitarchi celebrati autoris pater, in India esse, mulceriq; earũ cantu, quos grauatos somno lacerãt. Qui credit ista, et Melãpodi profecto aures lambendo, dedisse intellectũ auium sermonis dracones non abnuet: uel quæ Democritus tradit, nominãdo aues, quarum confuso sanguine serpẽs gignatur: quem q̃squis ederit, intellecturus sit alitum colloquia: quæq; de una aue galerita priuatim cõmemorat, etiã sine his immensa uitæ ambage circa auguria. Nominantur ab Homero scopes, auium genus: neq; harum satyricos motus cum insident, plerisq; memoratos, facile conceperim mente: neq; ipsæ iam aues nascuntur. Quamobrem de cõfessis disseruisse præstiterit.

Quis gallinas farcire instituerit. De auiarijs, et quis ea primus instituerit. Caput L.

GAllinas saginare Deliaci cœpere. Vnde pestis exorta, opimas aues, et suopte corpore unctas deuorandi. Hoc primũ antiquis cœnarũ interdictis exceptũ inuenio iam lege C. Fannij coss. XI. annis ante tertium Punicũ bellum, ne quid uolucrũ proponeretur, præter unam gallinam, quæ nõ esset altilis: quod deinde caput translatũ, per omnes leges ambulauit. Inuẽtumq; diuerticulũ est, in fraude earũ gallinaceos quoq; pascendi, lacte addito cibis: multo ita gratiores approbantur. Fœiæ quidem non oẽs ad saginam

nec deinde cœtu hominũ, aut circumuolitantiũ alitũ territã pulsam ue- donec Othosei pse interficeret.

Odysseas. 5. σκῶπες ἴρηκες τε τανύγλωσσοί τε κορῶναι.

Quænam aũt hæ aues sint, q̃ ab Home. scopes noĩantur, uel inter græcos scriptores nõ satis conuenit. Nam sunt q graculos aut picas interpretari uideãtur, ut autor magni etymologi

ginam eligũtur, nec nisi in ceruice pingui cute. Post ea culinarũ artes, ut clunes spectẽtur, ut diuidantur in tergora, ut à pede uno dilatatæ repositoria occupent. Dedere et Parthi cocis suos mores. Nec tamẽ in hoc mãgonio quicq̃ totũ placet: hic clune, alibi pectore tantum laudatis. Auiaria primus instituit, inclusis oĩm generum auibus, M. Lælius Strabo Brundusij equestris ordinis. Ex eo cœpimus carcere animalia coercere, quibus natura cælum aßignauerat.

De Aesopi patina. Ca. .LI.

MAxime tamen insignis est ĩ hac memoria, Clodij Aesopi tragici histrionis patina, sexcentis sestertijs taxata: in qua posuit aues cantu aliquo, aut humano sermone uocales, nummis sex singulas coẽptas: nulla alia inductus suauitate, nisi ut in his imitationẽ hoĩs manderet, ne quæstus quidem suos reueritus illos opimos, et uoce meritos, dignus prorsus filio, à quo diximus deuoratas margaritas. Non sit tamen (ut uerum fatear) facile inter duos iudicium turpitudinis: nisi quod minus est, summas rerum naturæ opes quàm hominum linguas cœnasse.

De generatione auiũ, et præter aues quæ quadrupedes oua pariant. Caput .LII.

AVium generatio simplex uidetur esse, cũ & ipsa sua habeat miracula, quoniam & quadrupedes oua gignũt, chamæleõtes, lacertæ, & quæ diximus inter serpentes. Pennatorum autem infœcunda

apud quem sic legitur: ἐςὶ τὶ ζῶον σκώψ λεγόμενον. κόβαλον δὲ ἐστὶ μιμηλὸν τὸ ὄρνεον. Cui sententiæ subscribit & Hesychius: σκῶπες, inqt, εἶδος ὀρνέων, οἱ δὲ κολιοὺς & mox hoc addit. καὶ εἶδος ὀρχήσεως. At Suidas nocturnam auẽ esse dicit εἶδος ὀρνέου νυκτερινοῦ. Vnde bubonẽ quidam interpretãtur et nycticoracem.

cunda sunt, quæ aduncos habent ungues; cenchris sola ex his supra quaterua edit oua. Tribuit hoc auium generi natura, ut fœcũdiores essent fugaces earum quàm fortes. Plurima pariunt struthiocameli, gallinæ, perdices, sali. Coitus auibus duobus modis: Fœmina humi considente, ut in gallinis: aut stante, ut in gruibus. Ouorum alia sunt cãdida, ut columbis, perdicibus: alia pallida, ut aquaticis: alia punctis distincta, ut meleagridũ: alia rubri coloris, ut phasianis, cenchridi. Intus aũt omne ouum uolucrum bicolor. Aquaticis lutei plus quàm albi, idq; ipsum magis liuidum quàm cæteris. Pisciũ unus color, in quo nil candidi. Auium oua ex calore fragilia, serpentiũ ex frigore lenta, piscium ex liquore mollia, aquatiliũ rotunda. Reliqua ferè fastigio cacuminata. Exeunt à rotundissima sui parte, dum pariuntur, molli putamine, sed protinus durescente, quibuscunque emergunt portionibus. Quæ oblõga sint oua, gratioris saporis putat Horatius Flaccus. Fœminã edunt quæ oblongiora gignuntur, reliqua marem. Vmbilicus ouis à cacumine inest ceu gutta eminens in putamine.

Horatius l. sermonũ. 2. saty. 4. Longa quibus facies ouis erit, illa memẽto Vt succi melioris, et ut magis alba rotundis Ponere. Ex Columellæ sentẽtia di-

De tempore & generatione incubatus auiũ, & coitu. Caput .LIII.

Quædam oĩ tempore coeũt, ut gallinæ, et pariũt, præterq̃ duobus mẽsibus hyemis brumalibus. Ex ijs iuuencæ plura q̃ ueteres, sed minora. Et in eodẽ fœtu prima & nouißima, Est aũt tanta fœcunditas,

cunditas, ut aliquæ & sexagena pariãt, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ in tantũ, ut effœtæ moriantur. Hadrianis laus maxima. Colũbæ decies anno pariunt, quædam & undecies: Aegypto etiam bruмali mense. Hirundines, & merulæ, & palumbi, & turtures bis anno pariunt: cæteræ aues ferè semel. Turdi in cacuminibus arborũ luto nidificãtes, penè contextim, in secessu generãt. A coitu. X. diebus oua maturescũt in utero. Vexatæ aũt gallinæ & columbæ penna euulsa, aliáue simili iniuria, diutius. Omnibus ouis medio uitelli parua ĩest uelut sanguinea gutta, quod esse cor auium existimant, primum in omni corpore id gigni opinãtes. In ouo certa est gutta, ea salit, palpitatq;. Ipsum animal ex albo liquore oui corporatur. Cibus eius ĩ luteo est. Omnibus intus caput maius toto corpore. Oculi compressi capite maiores. Increscente pullo, candor in medium uertitur, luteum circumfunditur. Vicesimo die, si moueatur ouum, iam uiuentis intra putamen uox auditur. Ab eodem tpe plumescit, ita positus, ut caput supra dextrum pedem habeat, dexteram uero alam supra caput. Vitellus paulatim deficit. Aues omnes in pedes nascuntur, contrà quàm reliqua animalia. Quædam gallinæ oĩa gemina oua pariunt, et geminos interdũ excludunt, ut Cornelius Celsus autor est: alterũ maiorem, alioquin negãt omnino geminos excludi. Plus uicena quina incubanda subijci uetant. Parere à bruma

quo dictũ est li. 9. c. 5. At Aristoteles contrà, qui li. 6. c. 2. dicit fœiam edere, quæ longiora sunt, reliqua marem.

Præter octo de medicina libros, illius au

bruma incipiunt. Optima fœtura ante uernū æquinoctium. Post solstitium nata non implent magnitudinem iustam, tātoq; minus quanto serius prouenere.

De uitijs & remedijs incubantiū. Ca. LIIII.

OVa incubari infra .X. dies edita utilissimū, uetera aut recētiora infœcunda. Subijci impari numero debent. Quarto die pōstq̄ cœpere incubari, si contra lumen cacumine ouorum apprehenso una manu, purus & uniusmodi perluceat color, sterilia existimātur esse, proq; eis alia substituēda. Et in aqua est experimentum, inane fluitat: itaq; sidentia, hoc est plena, subijci uolūt. Concuti uero experimento uetant, quoniā non gignant confusis uitalibus uenis. Incubationi datur initiū post nouam lunā, quia prius inchoata nō proueniant. Celerius excluduntur calidis diebus. Ideo æstate undeuicesimo educunt fœtū, hyeme .XXV. Si in cubatu tonuerit, oua pereūt: & accipitris audita uoce uitiantur. Remedium contra tonitrum, clauus ferreus sub stramine ouorum positus, aut terra ex aratro. Quædam aūt et citra incubitū sponte natura gignit, ut in Aegypti figmētis est scriptum. De quodam uinipotore repitur, Syracusis tam diu potare solitū, donec ab eo cooperta in terra fœtum ederent oua. Quin & ab homine perficiuntur.

De augurijs ouorū. Caput .LV.

LIuia Augusta, prima sua iuuenta Tiberio Cæsare, ex Nerone grauida, cum parere uirilē sexum ad-

tôris nullū re-or alind supesse, cum tamen cōstet eū de singulis artibus ppria uolumina scripsisse: ut colligere facile licet ex Columel. Plinio, Quintiliano, & alijs cō pluribus scriptoribus.

Suetonius ī uita Tiberij, ti-

xum admodũ cuperet, hoc usa est puellari augurio: ouum in sinu fouendo, atque cum doponendum habe ret, nutrici per sinum tradendo, ne intermitteretur tepor. Nec falsò Augusta augurata proditur, impe ratoris inde fœta. Sed inuentum, ut oua in calido lo- co imposita paleis igne modico fouerentur, homine uersante pariter nocte ac die, et statuto die illinc erũ peret fœtus. Traditur quædam ars gallinarij cuius dam, dicẽtis quid ex quoq; esset. Narrãtur & mor- tua gallina mariti earũ uisi succedentes inuicem, & reliqua fœtæ more faciẽtes, abstinẽtesq; se à cantu. Sup oĩa est anatum (ouis subditis atq; exclusis) admi ratio prima, nõ planè agnoscẽtis fœtũ: mox incertos incubitus sollicite conuocantis: postremo lamẽta cir ca piscinæ stagna, mergẽtibus se pullis natura duce.

tulo de præsa- gijs futuri prĩ cipatus eius: Prægnans, in- quit, Liuia, cũ an marẽ editu ra esset, uarijs captaret omi- nibus, ouũ ĩcu banti gallinæ subductũ nunc sua, nunc mini strarũ manu p uices usq; eò fouit, quoadus q; pullus insi- gniter exclu- sus est. Hæc il le.

Quæ gallinæ optimæ. Caput .LVI.

GAllinarum generositas spectatur circa ere- cta, interdum & gemina, pennis nigris, ore rubicundo, digitis imparibus, aliquando & super quatuor digitos transuerso uno. Ad rem diuinam, lu teo rostro pedibusq;, puræ non uidentur: ad operta- nea sacra, nigræ. Est & pumilionum genus non ste- rile in ijs, quod non in alio genere alitum, sed quibus certa fœcunditas rara, & incubatio ouis noxia.

De morbis earũ et remedijs. Ca. .LVII.

INimicissima autem omnium genere pituita, ma- ximeq; inter messis & uindemiæ tempus. Medi-

 cina in

*cina in fame, & cubatus in fumo, ſiutique ex lauro aut herba ſauina fiat: penna per tranſuerſas inſerta nares, & per omnes dies mota: cibus allium cum farre aut aqua perfuſus, in qua lauerit noctua auis, cum ſemine uitis albæ coctus: & quædam alia.*

### *De conceptu & numero fœtus auium.* *Caput .LVIII.*

*COlumbæ proprio ritu oſculantur ante coitũ. Pariunt ferè bina oua: ita natura moderante, ut alijs crebrior ſit fœtus, alijs numeroſior. Palumbes & turtures plurimum terna, nec plus quàm bis ferè pariunt: atque ita, ſi prior fœtus corruptus eſt. Et quamuis tria pepererint, nunquam plus duobus educant. Tertiũ, quod irritum eſt, urinũ uocant. Palumbes incubat fœmina poſt meridiana in matutinum, cætero mas. Columbæ marẽ ſemp & fœiam pariunt, priorẽ marem, poſtridie fœiam. Incubant in eo genere ambo, interdiu mas, noctu fœmina. Excludunt .XX. die. Pariunt à coitu qnto. Aeſtate quidem interdũ binis menſibus terna edunt paria. Nanque .XVIII. die excludũt, ſtatimq; concipiũt. Quare inter pullos ſæpe oua inueniuntur, & alij prouolant, alij erumpũt. Ipſi deinde pulli quinquemeſtres fœtificant. Et ipſæ autem inter ſe (ſi mas non ſit) fœminæ æque ſaliunt, pariunt que oua irrita, ex quibus nihil gignitur, quæ hypenemia Græci uocant.*

### *De pauone, & anſeribus.* *Caput .LIX.*

*Pauo à*

PAuo à trimatu parit. Primo anno unū aut alterum ouum, sequenti quaterna quináue, cæteris duodena, non amplius. Intermittēs binos dies ter nósue parit, & ter anno, si gallinis subijciantur incubanda. Mares ea frangunt desiderio incubantium. Quapropter noctu & in latebris pariunt, aut in excelso cubantes, & nisi molli strato excepta franguntur. Mares singuli quinis sufficiunt cōiugibus. Cum singulæ aut binæ fuere, corrūpitur salacitate fœcunditas. Partus excluditur diebus ter nouenis, aut tardius tricesimo. Anseres in aqua coeūt, pariunt uere: aut si bruma coiuere, post solstitium. XL. propè. Bis anno, si priorē fœtū gallinæ excludant, aliâs pluria oua. XVI, paucissima. VII. Si quis surripiat, pariūt donec rūpantur. Aliena non excludunt. Incubanda subijci utilißimū. IX. aut. XI Incubāt fœminæ tantum tricenis diebus. Si uero tepidiores sint, uicesimo quinto.* Pullis eorū urtica cōtactu mortifera. Nec minus auiditas, nunc satietate nimia, nūc suamet ui: quándo apprehensa radice, morsu sæpe conātes auellere, ante colla sua abrumpunt. Contra urticam remediū, stramento ab incubatu subdita radix earum.

Colu. li. 8. ca. 14. Sed custodiri, inquit, debet, ut ouis sub ijciantur radices urticarū, quo quasi remedio medicātur, ne noceri possit excussis anserculis, quæ enecāt urticæ si teneros pupugerint.

De ardeolis: & quomodo seruentur optime oua. Caput .LX.

ARdeolarum tria genera, leucon, asterias, pellos. Hi in coitu anguntur. Mares quidem cum uociferatu sanguinē etiam ex oculis profundunt. Nec

minus ægre pariunt grauidæ. Aquila tricenis diebus incubat, & ferè maiores alites: minores uicenis, ut miluus et accipiter. Singulos uere parit, nunquam plu; ternos, is qui ægolios uocatur. Qu. iternos coruus, aliquãdo & quinos: Incubant totidẽ diebus. Cornicem incubantem mas pascit. Pica nouenos. Melancoryphus supra. XX. parit, semper numero impari. Nec aliâs in pluribus tanta fœcũditas, maior tamẽ paruis. Hirundini cæci primo pulli, & ferè omnibus quibus numerosior partus. Irrita oua, quæ hypenemia diximus, quæq; aut mutua fœminæ inter se libidinis imaginatione cõcipiunt, aut puluere: nec colũbæ tantũ, sed & gallinæ, perdices, pauones, anseres, chenalopeces. Sunt aũt sterilia, & minora, ac minus iucundi saporis, & magis humida. Quidam & uento put.t ea generari: qua de causa etiam zephyria appellantur. Hæc aũt uere tantũ. Vrina fiunt, incubatione derelicta, quæ alij cynosura dixere. Oua aceto macerata in tantũ emolliũtur, ut p annulos trãsf eant. Seruari ea ĩ lomento, aut hyeme ĩ paleis, æstate in furfuribus utilissimũ. Sale exinaniri creduntur.

Quæ uolucrum sola animal pariat, & lacte nutriat. Caput .LXI.

Volucrum animal parit uespertilio tantum, cui membrana ceu pennæ. Eadem sola uolucrum lacte nutrit hubera admouens, geminos uolitat amplexa infantes, secumq; deportat. Eidem coxendix

perdix una traditur, et in cibatu culices gratissimi.

De conceptu uiperæ & partu, & quæ terrestrium oua pariant. Caput .LXII.

RVrsus in terrestribus oua pariunt serpentes, de quibus nondũ dictum est. Coëunt complexu, adeo circumuolutæ sibi, ut una existimari biceps possit. Viperæ mas caput inserit in os, quod illa abrodit uoluptatis dulcedine. Terrestriũ eadem sola, intra se parit oua unius coloris, & mollia ut pisces. Tertia die intra uterum catulos excludit: deinde singulos diebus singulis parit, uiginti ferè numero. Itaque cæteræ tarditatis impatientes, perrumpunt latera, occisa parente. Cæteræ serpentes contecta oua in terra incubant, & fœtum sequente excludũt anno. Crocodili uicibus incubant mas & fœmina. Sed reliquorum quoque terrestrium reddetur generatio.

De generatione terrestrium Ca. LXIII.

BIpedũ solus homo animal gignit. Homini tantum primi coitus pœnitentia, auguriũ scilicet uitæ à pœnitenda origine. Cæteris aĩalibus stati per tempora anni cõcubitus, homini (ut dictum est) oĩbus horis dierũ noctiumq;. Cæteris satietas in coitu, homini propè nulla. Messalina Claudij Cæsaris coniunx, hanc regalẽ existimans palmam, elegit id in certamen nobilissimam è prostitutis ancillã mercenariæ stipis, eamq; die ac nocte supauit quinto ac uicesimo cõcubitu. In hoĩm genere maribus diuerticu

la Veneris excogitata oĩa scelere naturæ, fœĩs uerò abortus. Quãtũ in hac parte multo nocentiores q̃ feræ sumus? Viros auidiores Veneris hyeme, fœĩas æstate, Hesiodus ꝓdidit. Coitus auersus elephantis, camelis, tigribus, lyncibus, rhinoceroti, leoni, dasypodi, cuniculis, q̃bus auersa genitalia. Cameli etiam solitudines aut secreta certa petũt, neq; interuenire datur sine ꝑnicie. Coitus tota die est tantũ ijs ex oĩbus, q̃bus solida ungula. In quadrupedũ genere mares olfactus antecedit. Auertũtur & canes, phocæ, lupi, in medioq; coitu, inuitiq; etiã cohærent. Supra dictorũ plerisq; fœminæ priores superueniunt, reliquis mares. Vrsi aũt, ut dictum est, humanitus strati: Herinacei stantes ambo inter se complexi: feles mare stante, fœĩa subiacente: Vulpes in latere ꝓiectæ, maremq; fœmina amplexa. Taurorũ ceruorumq; fœminæ uim non tolerant, ea de causa ingrediuntur in conceptu. Cerui uicißim ad alias transeunt, & ad priores redeunt. Lacertæ, ut ea quæ sine pedibus sunt, circumplexu Venerẽ nouere. Omnia animalia quo maiore corpore, eo minus fœcũda sunt. Singulos gignunt elephãti, cameli, equi: Acanthis duodenos, auis minima. Ocyßime pariunt quæ plurimos gignunt. Quo maius est aĩal, tanto diutius formatur in utero. Diutius gestantur q̃bus longiora sunt uitæ spatia. Neq; crescentiũ tempestiua ad generandũ ætas. Quæ solidas habent ungulas, singulos: quæ bisulcas,

& gemi-

& geminos pariunt. Quorũ in digitos pedum fiſſura diuiſa eſt, eo numeroſiora in fœtu. Sed ſuperiora omnia perfectos edunt partus, hæc inchoatos, in quo ſunt genere leænæ, urſæ, & uulpes. Informia etiam magis q̃ ſupradicta, urſæ pariunt, rarumq́; eſt uidere parientes. Poſtea lambẽdo calefaciunt fœtus oĩa ea, & figurant, pariunt plurimum quaternos. Cæcos autem gignunt canes, lupi, pantheræ, thoes. Canum plura ſunt genera: Laconicæ octauo mẽſe utrinque generant. Ferunt. LXX. diebus, & plurimum tribus menſibus. Cæteræ canes & ſemeſtres coitum patiuntur. Implentur oẽs uno coitu. Quæ ante iuſtũ tempus concepere, diutius cæcos habent catulos, nec omnes totidẽ diebus. Exiſtimantur in urina attollere crus ferè ſemeſtres, id eſt ſignũ conſummati uirium roboris, fœĩæ hoc idem ſidentes. Partus duodeni, qui bus numeroſiſſimi, cætero quini: ſeni aliquando ſinguli, quod prodigioſum putant: ſicut oẽs mares, aut oẽs fœminas gigni. Primos quoq; mares pariunt, in cæteris alternant, ſi ineant opportuno & recto menſe. Ineuntur à partu ſexto menſe. Octonos Laconicæ pariunt. Propria in eo genere maribus laboris alacritas. Viuũt Laconici annis denis, fœmina duodenis: cætera genera quindecim annos, aliquando uiginti. Nec tota ſua ætate generãt, ferè à. XII. deſinentes. Felium et ichneumonum reliqua, ut canum. Viuunt annis ſenis. Daſypodes omni menſe pariunt, & ſuper

it. lupi caecantur

fœtant ſicut lepores. A partu ſtatim implentur. Con
cipiunt q̃uis hubera ſiccãte fœtu, pariũt non cæcos.
Elephanti, ut diximus, pariũt ſingulos, magnitudine
uituli trimeſtris. Cameli duodecim menſibus ferũt à
trimatu, pariunt uere, iterumq; poſt annũ implẽtur
à partu. Equas aũt poſt tertium annũ, aut poſt unum
ab enixu utiliter admitti putant, coguntq; inuitas.
Mulier ſeptima die concipere faciliime creditur.
Equarum iubas tonderi præcipiũt, ut aſinorũ in coi
tu patiantur humilitatẽ: comantes enim gloria ſup-
bire. A coitu ſolæ aĩalium currunt ex aduerſo aqlo-
num auſtrorum'ue, prout marẽ aut fœĩam concepe.
Colorem ilico mutãt rubriore pilo, uel quicunq; ſit
pleniore. Hoc argumento deſinunt admittere etiam
uolentes. Nec impedit partus quaſdam ab opere, ſal
luntq; grauidæ. Viciſſe Olympia prægnantẽ equam
Hecratidis Theſſali inuenimus. Equos, & canes, &
ſues initum matutinũ appetere, fœĩas aũt poſt meri
diem blandiri, diligentiores tradunt: Equas domitas
LX. diebus equire, anteq̃ gregales: Sues tantũ coitu
ſpumam ore fundere: Verrem ſubãtis audita uoce,
niſi admittatur, cibũ non capere uſq; in maciem: fœ
minas tantum efferari, ut hoĩem lacerent, candida
maxime ueſte indutum. Rabies ea aceto mitigatur
naturæ aſperſo. Auiditas coitus putatur ex cibis fie
ri: ſicut uiro eruca, pecori cepa. Quæ ex feris miti-
gentur, nõ concipe, ut anſeres: apros uero tarde, &
ceruos

*Poſt tertiũ diem, paſſim in exemplaribus impreſſis legitur: Sed rectius poſt tertiũ annũ, ex Ariſto. apud quem ita legitur li. 6. ca. 22. Non ſtatim à partu equa impletur ſed intermiſſo tpe, & melius quarto aut qnto anno pcreat. Oĩno ſi nihil plus detur, unũ tamen interponere annũ, et quaſi nouale facere neceſſe eſt.*

ceruos, nec nisi ab infantia educatos. Mirũ est, quadrupedũ prægnãtes Venerẽ arcent, præter equã et suem. Sed superfœtant et dasypus & lepus tantum.

De uaria generatione animalium.

Caput .LXIIII.

QVæcunq; animal pariunt, in capita gignunt, circumacto sub enixum fœtu, aliâs in utero porrecto. Quadrupedes gestãtur extensis ad longitudinem cruribus, & ad aluũ suam applicatis: homo in semet conglobatus, inter duo genua naribus sitis. Molas, de quibus antè diximus, gigni putãt, ubi mulier non ex mare, uerũ ex semetipsa tantũ concepit: ideo nec aĩari, quia nõ sit ex duobus: altricẽq; habere per se uitã illam, quæ satis arboribusq; cõtingat.

Quemadmodum et ex quã mola in uteris mulierum gignatur, uide Arist. li. 4. ca. 7. de genera. animal.

De murium fœtu. Caput .LXV.

EX omnibus quæ perfectos fœtus, uel tantos et innumerosos edunt, itẽ plures cõtra naturã solidipedũ aut bisulcorũ, supra cũcta est muriũ fœtus, haud sine cunctatione dicẽdus: quanq̃ autore Aristotele & Alexandri Magni militibus, generatio eorũ lambendo cõstare non coitu dicatur. Ex una genitos CXX. tradiderunt. Apud Persas uero prægnãtes et in utero parentis reptas. Et salis gustatu fieri prægnantes opinãtur. Ita desinit mirũ esse, unde uis tanta messes populetur muriũ agrestiũ: in quibus illud quoq; adhuc latet, quonam modo illa multitudo repente occidat. Nam nec exanies repiuntur, neq; extat qui

tat qui murẽ hyeme in agro effoderit. Plurimi itaq; ad Troadẽ pueniũt. Et iam inde fugauerũt accolas. Prouẽtus eorũ ſiccitatibus tradũt: & iã obituris uermiculũ in capite gigni. Aegyptijs muribus durus pilus, ſicut herinaceis. Iidẽ bipedes ambulãt, ceu alpini. Cũ diuerſi quoq; generis coiere aĩalia, ita demum generãt, ſi tẽpus naſcendi par habẽt. Quadrupedũ oua gignentiũ lacertã ore parere (ut creditur uulgo) Ariſtoteles negat: neq; incubant eædem, oblitæ quo ſint in loco enixæ, quoniã huic animali nulla memoria. Itaq; catuli per ſe erumpunt.

Memĩt huius rei et Iuſtinus hiſto: ex Trogo Põpeio, cuius ipſe abbreuiat. eſt li. 15.

De ſpina hominis anguẽ naſci. Ca. .LXVI.

ANguem ex medulla hoĩs ſpinæ gigni, accepimus à multis. Pleraq; enĩ occulta et cæca origine pueniunt, etiam in quadrupedũ genere.

De ſalamandra. Ca. .LXVII.

SIcut ſalamãdra, animal lacerti figura ſtellatũ, nunq̃ niſi magnis imbribus pueniens, & ſerenitate deficiens. Huic tantus rigor, ut ignem tactũ extinguat, non alio modo q̃ glacies. Eiuſdem ſanie (quæ lactea ore uomitur) quacunq; parte corporis humani cõtacta, toti defluunt pili: idq; quod contactum eſt colorem in uitiliginem mutat.

De ijs quæ naſcuntur ex non genitis, et quæ nata nihil gignunt. Caput .LXVIII.

QVædã uero gignuntur ex non genitis, et ſine ulla ſimili origine ut ſupradicta: et quæcũq;

æſtas aut

æstas aut uer, statūq; tēpus anni generāt. Ex ijs quædam nihil gignūt, ut salamandræ. Neq; est in ijs genus masculinū fœmineūm ue, sicut neq; in anguillis, oībusq; quæ nec aīal nec ouum ex sese generant. Neutrum est & ostreis genus, et cæteris adhærētibus uado uel saxo. Quæ aūt per se generantur, sicuti intra mares ac fœminas descripta sunt, ita generāt quidē eā aliquid coitu, sed imperfectū et dissimile, et ex quo nihil amplius gignatur, ut uermiculos muscæ. Id magis declarant naturæ eorū, quæ insecta dicūtur. Arduæ explanationis omnia, & priuatim dicato opere Libro ꝓxime narranda. Quapropter ut ingenium prædictorum, sequenti. ita & reliqua subtexat dissertatio.

De sensibus animalium. Ca. .LXIX.

Ex sensibus ante cætera hoī tactus, deinde gustus: reliquis superatur à multis. Aquilæ clarius cernunt, uultures sagacius odorantur, liquidius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denso atq; surdo naturæ elemento. Præterea uoce omniū in sublime tendente, sermonē exaudiunt, & si de ijs loquare, intelligere etiam dicūtur, & profugere. Auditus cui hominum primo negatus est, huic & sermonis usus ablatus. Nec sunt naturaliter surdi, ut non ijdem sint et muti. In marinis ostreis auditum esse non est uerisimile, sed ad sonum mergere se solent. Ideo & silentium in mari piscantibus.

Auditum et olfatum esse piscibus. Ca. LXX.

Pisces qui

PIſces quidem, auditus nec membra habent nec foramina, audire tamē eos palàm eſt: ut patet, cum plauſu cōgregari feros ad cibū conſuetudine in quibuſdā uiuarijs ſpectetur: et in piſcinis Cæſaris, genera piſciū ad nomē uenire, quoſdā ſingulos. Itaq; ꝑduntur etiam clariſſime audire, mugil, lupus, ſalpa, chromis, & ideo in uado uiuere. Olfatū ijs eſſe manifeſtum patet. Quippe non omnes eadem eſca capiuntur, & prius ꝗ appetant odorantur. Quoſdā & ſpeluncis latentes, ſalſamento illitis faucibus ſcopuli, piſcator expellit, uelut ſui cadaueris agnitionē fugientes. Conueniuntq; ex alto etiā ad quoſdam odores, ut ſepiam uſtam, & polypum, qui ob id coguntur in naſſas. Sentinæ quidā nauium odorem fugiunt ꝓcul, maxīe tamē piſciū ſanguinē. Nō poteſt petris auelli polypus: idē cunila admota, ab odore ꝓtinus reſilit. Purpuræ quoq; fœtidis capiuntur. Nam de reliquo animaliū genere quis dubitet? Cornus ceruini odore ſerpentes fugantur ſed maxime ſtyracis: Origani, aut calcis, aut ſulphuris, formicæ necantur. Culices acida petunt, ad dulcia non aduolant.

Tactum cōmunem eſſe omnibus. Ca. .LXX.

TActus ſenſus oībus eſt, etiā quibus nullus alius: nam et oſtreis et terreſtribus uermibus. Quo exiſtimauerim omnibus ſenſum guſtus eſſe. Cur enim alios alia ſapores appetūt? In quo uel præcipua naturæ architectiq; uis. Alia dentibus prædantur, alia ungui

alia unguibus, alia rostri aduncitate capiũt, alia latitudine ruũt, alia acumĩe excauant, alia sugũt, alia lambũt, sorbent, mandunt, uorant. Nec minor uarietas in pedũ ministerio, ut rapiant, distrahãt, teneãt, premant, pendeant, tellurem scabere non cessent.

Quæ uenenis uiuant, et q̃ terra. Ca. LXXII.

VEnenis capreæ et coturnices (ut diximus) pinguescunt, placidissima animalia: at serpentes ouis, spectanda quidẽ draconũ arte. Aut enim solida hauriunt, si iam fauces capiunt: quæ deinde in semet conuoluti frangunt intus, atq; ita putamina excutiunt: aut si tenerior est & catuli adhuc ætas, orbe apprehensa spira, ita sensim uehemẽterq; præstringũt, ut amputata parte ceu ferro, reliquam quæ amplexu tenetur, sorbeant. Simili modo auibus deuoratis solidis, cõtentione plumas, et cætera ossa reuomunt. Scorpiones terra uiuunt. Serpẽtes, cum occasio est, uinum præcipue appetunt, cum alioquin exiguo indigeant potu. Eædem minimo, & penè nullo cibo, cum adseruantur inclusæ: sicuti aranei quoq;, alioqn suctu uiuentes. Ideo nullũ interit fame aut siti uenenatũ. Nam neq; caloris uim habent, neq; sanguinis, neq; sudoris, quæ auiditatem naturalem sale augent. In quo genere omnia magis exitialia, si suum genus edêre anteq̃ noceant. Condit in thesauros maxillarũ cibum sphingiorum & satyrorum genus: mox inde sensim ad mandendũ manibus expromit. Et quod for

*micis in annum solēne est, his in dies uel horas.*

De cibo & potu quorundam. Ca. LXXIII.

VNum aīal digitos habentium herba alitur, lepus: sed et fruge. Solidipedes, et bisulci sues, oī cibatu & radicibus. Solidipedū uolutatio ꝓpria. Serratorū dentiū carniuora sunt oīa. Vrsi et fruge, frōde, uindemia, pomis uiuūt et apibus, cancris etiā et formicis: Lupi, ut diximus, et terra ī fame. Pecus potu pinguescit, ideo sal illis aptißimus: itē ueterina, quanq̄ et fruge et herba: sed ut bibêre secedūt. Rumi nant, præter iā dicta, syluestriū cerui, cū à nobis alū tur. Omnia aūt iacētia potius q̄ stātia, et hyeme ma gis q̄ æstate, septenis ferè mēsibus. Pontici quoq; mu res sili mō remandūt. In potu, q̄bus serrati dentes, lā bunt: Et mures hi uulgares, q̄uis ex alio genere sint. Quibus cōtinui dētes, sorbēt, ut equi, boues. Neutrū ursi, sed aquā quoq; morsu uorāt. In africa máior ps ferarū, æstate nō bibūt, inopia imbriū: Quā ob cau sam, capti mures Libyci, si biberint, moriūtur. Ory gem ꝑpetuo sitientē Africa generat, ex natura loci potu carentē, cū mirabili mō ad remedia sitientium. Nāq; Getuli latrones eo durāt auxilio, reptis in cor pore eorum saluberrimi liquoris haustu uesicis. Insi dūt in eadē Africa Pardi cōdensa arbore: occultati q; eius ramis, in prætereūtia desiliūt, atq; è uolucrū cæde grassantur. Feles quidem quo silētio, q̄ leuibus uestigijs obrepūt auibus: quàm occulto speculatu in

musculos

musculos exiliũt? Excremẽta sua effossa obruũt terra, intelligentes odorem illum indicem sui esse.

Quæ inter se dissideant, & quæ inter se conueniant. Caput .LXXIIII.

ERgo & alios sensus quosdã esse q̃ supradictos, haud difficulter apparet. Sunt enĩ quædã his bella amicitiæq́;, unde & affectus, præter illa quæ de quibusq; eorum suis diximus locis. Dißident olores & aquilæ. Coruus & chlorio noctu inuicem oua exquirentes. Simili modo coruus et miluus, illo præcipiente huic cibos: Cornices & noctua: Aquilæ & trochilus (si credimus) quoniam rex appellatur auium: Noctuæ & cæteræ minores aues. Rursus cũ terrestribus mustella & cornix: Turtur & pyralis: Ichneumones uespæ, & phalanges aranei. Aquaticæ, anates & gauiæ. Harpæ & Triorches, accipiter. Sorices & ardeolæ, inuicem fœtibus insidiãtes. Aegithus auis minima cũ asino. Spinetis enim se scabẽdi causa atterẽs, nidos eius dißipat: quod illa adeo pauet, ut uoce oĩno rudentis audita, oua eijciat, pulli ipsi metu cadãt. Igitur aduolãs ulcera eius rostro excauat. Vulpes et milui. Angues et mustellæ, & sues. Esalõ uocatur pua auis, oua corui frangẽs, cuius pulli ĩfestãtur à uulpibus. Inuicẽ hæc catulos eius ipsámq; uellit. Q d̃ ubi uiderint corui, contrà auxiliãtur, uelut aduersus communem hostem. Et acãthis in spinis uiuit, idcirco asinos et ipsa odit, flores spinæ deuorantes.

rantes. Aegithũ uero anthus in tantum, ut ſanguinẽ corũ non credant coire, multisq; ob id ueneficijs infament. Diſſident thoes & leones, & minima æque ac maxima. Formicoſam arborem ſorices cauẽt. Librat araneus ſe filo in caput ſerpentis porrectæ ſub umbra arboris ſuæ: tantaq; ui morſu cerebrum apprehendit, ut ſtridens ſubinde, ac uertigine rotata, ne filum quidem deſuper pẽdentis rũpere, adeo nec fugere queat: nec finis ante mortem eſt. Rurſus amici pauones & columbæ. Turtures & pſitaci, merulæ & turdi, cornix & ardeolæ: contra uulpiũ genus communibus inimicitijs. Harpæ & miluus cõtra triorchin. Quin & affectus indicia ſunt etiam in ſerpẽtibus, immitiſſimo animalium genere. Dicta ſunt, quæ Arcadia narrat de domino à dracone ſeruato, & agnito uoce hominis. De aſpide miraculum à Philarcho traditur: Is enim autor eſt: Cum ad mẽſam cuiuſdam ueniens in Aegypto aleretur aſſidue enixam catulos, quorum ab uno filium hoſpitis interemptum: illam reuerſam ad conſuetudinem cibi, intellexiſſe culpam, & necẽ intuliſſe catulo, nec poſtea in tectum id reuerſam.

De ſomno animalium. Ca. LXXV.

SOmni quæſtio non obſcuram coniectationẽ habet. In terriſtribus, omnia quæ cor habent, dormire manifeſtum eſt. Aquatilium quoque exiguum quidam etiam qui de cæteris dubitant, domire tamẽ exiſtimant;

*existimant: non oculorũ argumento, qa non habent genas, uerũ ipsa qete cernuntur placida ceu soporata, neq; alia q̃ caudas mouentia, & ad tumultũ aliquẽ expauentia. De thynnis confidẽtius affirmatur. Iuxta ripas enim aut petras dormiunt. Plani aũt piscium in uado, ut manu sæpe tollãtur. Nam & delphini, balenæq; stertẽtes etiã audiuntur. Insecta quoque dormire silẽtio apparet, qa nec luminibus quidẽ admotis excitentur. Homo genitus premitur somno per aliquot menses: deinde longior in dies uigilia. Somniat statim infans. Nam & pauore expgiscitur, et suctũ imitatur. Quidã uero nunq̃, quibus mortiferũ fuisse signũ contra consuetudinẽ somniorũ inuenimus exempla. Magnus hic inuitat locus, et diuersis refertus documẽtis, utrúmne sint aliqua præscita animi qescentis: qua fiant ratione, an fortuita res sit, ut pleraque. Et si exẽplis agatur, pfecto paria fiant. A uino & à cibis pxima, atq; in redormitione uana esse uisa, ppè cõuenit. Est aũt somnus nihil aliud, q̃ animi ĩ mediũ sese recessus. Præter hoĩem somniare equos, canes, boues, pecora, capras, palàm est. Ob hoc creditur & in omnibus, quæ animal pariunt. De ijs quæ oua gignunt, incertum est, sed dormire ea certum. Verum & ad insecta transeamus.*

*Hæc nanque restant immensæ subtilitatis animalia.*

# C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XI.

## PROOEMIVM.

De insectis animalibus, ut sunt apes, formicæ, & huiusmodi.



RESTANT IMMENSæ subtilitatis aĩalia: quando aliqui ea neq; spirare, & sine sanguine esse etiã ꝓdiderũt.

De insectorũ genere. Caput .I.

MVlta hæc & multigena, terrestrium uolucrũq; uita. Alia pennata, ut apes: alia utroque modo, ut formicæ: aliqua & pennis & pedibus carentia. Et iure oĩa insecta appellata ab incisuris, quæ nunc ceruicũ loco, nunc pectorum atq; alui præcincta separant mẽbra, tenui modo fistula cohærentia. Aliq̃bus uero non tota incisura eas ambiente rugas, sed ĩ aluo, aut supne tantũ, ĩbricatis flexiliũ uertebris, nusq̃ alibi spectatiore naturæ rerũ artificio.

De subtilitate naturæ in his. Ca. .II.

IN magnis siquidem corporibus, aut certe maioribus, facilis officina sequaci materia fuit. In his uero tam paruis, atq; tam nullis, quæ ratio, quanta uis, q̃ inextricabilis perfectio? V bi tot sensus collocauit ĩ culice? Et sunt alia dictu minora. Sed ubi uisum in ea præ

Insecta quæ dicũtur latinis, græcis ἔντομα appellantur: atque hæc qdẽ dicta sunt Plinio ab ĩcisuris, quæ nunc ceruicũ loco, nũc pectorum atq; alui, præcincta separãt membra &c. Arist. uero li. 1. c. 1. de nat. ani. Insecta, in qt, dicta sunt, quorũ corpus incisuris præcingitur, aut parte tantum supina, aut etiam prona.

in ea prætēdit? ubi gustatū applicauit? ubi odoratū īseruit? ubi uero truculentā illā, et portione maximā uocē ingenerauit? qua subtilitate pennas adnexuit? prælongauit pedum crura? disposuit ieiunam caueā uti aluum, auidam sanguinis, & potissimū humani sitim accendit? Telū uero perfodiendo tergori, quo spiculauit ingenio? Atque ut incapaci (cum cerni nō possit exilitas) ita reciproca generauit arte, ut fodiendo acuminatum pariter sorbendoq; fistulosum esset. Quos teredini ad perforanda robora cum sono teste dentes affixit, potissimumq́; è ligno cibatum fecit? Sed turrigeros elephantorum miramur humeros, taurorumq́; colla, & truces in sublime iactus, tigrium rapinas, leonum iubas, cum rerum natura nusquam magis quàm in minimis tota sit. Quapropter quæso, ne nostra legentes (quoniam ex his spernuntur multa) etiā relata, fastidio damnēt, cū in contemplatione naturæ nihil possit uideri superuacuū.

Vtrū spirēt, an habeāt sanguinē. Ca. .III.

INsecta multi negarunt spirare, id ratione psuadentes, quoniam uisceri interiori nexus spirabilis non inesset: Itaq; uiuere ut fruges, arboresq́; : sed plurimum interesse, spiret aliquid an uiuat. Eadem de causa nec sanguinem ijs esse, qui sit nullis carentibus corde aut iecore. Sic nec spirare ea quibus pulmo desit. Vnde numerosa quæstionum series exoritur. Iidē enim & uocē esse his negant, in tanto mur-

*murc apum, cicadarum sono, et alijs quæ suis æstimabuntur locis. Nam mihi cõtuenti semp suasit rerum natura, nihil ĩcredibile existimare de ea. Nec uideo cur magis non possint trahere animã talia, & uiuere, q̃ spirare sine uisceribus: quod etiam in marinis docuimus, q̃uis arcente spiritum densitate & altitudine humoris. Volare quidẽ aliqua, & animatu carere in ipso spiritu uiuẽtia, habere sensum uictus, generationis atque operis, & de futuro etiam curam: & quamuis non sint membra, quæ uelut carina sensus inuehant, esse tamen his auditum, olfactum, gustatum, eximia præterea naturæ dona, solertiam, animum, artem, quis facile crediderit? Sanguinem nõ esse his fateor, sicut ne terrestribus quidem cunctis, uerum simile quiddam. Vt sepiæ in mari sanguinis uicẽ atramentum obtinẽt, purpurarum generi infector ille succus: sic insectis quisquis est uitalis humor, hic erit sanguinis loco. Sed existimatio sua cuiq; sit. Nobis propositum est, naturas rerum manifestas indicare, non causas iudicare dubias.*

*De corpore eorum.* Caput .IIII.

*INsecta (ut intelligi possit) nõ uidẽtur neruos habere, nec ossa, nec spinas, nec cartilaginẽ, nec pinguia, nec carnes, nec crustã qdem fragilẽ, ut quædã marina, nec iure dicetur cutis, sed mediæ cuiusdã inter oĩa hæc naturæ corpus, arẽti simile, neruo mollius, ĩ reliqs partibus siccius uerius q̃ durius. Et hoc*

*solum*

*solum his est, nec præterea aliud. Nihil intus, nisi ad modum paucis intestinum implicatum. Itaque diuulsis præcipua uiuacitas, & partium singularum palpitatio. Quia quæcunq; est ratio uitalis, illa non certis inest mēbris, sed toto in corpore, minime tamē capite: solumq́; non mouetur, nisi cū pectore auulsum. In nullo genere plures sunt pedes. Et qbus ex his plurimi, diutius uiuunt diuulsa, ut in scolopendris uidemus: Habent autem oculos: præterq́; sensus tactum & gustatum aliqua & odoratū, pauca et auditum.*

*De apibus.* *Caput* .V.

*Sed inter omnia principatus apibus, et iure præcipua admiratio, solis ex eo genere hominū causa genitis. Mella contrahunt, succumq́; dulcißimum atq; subtilißimum, ac saluberrimū. Fauos cōfingunt & ceras. Illæ ad usus uitæ laborē tolerant, opa conficiunt, remp. habēt, concilia priuatim ac duces gregatim: et qđ maxīe mirū sit, mores habent. Præterea cum sint neq; mãsueti generis, neq; feri, tamē tanta est natura rerū, ut ppè ex umbra minimi aīalis, incōparabile effecerit quiddam. Quos efficaciæ industriæq; tantæ cōparemus neruos? quas uires? quos ratione medius fidius uiros? hoc certe præstantioribus, quo nihil nouere nisi cōmune. Non sit de anima quæstio, constet & de sanguine, quantulum tamen esse in tantulis potest. Aestimemus postea ingenium.*

*De apibus qui exactius aliqd scripserint, inter græcos qui dē habes Ari. li.5.ca.22.et itē l.9.c.40. et alios plerosq;, quorū opa hodie fortaßis nō extāt. Inter Latinos uero præter Plinium, Virgiliū, q priuatim ex quatuor Georgicorū libris,*

*Qui ordo naturæ in eis.* *Caput* .VI.

HYeme conduntur. Vnde enim ad pruinas niuesq;, & aquilonũ flatus perferendos uires? Sanè et insecta oĩa, sed minus diu, quæ parietibus nostris occultata maturè tepefiũt. Circa apes aut temporum locorúmue ratio mutata est, aut errauerunt priores. Conduntur à uergiliarum occasu, sed latent ultra exortum. Adeo non ad ueris initium, ut dixere, nec ut quisque in Italia de alueis existimat. Ante fabas florentes non exeunt ad opera & labores, nullusq́; (cum per cælum licuit) ocio perit dies. Primũ itaque fauos construunt, ceram fingunt, hoc est, domos cellasq́; faciunt. Deinde sobolem, postea mella, ceram ex floribus. Melliginem è lachrymis arborũ quæ glutinum pariunt, salicis, ulmi, harundinis succo gummi, resina. His primum alueum ipsum intus totum, ut quodam tectorio illinunt, & alijs amarioribus succis contra aliarum bestiolarum auiditates: id se facturas consciæ, quod concupisci possit. His deinde fores quoque latiores circunstruunt.

*unũ apibus dicauit: M. item Varronẽ li.3. ca.15. et Columel. li.9. c.2. & 3. et sequẽtibus deinceps ad finẽ usq; eius libri, apud quẽ ex latinis quoq; de apibus scripsisse leguntur Higinius et Celsus. De qbus simul et de Virgilio talẽ fert censurã: De apibus, inquit, neq; diligẽtius quicq̃ præcipi potest q̃ ab Higinio dictũ est, nec ornatius quàm à Virg, nec elegãtius quàm à Celso.*

De uocabulis operis. Caput .VII.

PRima fundamenta operis comosin uocant periti, secunda pissoceron, tertia propolin, inter coria cerasq́; magni ad medicamina usus. Nigra crusta est prima saporis amari. Pissoceros super eam uenit picantium modo ceu dilutior. Ceræ initium plerunque è mitiore gummi. Propolis crassioris iam materiæ additis floribus, nondum tamen cera, sed fauorum sta-

uorum ſtabilimentum, qua omnes frigoris aut iniuriæ aditus obſtruuntur, odore etiamnum graui, ut qua plerique pro galbano utantur. Præter hæc conuehitur erithace, quam alij ſandarachã, alij cerinthum uocant. Hic erit apum dum operãtur cibus, q ſæpe inuenitur ĩ fauorũ inanitatibus ſepoſitus: et ipſe amari ſaporis, ſed plenus humoris cibus. Gignitur autẽ rore uerno, et arborũ ſucco, gũmi modo, africi minor, auſtri flatu nigrior, aquilonibus melior, & rubens, plurimum in græcis nucibus. Menecrates florẽ ait eſſe futuræ meſſis indiciũ, ſed nemo præter eum.

Ex qbus floribus opa fiant. Ca. VIII.

CEras ex oĩm arborum ſatorumq; floribus cõfingunt, excepta rumice & chenopode. Herbarũ hæc genera. Falsò excipitur ſpartũ, quippe in Hiſpania multa in ſpartarijs mella herbã eam ſapiunt. Falsò & oleas excipi arbitror, quippe oliuæ ꝓuentu plurima examina gigni certum eſt: Fructibus nullis nocetur. Mortuis ne floribus quidem, non modo corporibus inſidunt. Operantur intra. LX. paſſus. Et ſubinde cõſumptis in ꝓximo floribus, ſpeculatores ad pabula ulteriora mittũt. Noctu deprehẽſæ ĩ expeditione excubãt ſupinæ, ut alas à rore ꝓtegãt.

De amatoribus earũ. Ca. IX.

NE qs miretur amore earũ captos, Ariſtomachum Solenſem duodeſexaginta annis nihil aliud egiſſe: Hyliſcũ uero Thaſiũ ĩ deſertis apes colẽ

O iiij tem,

tem, Agriū cognominātum, q ambo scripsere de his.

Ratio operis. Caput .X.

RAtio opis: Interdiu statio ad portas more castrorū, noctu quies in matutinū, donec una excitet omnes gemino aut triplici bombo, ut buccino aliquo. Tunc uniuersæ puolant, si dies mitis futurus est. Prædiuinant enim uētos imbresq;, et tūc se continent tectis. Itaq; tēperie cæli (hanc enim inter præscita habent) cū agmen ad opera pcessit, aliæ flores aggerunt pedibus, aliæ aquā ore, guttasq; lanugine totius corporis quibus est: Quarū adulescētiores ad opa exeūt, et supradicta cōuehunt, seniores intus operantur. Quæ flores cōportant, prioribus pedibus fœmina onerāt, ppter id natura scabra, pedes priores rostro, totæq; onustæ remeāt sarcina pandatæ. Excipiūt eas ternæ aut quaternæ, atq; exonerāt. Sunt enī intus quoq; officia diuisa. Aliæ struūt, aliæ poliunt, aliæ suggerūt, aliæ cibū cōparant ex eo qđ allatum est. Neq; enī sepatim uescuntur, ne inæqualitas operis aut cibi fiat et tēporis. Struūt rursus ea orsa con cameratione aluei, textūq; uel usq; ad summa tecta deducūt, limitibus binis circa singulos arcus, ut alijs intrēt, alijs exeant. Faui supiore pte affixi, et paulu lum etiā lateribus simul hærēt, et pendēt unà. Alueū nō cōtingunt, nūc obliq, nunc rotūdi, qualiter poscit alueus: aliquādo et duorū generū, cum duo examina cōcordibus populis dissiles habuere ritus. Ruētes ceras fulci-

ras fulciunt, pilarũ instar interius à solo fornicatis, ut sit aditus ad sarciendũ. Primi ferè tres uersus inanes struuntur, ne pmptũ sit quod inuitet furantẽ. Nouissimi maxime implẽtur melle, ideoq; auerso alueo faui eximuntur. Gerulæ secũdos flatus captant. Si coo riatur pcella, apprehensis pedusculo lapillis se librant. Quidã in humeros eum imponi tradũt. Iuxta uero terram uolant in aduerso flatu uepribus hebetato. Mira obseruatio operis. Cessantiũ inertiam notant, castigant mox et puniunt morte. Mira munditia. Amoliuntur omnia è medio, nullæq; inter opera spurcitiæ iacẽt. Quin & excrementa operantiũ intus, ne longius recedant, unum congesta in locũ, turbidis diebus & operis ocio egerunt. Cum aduesperascit, in alueo strepunt minus ac minus, donec una circumuolet, eodem quo excitauit bombo, ceu quietem capere imperans: & hoc castrorum more. Tunc repente omnes conticescunt.

De fucis. Caput .XI.

Domos primũ plebeis exædificant, deinde regibus. Si speratur largior pUentus, adiiciuntur cõtubernia et fucis. His cellarũ minimæ, sed ipsi maiores apibus. Sunt autẽ fuci, sine aculeo uelut imperfectæ apes, nouißimeq; à fessis & iam emeritis inchoatæ, serotinus fœtus, et quasi seruitia uerarum apum. Quamobrem imperant ijs, primosq; in opera expellunt, tardantes sine clementia puniũt. Neq; in opere

in opere tantum, sed in fœtu adiuuant eas, multum ad calorem conferente turba. Certe quo maiorū fuerit multitudo, eo maior fiet examinum prouentus. Cum mella cœperint maturescere, abigunt eos. Multæ singulos aggressæ trucidāt. Nec id genus nisi uere conspicitur. Fucus ademptis alis in alueum traiectus, ipse cæteris adimit. Regias imperatoribus futuris in una parte aluei extruunt amplas, magnificas, separatas, tuberculo eminentes: quod si exprimatur non gignuntur soboles. Sexangulæ omnes cellæ, à singulorum eæ pedum opere. Nihil horum statuto tempore, sed rapiunt diebus serenis munia. Et melle uno alteróue ad summum die cellas replent.

Quæ natura mellis. Cap. .XII.

VEnit hoc ex aëre, & maxime siderū exortu, præcipueq; in ipso sirio explendente fit, nec omnino prius uergiliarum exortu sublucanis temporibus. Itaq; cum prima aurora folia arborum melle roscida inueniuntur, ac si q matutino sub diuo fuere, unctas liquore uestes, capillumq; concretū sentiunt. Siue ille est cæli sudor, siue quædam siderum saliua, siue purgantis se aëris succus, utināq; esset & purus ac liquidus, et suæ naturæ, qualis defluit primo: nūc uero è tanta cadens altitudine, multūq; dū uenit sordescens, & obuio terræ halitu infectus, præterea è fronde ac pabulis potus, & in uterculos congestus apum, (ore enim uomunt) ad hæc succo florū corruptus, &

ptus, &

ptus, & alueis maceratus, totiensq; mutatus, magnam tamen cœlestis naturæ uoluptatem affert.

Quæ optima mella. Caput .XIII.

IBi optimus semper, ubi optimorum doliolis florũ conditur. Atticæ regionis hic, et Siculæ Hymetto, & Hybla ab locis, mox Callimne insula. Est aũt initio mel(ut aqua)dilutũ, et primis diebus feruet, ut mustũ, seq; purgat: uicesimo die crassescit, mox obducitur tenui membrana, qua feruoris ipsius spuma concrescit. Sorbetur optimũ et minime fronde infectum, e quercus, tiliæ, harundinum folijs.

Quæ genera mellis in singulis. Ca. .XIIII.

SVmma quidem bonitatis natione constat(ut supra diximus)pluribus modis. Aliubi enim faui ccra spectabiles gignũtur, ut in Pelignis, Sicilia: aliubi mellis copia, ut in Creta, Cypro, Africa: aliubi magnitudine, ut in septẽtrionalibus, uiso iam in Germania octo pedum longitudinis fauo, in caua parte nigro. In quocunque tamen tractu terna sunt mellis genera. Vernũ ex floribus constructo fauo, quod ideo uocatur anthinum. Hoc quidam attingi uetãt, ut largo alimento ualida exeat soboles. Alij ex nullo minus apibus relinquũt, quoniã magna sequatur hubertas magnorum siderum exortu. Præterea solstitio, cũ thymũ & uua florere incipiunt, præcipua cellarũ materia. Est aũt in eximẽdis fauis necessaria dispẽsatio, quoniã inopia cibi desperãt, moriunturq;

aut effugi

aut effugiunt: contrà copia ignauiam affert. Maciē melle non erithace pascunt. Qui aūt sunt diligentiores, ex hac uindemia. XII. partē apibus relinquunt. Dies statutus inchoādi, ut quadā lege naturæ, si scire aut obseruare hoīes uelint. XXX. ab educto examine, fereq; Maio mēse includitur hæc uindemia. Alterum genus est mellis æstiui, quod ideo uocatur horæum, à tēpestiuitate præcipua, ipso sirio explēdescente post solstitium diebus. XXX. ferè. Immēsa circa hoc subtilitas naturæ mortalibus patefacta est, nisi fraus hoīm cūcta pnicie corrūperet. Nanq; ab exortu sideris cuiuscunq;, sed nobiliū maxīe, aut cœlestis arcus, si nō sequātur imbres, sed ros tepescat solis radijs, medicamenta non mella gignuntur, oculis, ulceribus internisq; uisceribus dona cœlestia. Quod si seruetur hoc sirio exoriente, casuq; congruat in eundem diem (ut sæpe) Veneris, aut Iouis, Mercuriiue exortus, non alia suauitas, usüsq; mortalium malis à morte uocandis, q̄ diuini nectaris fiat.

## Quomodo probentur mella. Ca. XV.

MEl plenilunio uberius capitur, serena die pinguius. In omni melle quod per se fluit, ut mustū oleūq;, appellaturq; acœtō, maxīe laudabile est. Aestiuum omne rutilum, ut diebus cōfectum siccioribus. Aptissimū in æstimatione è thymo, coloris aurei, saporis gratissimi, cum sit palam doliolis pingue, marino è rore spissum. Quod concrescit autem

hoc minime

hoc minime laudatur. Thymosum non coit, & tactu prætenuia fila mittit, quod primum grauitatis argumentum est. Abrumpi statim & resilire guttas, uilitatis indiciū habetur. Sequens ꝓbatio, ut sit odoratum, & dulce, ꝛeglutinosum, perlucidum. Aestiua mellatione decimā partem Thasio Dionysio apibus relinqui placet, si pleni fuerint aluei: si minus, pro rata portione: aut si inanes, oīno non attingi. Huic uindemiæ Attici signum dedere initum caprificialem diem Vulcano sacrum.

De tertio genere mellis, & quomodo apes ꝓbentur. Caput .XVI.

TErtiū genus mellis, minime ꝓbatū, syluestre, quod ericæū uocant. Conuehitur post primos autumni imbres, cum erice sola floret in syluis, ob id harenoso simile. Gignitur id maxime Arcturi exortu à pridie idus Septembris. Quidam æstiuā mellationem ad Arcturi exortum proferunt, quoniam ad æquinoctiū autūni ab eo supsint dies .XIIII. et ab æqnoctio ad Vergiliarū occasum diebus .XLVIII. plurima fit erice. Atheniēses tetralicē appellāt, Euboea Sisaram, quā putant apibus esse gratissimā, for tassis, quia tūc nulla alia sit copia. Hæc ergo mellatio fine uindemiæ et Vergiliarū occasu, idibus nouē bris ferè includitur. Relinqui ex ea duas partes apibus ratio persuadet, & semper eas partes fauorum, quæ habeāt erithacē. A bruma ad Arcturi exortum

diebus

diebus.LX. somno aluntur sine ullo cibo. Ad Arctu ri exortũ ab æquinoctio uerno tepidiore tractu iã uigilant. Sed etiã tũc alueo se cõtinẽt, seruatosq; in id tẽpus cibos repetũt. In Italia uero hoc idẽ à uergiliarũ exortu faciũt, et in eũ dormiũt. Alueos quidã in eximendo melle expendũt, ita dirimẽtes quantũ relinquant. Aequitas etiã in eis obstringitur, ferũtq; societate fraudata alueos mori. In primis præcipitur, ut lauti puriq; eximãt mella. Furem et mulierũ mẽses odêre. Cum eximũtur mella, apes abigi fumo utilissimum, ne irascãtur, aut ipsæ auidæ uorẽt. Fumo crebriore etiã ignauia earũ excitatur ad opera. Nam ubi incubauere, fauos liuidos faciũt. Rursus nimio fumo inficiũtur, quarũ iniuriã celerríe sentiũt mella, uel minimo cõtactu roris acescẽtia. Et ob id inter genera seruatur quod acapnon uocãt. Albũ mel nõ fit quod bithymum est, sed oculis & ulceribus aptissimum: Fœtus quonã modo ꝓgenerarẽt, magna inter eruditos & subtilis quæstio fuit. Apũ enim coitus uisus est nunq̃. Plures existimauere * oportere cõfici floribus cõpositis apte atq; utiliter. Aliqui coitu unius, qui rex in quoq; appellatur examine. Hunc esse solũ marẽ, præcipua magnitudine, ne fatiscat. Ideo fœtũ sine eo nõ edi: apesq; reliquas tanq̃ marẽ fœminas comitari, non tanq̃ ducem: Quam probabilem aliâs sententiã fucorũ euentus coarguit. Quæ enim ratio, ut idem coitus alios perfectos, imperfectos generet alios?

*Quidam legẽdum putãt apportari, ꝓ eo qđ legitur oportere cõfici quẽadmodũ id ab Hermolao etiã annotatũ est ex Aristo.*

neret alios? Propior uero prior existimatio fieret, ni rursus alia difficultas occurreret. Quippe nascuntur aliquãdo in extrẽmis fauis apes grandiores, quæ cæteras fugant. Oestrus uocatur hoc malũ: quonam modo nascens, si ipsæ se fingunt? Quod certũ est, gallinarum modo incubant. Id quod exclusum est, primum uermiculus uidetur candidus, iacẽs trãsuersus, adhærensq́; ita ut pascere uideatur. Rex statim mellei coloris, ut electo flore ex oĩ copia factus, neq; uermiculus, sed statim pẽniger. Cætera turba cũ formã capere cœpit, nymphæ uocãtur: ut fuci, sirenes, atq; cephenes. Si qs alterutris capita demat, prius q̃ pennas habeant, pro gratissimo sunt pabulo matribus. Tempore procedente instillant cibos, atq; incubant, tum maxĩe murmurantes caloris (ut putant) faciẽdi gratia, necessarij excludẽdis pullis, donec ruptis mẽbranis (quæ singlos cingũt) ouorum modo uniuersum agmẽ emergat. Spectatũ hoc Romæ cõsularis cuiusdam suburbano, alueis cornu laternæ trãslucido factis. Fœtus intra .XLV. diẽ peragitur. Fit in fauis quibusdã, q uocatur clerus, amaræ duritia ceræ, cum fœtũ inde nõ eduxere morbo aut ignauia, aut in fœcũditate naturali. Hic est abortus apũ. Protinus aũt educti operãtur quadã disciplina cum matribus: regẽq́; iuuenẽ æqualis turba comitatur. Reges plures inchoantur ne desint. Postea ex eis soboles, cũ adulta esse cœpit, concordi suffragio teterrimos necant, ne

locis duobus uidelicet li. 5. c. 21. de nat. anima. ubi ita legitur: De generatione apum uaria sentẽtia est. Alij enĩ eas parere & coire negant, sed deportari fœturã existimãt &c. Et li. 3. ca. 9. de gener. aĩal. Aut enim, inqt, aliunde portare cuius fœtũ eas necesse est, ut quidã uolunt, aut ipsas generare aut parti portare, parti generare.

distrahant agmina. Duo autē genera eorum, melior ruffus q̃ niger uariusq́;. Oībus forma semp egregia, et duplo q̃ cæteris maior. Pennæ breuiores, crura recta, ingressus celsior, in fronte macula quodā diademate candicās. Multū etiā nitore à uulgo differūt.

Quæ regiminis ratio. Ca. .XVII.

QVærat nunc aliquis, unúsne Hercules fuerit, & quod Liberi patris sepulchrū, et reliqua uetustatis situ obruta. Ecce in re parua, uillisq́; nostris annexa, cuius assidua copia est, non cōstat inter autores: rex nullúmne solus habeat aculeum, maiestate tantū armatus, an dederit eum quidem natura, sed usum esse tantū negauerit. Illud constat, impatorem aculeo non uti: Mira plebei circa eum obedientia. Cum procedit, una est: totum examen circa eum conglobatur, cingit, ptegit, cerni non patitur. Reliquo tpe cum populus in labore est, ipse opa intus circuit similis exhortāti, solus immunis. Circa eum satellites quidā lictoresq́;, asſidua custodientes autoritate. Procedit foras non nisi migraturo examine. Id multo intelligitur antè, aliquot diebus murmure intus strepēte, apparatus indicio diem tempestiuū eligentiū. Si qs alā ei detrūcet, nō fugiet examē. Cum pcessere, se quæq; pximā illi cupit esse, et in officio conspici gaudet. Fessum humeris subleuāt, ualidius fatigatum ex toto portāt. Si qua lassatus deficit, aut forte aberrauit, odore prosequuntur. Vbicunq; ille

consedit,

consedit, ibi cunctarũ castra sunt. Tunc ostẽta faciũt priuata ac publica, uua depẽdente in domibus templisue, sæpe expiata magnis euẽtibus. Sedere in ore infantis Platonis, tũc etiã suauitatẽ illam prædulcis eloquij portẽdentes. Sedere ĩ castris ducis Drusi imperatoris, tũc ꝓsperrime pugnatũ apđ Arbalonẽ est, haud quaq̃ ꝑpetua haruspicũ coniectura, qui dirũ id ostentũ existimant semp. Duce prehẽso totũ tenetur agmen, amisso dilabitur, migrãtq; ad alios. Esse utique sine rege non possunt. Inuitæ aũt interimunt eos cum plures fuere, potiusq; nascentiũ domos diruũt, si prouentus despatur, tunc & fucos abigũt. Quanq̃ de ijs uideo dubitarí, propriumq; ijs genus esse aliquos existimare, sicut furibus, grãdißimis ĩter illas, sed nigris, lataq; aluo: ita appellatis quia furtim deuorẽt mella. Certũ est, ab apibus fucos interfici. Vtique regẽ non habẽt. Sed quomodo sine aculeo nascã tur, in quæstione est. Humido uere melior fœtus, sicco mel copiosius. Quod si defecerit alicuius aluei cibus, impetũ in ꝓximas faciũt rapinæ ꝓposito. At illæ contrà dirigũt aciẽ: et si custos adsit, alterutra pars quem suis fauere sentit, nõ appetit eum. Et alijs quoque sæpe dimicãt causis, easq; acies contrarias duo imperatores instruunt. Maxima rixa, & in conuehendis floribus exorta, & suos quibusque euocantibus. Quæ dimicatio iniectu pulueris aut fumo tota discutitur. Reconciliãtur uero lacte uel aqua mulsa.

P De ge-

De genere apum,& quæ inimica apibus. Caput .XVIII.

APes sunt & rusticæ syluestrésque, horridæ aspectu,multo iracundiores, sed ope ac labore præstantes. Vrbanarũ duo genera: Optimæ breues,variæq;,& in rotunditatẽ compactiles: deteriores longæ,& qbus similitudo uesparũ: etiamnũ deterrimæ ex ijs pilosæ. In Ponto sunt quædam albæ, quæ bis in mense mella faciunt. Circa Thermodoontem aũt fluuium duo genera: Aliarum quæ in arboribus mellificãt: aliarũ quæ sub terra, triplici cerarũ ordine huberrimi ꝓuentus. Aculeum apibus natura dedit uentri consertũ: Ad unum ictũ hoc infixo, quidam eas statim emori putãt. Aliqui non nisi in tantũ adacto,ut intestinũ sæpe assequatur: sed fucos postea esse,nec mella facere,uelut castratis uiribus, pariterq; & nocere & ꝓdesse,dein desinere. Est in exẽplis,equos ab ijs occisos. Odere fœdos odores, ꝓcul fugiunt: sed & infectus. Itaq; unguenta redolentes infestant,ipsæ plurimorũ aĩalium iniurijs obnoxiæ. Impugnãt eas naturæ eiusdẽ degeneres uespæ atque crabrones, & è culicũ genere q uocãtur muliones: populãtur hirũdines,& quædã aliæ aues. Insidiãtur aquãtibus ranæ, quæ maxĩa earũ est opatio tũ cũ sobolẽ faciũt. Nec eæ tantũ quæ stagna riuosq; obsident,uerũ et rubetæ ueniũt ultro,adrepẽtesq; foribus optas sufflãt: ab hoc spatio ꝓuolãt, cõfestimq; ab ripiun-

Hãc etiam ob causam Vir. in 4. geor. præcipit aluearia suffumigãda, ut exide inimica illis aĩalia fugiãt, ut Ser. exponit. Verba aũt Virgi-

ripiũtur. Nec ſentire ictus apũ ranæ tradũtur. Inimicæ et oues, difficile ſe à lanis earũ explicantibus. Cancrorũ etiã odore, ſiqs iuxtà coquat, exãiantur. Quin et morbos ſuapte natura ſentiunt. Index eorũ triſticia torpẽs, et cum ante fores in teporẽ ſolis promotis aliæ cibos miniſtrant, cũ defunctas progerũt, funerantiũq; more comitãtur exequias. Rege à peſte conſumpto, mœret plebs ignauo dolore: Non cibos conuehunt, non procedunt, triſti tantum murmure glomerãtur circa corpus eius. Subtrahitur itaq; deducta multitudine: aliàs ſpectantes exanimẽ, luctũ non minuũt. Tunc quoq; ni ſubueniatur, fame moriuntur. Hilaritate igitur et nitore ſanitas æſtimatur.

lij ita habent: aut ſuffire thymo, cerasq; recidere inanes. Quis dubitet? nã ſæpe fauos ignotus adedit Stellio. &c.

*

Ex Ariſt. l. 9. c. 40. Rubeta etiã, inqt, apes interimit. Subiens enĩ aditus aluei afflat, & obſeruans rapit euolantes.

## De morbis apum. Caput .XIX.

SVnt & operis morbi, cum fauos non explent: ſcleron uocant. Iidem blapſigoniam, ſi fœtũ non peragant. Inimica & echo eſt reſultanti in ſono, quĩ pauidas alterno pulſat ictu: inimica & nebula. Aranei quoque uel maxime hoſtiles, cum præualuere ut intexant, enecant alueos. Papilio etiam ignauus & inhonoratus, luminibus accẽſis aduolãs, peſtifer, nec uno modo. Nam & ipſe ceras depaſcitur, et relinqt excremẽta quibus teredines gignuntur. Filis etiam araneus, quacunq; inceſſerit, alarũ maxime lanugines obtexit. Naſcuntur et ĩ ipſo ligno teredines, quæ ceras præcipue appetũt. Infeſtat et auiditas paſtus nimia florũ ſatietate, uerno maxime tẽpore aluo cita.

Oleo quidẽ non apes tãtũ, sed oĩa insecta exanimantur, præcipue si capite uncto in sole ponantur. Aliquando & ipsæ contrahũt mortis sibi causas, quum sensere eximi mella auide uorantes. Cætero preparcæ, & quæ alioquin prodigas atque edaces nõ secus ac pigras & ignauas pturbent. Nocent & sua mella ipsis, illitæq; ab aduersa parte moriuntur. Tot hostibus, tot casibus, et quota portione eorũ commemorata? tam munificum animal expositum est. Remedia dicemus suis locis. Nunc enĩ sermo de natura est.

De continendis apibus, & quomodo reparentur. Caput .XX.

GAudent plausu atq; tinnitu æris, eoq; euocantur: Quo manifestum, auditus quoque inesse sensum. Effecto opere, educto fœtu, functæ munere omni, exercitationem tum solennem habent: spatiatæq; in aperto, et in altum datæ, gyris uolatu editis, tum demum ad cibum redeunt. Vita eis longißima, ut prospere inimica ac fortuita cedant, septenis annis uniuersa. Alueos nunquam ultra .X. annos durasse proditur. Sunt qui mortuas, si intra tectum hyeme seruentur, deinde sole uerno torreantur, ac ficulneo cinere toto die foueantur, putent reuiuiscere. In totum uero amissas reparari uentribus bubulis recentibus cum fimo obrutis: Virgilius iuuencorum corpore exanimato, sicut equorum uespas atque crabrones, sicut asinorum scarabeos, mutante natura ex aliis quæ-

is quædam in alia. Sed horum omniū coitus cernuntur. Et tamen in fœtu eadē ꝓpè natura quæ apibus.

De uespis & crabronibus. Caput .XXI.

VEspæ in sublimi è luto nidos faciūt, & in ijs ceras: Crabrones in cauernis ac sub terra. Et horum omnium sexangulæ cellæ, cætera autem è cortice & harena. Fœtus & ipse inæqualis & barbarus, alius euolat, & alius è nympha, alius in uermiculo. Et autumno non uerno omnia ea. Plenilunio maxime crescūt. Vespæ quæ ichneumones uocātur, (sunt aūt minores q̃ aliæ) unū genus ex araneis perimunt, phalangiū appellatum, & in nidos suos ferūt, deinde illinunt. Et ex ijs incubando suum genus procreant. Præterea oēs carne uescuntur contrà q̃ apes, quæ nullū corpus attingunt. Sed uespæ muscas grandiores uenantur: & amputato ijs capite, reliquum corpus auferunt. Crabronū syluestres, in arborū cauernis degunt: hyeme ut cætera insecta condūtur: uita bimatum non transit. Ictus eorum haud temere sine febri nō est. Autores sunt, ter nouenis punctis interfici hominē. Aliorum qui mitiores uidentur, duo genera: Opifices minores corpore, q moriūtur hyeme, matres quæ biennio durant, ij & clementes. Nidos uere faciunt ferè quadrifores, in quibus opifices generentur. Iis educatis, alios deinde nidos maiores fingunt, in quibus matres futuras producant. Iam tunc opifices funguntur munere, & pascunt eas. La-

tior matrum species, dubiumq; an habeant aculeos, quia nō egrediūtur. Ex his sunt sui fuci. Quidā opinantur omnibus his ad hyemem decidere aculeos. Nec crabronū autem, nec uesparū generi reges aut examina: Sed subinde renouatur multitudo sobole.

De bombycibus, & bombyli, & necydalo, & qs primus bōbycinā uestē inuenerit. Ca. XXII.

QVartum inter hæc genus est bombycum, in Aßyria proueniens, magis q̄ supradicta. Nidos luto fingunt, salis specie, applicatos lapidi, tanta duritia, ut spiculis perforari uix poßint. In ijs & ceras largius quàm apes faciunt, deinde maiorem uermiculum. Et alia horum origo è grandiore uermiculo, gemina protendens sui generis cornua. Hi erucæ sunt. Fit deinde quod uocatur bombylis, ex ea necydalus, ex hoc in .VI. mensibus bombyces. Telas araneorum modo texūt ad uestem luxumq; fœminarum, quæ bōbycina appellatur. Prima eas retorquere, rursúsque texere inuenit in * Ceo mulier Pamphila Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, ut denudet fœminam uestis bombycina.

* Apud Arist. li.5.ca.19.de na.aïal. Pasaphile legitur, qđ tamē Theodorus Pliuij fidē in hoc secutus, Pamphila uertit. Et apđ eundem non in Ceo, sed Co insula legitur.

De bombyce Coa. Caput .XXIII.

ET in Co insula nasci traduntur cupreßi, terebinthi, fraxini, quercus, florem imbribus decussum terræ halitu animante. Fieri aūt primo papiliones paruos nudósque, mox frigorum impatientia uillis inhorrescere, & aduersus hyemem tunicas sibi instaurare

instaurare densas, pedum asperitate radentes foliorum lanuginem in uellera. Hanc ab his quoque cogi subigi'que unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine. Postea apprehēsam corpori inuolui nido uolubili. Tunc ab homine tolli, fictilibusq; uasis tepore & furfurum esca nutriri: atque ita subnasci sui generis plumas, q̃bus uestitus ad alia pēsa dimitti. Quæ uero cœpta sint lanificia, humore lentescere more ceræ, mox in fila tenuari iunceo fuso. Nec puduit has uestes etiam uiros leuitate usurpare, propter onera æstiua. In tantum à lorica gerenda discessere mores, ut oneri sint etiam uestes. Aßyria tamen bombyce adhuc fœminis cedimus.

De araneis, et generatione eorū. Ca. XXIIII.

ARaneorum his nō absurde iungatur natura, digna uel præcipua admiratione. Plura aūt horū sunt genera, nec dictu necessaria in tanta noticia. Phalangia ex ijs appellantur, quorū noxij morsus, corpus exiguū, uariū, acuminatū, assultim ingredientiū. Altera eorū species coloris nigri prioribus cruribus longißimis. Oībus internodia terna in cruribus. Luporū noīe minimi non texunt. Maiores, in terra cauernarū exigua uestibula præpādunt. Tertiū eorundē genus erudita opatione conspicuū. Orditur telas, tantiq; opis materiæ uterus eius sufficit, siue ita corrupta alui natura stato tpe, (ut Democrito placet) siue est intus quædā lanigera fertilitas, tā mo

De generibus araneorū & eorū industria habes Aristo. li.9.c.39. ubi & tertiū hoc genus qđ Plinius erudita operatione conspicuū esse scribit, sapientissimum & lautissimū oīm ille appellat.

 derato

Preterea et de derato ungue,tã tereti filo,et tã æquali,deducit sta-
corum partu mina,ipso se pondere usus. Texere à medio incipit,
agit l.5.c.37 circinato orbe subtegmina adnectens maculasq;,pa
ribus semper interuallis,sed subinde crescẽtibus,ex
angusto dilatãs indissolubili nodo implicat. Quanta
arte celãt pedicas scutulato rete ad capiẽdas muscas
circà grassantes?q̃ nõ ad hoc uidetur ptinere cribra
ta pexitas telæ, et quadam politura artis ipsa per se
tenax ratio textrinæ?q̃ laxus afflatus ad non respu
enda quæ ueniant, sinus derelicto laxo prætẽti sum-
ma parte, ut arbitrari liceat illa quæ difficile cer-
nuntur,atq; ut in plagis lineæ offensæ præcipitãtur
in sinũ?Specus ipsæ qua cõcameratæ architectura?
et cõtra frigora quãto uillosior?q̃ remotus à medio,
aliudq; agenti similis: inclusus uero sic, ut sit nec ne
intus aliquis, cerni non poßit?Age firmitas quanta
irrumpentibus uentis, qua puluerum mole degrauã
te?Latitudo telæ sæpe inter duas arbores,cum exer
cet artem & discit texere:Longitudo fili à culmine,
ac rursus à terra p illud ipsum uelut reciprocatio,
subitq; pariter ac fila deducit. Cum uero captura in
cidit,q̃ uigilãs et paratus ad cursum?Licet extrema
hæreat plaga,semper in mediũ currit,ex quo sic ma
xime totũ cõcutiendo implicet. Scissa ptinus reficit
ad politurã sarciens. Nanq; et lacertarũ catulos ue
nantur. Hos primũ tela inuoluẽtes,& tunc demũ la
bra utraq; morsu apprehẽdẽtes,amphitheatrali spe

ctacula

ðaculo cum cõtingit. Sunt & ex eo auguria. Quippe incremẽto amniũ futuro telas suas altius tollũt. Iidem sereno nõ texũt, nubilo texunt. Idcoq; multæ araneæ imbrium signa sunt. Fœminã putãt esse quæ texat, marẽ qui uenatur: ita paria fieri merita. Coniugio aranei cõueniunt cruribus. Pariũt uermiculos ouis similes. Nam nec differri horũ genitura potest, quoniã insectorũ uix ulla alia narratio est. Pariunt autem oua ea in telas expansa, quia saliunt, atq; ita emittunt. Phalangius tantum in ipso specu incubat magno numero: qui ut emerserit, matrẽ cõsumit, sæpe & patrẽ: adiuuat enim incubatu. Pariunt autem trecentos: cæteræ pauciores. Et incubant triduo. Cõsummantur aranei quater septenis diebus.

De scorpionibus. Caput .XXV.

SImiliter his & scorpiones terrestres, uermiculos ouorũ specie pariunt, similiterq; perimũt: pestis importuna ueneni serpentiũ, nisi quod grauiore supplicio lenta per triduũ morte cõficiunt: uirginibus letali semper ictu, & fœminis ferè in totum: uiris autẽ in matutino, exeũtes cauis, prius q̃ aliquo fortuito ictu ieiunum egerant uenenum. Semper cauda in ictu est, nulloq; momento meditari cessat, nequando desit occasioni. Ferit obliquo ictu & inflexu. Venenum ab ijs candidum fundi Apollodorus autor est, in nouem genera descriptis, per colores maxime superuacuos: quoniam non est scire, quos minime

*minime exitiales prædixerit. Geminos quibusdã acu leos eße, maresq; sæuissimos. Nam coitũ ijs tribuit. Intelligi autem gracilitate & longitudine. Venenũ oĩbus medio die, cũ incanduere solis ardoribus. Itẽq; cũ sitiunt, inexplebiles potu. Constat et septena caudæ internodia sæuiora esse. Pluribus enim sena sunt. Hoc malum Africæ uolucre etiam austri faciũt, pandentibus brachia, ut remigia subleuantes. Apollodorus idẽ planè quibusdam ineße pennas tradit. Sæpe psylli, q reliquarũ uenena terrarũ inuehentes, quæstus sui causa, peregrinis malis impleuere Italiã, hos quoq; importare conati sunt. Sed uiuere intra Siculi cæli regionẽ nõ potuere. Visuntur tamẽ aliquãdo in Italia, sed innocui, mltisq; alijs in locis, ut circa Pharũ in Aegypto. In Scythia interimũt etiã sues, alioqn uiuaciores cõtra uenena talia. Nigras quidẽ celerius, si in aquã se ĩmerserint. Hõi icto putatur esse remedio ipsorum cinis potus in uino, aut oleo mersus. Magnã aduersitatẽ cũ stellionibus putãt esse, ĩnocuos dũtaxat ijs, q et ipsi carẽt sanguĩe, lacertarũ figura. Atq; scorpiones in totũ nulli nocere, quibus nõ sit sanguis. Quidã et ab ipsis fœtũ deuorari arbitrãtur. Vnum mõ relinqui solertißimũ, et q se ipsius matris clunibus imponẽdo, tutus, et à cauda, et à morsu, loco fiat. Hunc esse reliquorũ ultorẽ, q postremo genitores conficiat superne. Pariuntur autem undeni.*

De stellionibus, et cicadis. Ca. .XXVI.

Chamæleonũ

CHamæleonum stelliones quodammō naturam habēt rore tantū uiuentes, preterq́; araneis. Similis cicadis uita, quarū duo genera. Minores quæ primæ ꝓueniunt, quæq; sunt mutæ, & nouissime pereunt. Sunt autem multæ. Sequens uolatu rara. Maiores quæ canunt, uocantur achetæ: et quæ minores ex eis sunt, tettigoniæ: sed illæ magis canoræ. Mares cantant in utroq; genere. Fœminæ silent. Gentes uescuntur ijs ad orientem, etiam Parthi, opibus abūdātibus. Ante coitum mares præferunt, à coitu fœminas, ouis earū correptis quæ sunt candida. Coitus supinis. Asperitas præacuta in dorso, qua excauant fœturæ locū in terra. Fit primo uermiculus: dein ex eo quæ uocatur tettigometra, cuius cortice rupto circa solstitia euolant, noctu semper. Primum nigræ atq; duræ. Vnum hoc ex ijs quæ uiuunt, & sine ore est. Pro eo quiddam aculeatum linguis simile, et hoc in pectore quo rorē lambunt.* Pectus ipsum fistulosum: hoc canūt achetæ, ut diximus. De cætero in uentre nihil est. Excitatæ cū subuolant, humorem reddunt: quod solum argumentum est rore easdem ali. Iisdem solis nullum ad excremēta corporis foramē. Oculis tam hebetes, ut si quis digitū cōtrahens ac remittēs ijs appropinquet, transeāt uelut in folia. Quidam duo alia genera faciūt earū: Surculariam, quæ sit grandior: frumentariā, quā alij auenariā uocāt. Apparet enim simul cum frumentis arescentibus.

*Pectore cicadas canere, uidetur et Porphyrius ī hoc cōsētire, si Boethio credĩus, apd' quē in secūda editione cōmētariorū ī Aristot. περὶ ἑρμηνείας c. de noīe sic legitur: Quidam enī pisces non uoce sed branchijs sonāt: et ut Porphyrius autumat, cicada p pectus sonitum emittit.

Cicadæ ubi nō sint, et ubi mutæ. Ca. .XXVII.

CIcadæ non nascuntur in raritate arborū, idcirco sunt Cyrenis circa oppidum: nec in campis, nec in frigidis aut umbrosis nemoribus. Est quædam & ijs locorum differentia. In Milesia regione paucis sunt locis. Sed in Cephalenia amnis quidā penuriam earū & copiā dirimit. At in Rhegino agro silent omnes. Vltra flumen in Locris canunt. Pennarum illis natura quæ apibus, sed ꝓ corpore amplior.

De pennis insectorū, et scarabeis, & scarabeorū generibus Caput .XXVIII.

INsectorum quædam binas gerūt pennas, ut muscæ: quædā quaternas, ut apes. Membranis ut cicadæ uolant. Quaternas habent quæ aculeis in aluo armantur. Nullum, cui telum in ore, pluribus q̄ binis aduolat pennis. Illis enim ultionis causa datū, & his auiditatis. Nullis eorum pennæ reuiuiscunt auulsæ. Nullum cui aculeus in aluo, bipenne est. Quibusdam pennarū tutelæ crusta superuenit, ut scarabeis. Quorū tenuior fragiliorq; penna, his negatus aculeus. Sed in quodā genere eorū grandi cornua prælonga, bisulcis dentata forcipibus, in cacumine cum libuit ad morsum coeuntibus, infantū remedijs etiā ex ceruice suspenduntur. Lucanos uocat hos Nigidius. Aliud rursus eorum genus, qui ē fimo ingēteis pilas auersis pedibus uolutant, paruosq; in ijs cōtra rigorem hyemis uermiculos fœtus sui nidulātur. Voli

tant alij magno cum murmure aut mugitu. Alij fo-
cos et prata crebris foraminibus excauāt, nocturnò
stridore uocales. Lucēt igniū modo noctu, laterū &
cluniū colore lampyrides, nunc pennarū hiatu reful
gentes, nunc uero cōpressu obūbratæ; non ante ma-
tura pabula, aut post desecta cōspicuæ. E contrariò
tenebrarū alūnæ blattæ, uitā lucēq; fugiunt, in bal-
neis maxie humido uapore pgnatæ. Fodiunt ex eo-
dem genere rutuli atq; prægrandes scarabei tellurē
aridam: fauosq; paruæ et fistulosæ mō spongiæ, me-
dicato melle fingunt. In Thraciæ partibus, iuxtà
Olynthū locus est paruus, in quo nūc hoc aīal exani-
matur, ob hoc Cantharolethrus appellatus. Pennæ
insectis oībus sine scissura, nulli cauda nisi scorpioni.
Hic eorū solus et brachia habet, & in cauda spicu-
lum. Reliquorū quibusdā aculeus in ore, ut asilo, siuè
tabanū dici placet: itē culicibus et quibusdā muscis:
Omnibus autem his in ore et p lingua sunt hi aculei.
Quibusdā hebetes, neq; ad punctū, sed ad suctum, ut
muscarū generi, in quo lingua euidēs fistula est: Neē
sunt talibus dentes. Alijs cornicula ante oculos præ-
tendūtur ignauis, ut papilionibus. Quædā insecta cā
rent pennis, ut scolopendræ. Insectorum pedes qui-
bus sunt, in obliquū mouentur. Quorundam extrē-
mi longiores foris curuantur, ut locustis.

De locustis. Ca. .XXIX.

HAe pariunt in terra, demisso spinæ caule, oūa

condensa,

condensa, autumni tẽpore. Ea durant hyeme sub terra. Subsequenti anno exitu ueris emittũt paruas, nigrantes, et sine cruribus, pẽnisq; reptãtes. Itaq; uernis aquis intereunt oua, sicco uere maior prouẽtus. Alij duplicẽ earũ fœtũ, geminũq; exitũ tradũt. Vergiliarũ exortu parere, deinde ad canis ortũ obire, et aliâs renasci. Quidã Arcturi occasu renasci. Mori matres cũ pepererint, certũ est, uermiculo statim circa fauces innascẽte, qui eas strangulat. Eodẽ tẽpore mares obeũt. Tã friuola rõne moriẽtes, serpentẽ (cũ libuit) necãt singulæ, faucibus eius apprehẽsis mordicus. Non nascũtur nisi in planis et rimosis locis. In India ternũ pedũ lõgitudinis esse tradũtur, cruribus et femoribus serrarũ usum præbẽtes cũ inaruerint. Est et alius earũ obitus. Gregatim sublatæ uẽto in maria aut stagna decidunt. Forte hoc casuq; euenit, non (ut prisci existimauere) madefactis nocturno humore alis. Iidẽ quippe noctibus nõ uolare eas ꝑpter frigora tradiderũt, ignari etiam longinqua maria ab ijs transiri, continuata pluriũ dierum ꝑfectione. Quod maxĩe miremur, famẽ quoq;, quã ꝑpter externa pabula petiere, sciũt imminere. Ac deorũ iræ pestis ea intelligitur. Nanq; et grandiores cernũtur: et tanto uolãt pẽnarũ stridore, ut aliæ alites credãtur, solẽq; obũbrent: sollicite suspectãtibus populis, ne suas operiant terras. Sufficiũt quippe uires, et tanq̃ parũ sit maria transire, immensos permeant tractus, diraq;

mesibus

messibus cõtegunt nube, multa cõtactu adurẽtes: oĩa uero morsu erodentes, & fores quoq; tectorũ. Italiã ex Africa magna cohorte infestant, sæpe populo ad Sibyllina coacto remedia cõfugere, inopiæ metu. In Cyrenaica regione lex est ter anno debellandi eas. Primo oua obterẽdo, deinde fœtũ, postremo adultas. Desertoris pœna, in eũ qui cessauerit. Et in Lẽno ĩsu la certa mensura præfinita est, quam singuli enecata rum ad magistratus referãt. Gracculos quoq; ob id colunt, aduerso uolatu occurrentes earũ exitio. Necari & in Syria militari imperio coguntur. Tot orbis partibus uagatur id malũ *. Parthis & hæ in cibo gratæ. Vox earum ꝓficisci ab occipitio uidetur. Eo loco in cõmissura scapularum habere quasi dentes existimantur, eosq; inter se terendo stridorẽ edere, circa duo æquinoctia maxime, sicut cicadæ circa solstitiũ. Coitus locustarum, qui & insectorũ omniũ quæ coeunt, marẽ portante fœmina, in eum fœmina rum ultimo caudæ reflexo, tardoq; digressu. Minores autem in omni hoc genere fœminis mares.

* Quo ex loco colligere licet minime mirũ uideri cuipiã debere id, qđ apđ Matthæum c. 3. et apđ Marcũ ca. 1. legitur, diuum Iohannem Baptistã locustas esitasse, maxĩe ꝙ Iudæa ĩ qua Iohãnes diuersabatur, nõ ad modũ lõge distet à Parthia. Vnde & errare uidẽtur, q p locustã herbã quandã intelligi uelint, qua uir ille uescĩ solitus erat.

De formicis nostratibus. Ca. .XXX.

PLurima insectorũ uermiculũ gignunt. Nam et formicæ similem ouis uere: & hæ ut apes communicantes laborẽ: Sed apes utiles faciũt cibos, hæ cõdunt. Et si quis cõparet onera corporibus earũ, fateatur nullis portione uiris esse maiores. Gerunt ea morsu. Maiora auersæ postremis pedibus moliuntur

humeris

humeris obnixæ. Et ijs reip.ratio, memoria, cura. Semia arrosa condũt, ne rursus in fruges exeãt è terra. Maiora ad introitũ diuidunt. Madefacta imbre pferunt atq; siccant. Operantur & noctu plena luna. Eadẽ interlunio cessant. Iam in opere qui labor? quæ sedulitas? Et quoniam ex diuerso conuehunt alter alterius ignara, ut signa inuicem recognoscant, certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur. Quæ tunc earũ concursatio? q̃ diligens? Cum ob uijs quædã collocutio atque percontatio. Silices itinere attritos uidemus, & in opere semitam factam: ne quis dubitet, qualibet in re quid poßit quantulacunque sedulitas. Sepeliuntur inter se uiuentium solæ, præter hominem. Non sunt in Sicilia pennatæ.

De Indicis. Caput .XXXI.

De formicis, q̃ non minores uulpibus sunt, memĩt et Strabo li. 15. Meminit et Philostratus in uita Apollonij de formicis miræ magnitudĩs li. 6. ca. 1.

INdicæ formicæ cornua, Erythris in æde Herculis fixa, miraculo fuere. Aurum ex cauernis egerunt terræ, in regione septentrionalium Indorũ, qui Dardæ uocãtur. Ipsis color feliũ. Magnitudo Aegypti luporum. Erutum hoc ab ijs tempore hyberno, Indi furãtur æstiuo feruore, cõditis ppter uaporẽ in cuniculis formicis: quæ tamẽ odore sollicitatæ puolant, crebroq; lacerant, q̃uis præuelocibus camelis fugiẽtes. Tãta pnicitas feritasq; est cũ amore auri.

De diuersitate insectorum. Ca. .XXXII.

MVlta aũt insecta et aliter nascũtur. Atq; asilus in primis ex rore. Insidet hic raphani filo pri-

lo prīo uere, et spissatus sole in magnitudinē milij cogitur. Inde oritur uermiculus puus, & triduo, mox eruca, q̄ adiectis diebus crescit, immobilis duro cortice ad tactū mouetur aranei. Hæc eruca quā chrysaliden appellāt. Rupto deĩde cortice uolat papilio.

De animalibus in ligno, & ex ligno nascentibus. Caput .XXXIII.

SIc quædam ex imbre generantur in terra, quædam & in ligno. Nec enim & cossi tantum in eo, sed etiam tabani ex eo nascuntur, & alia, ubicunque humor est nimius. Sic intra hominem tineæ tricenûm pedum, aliquando & plurium longitudine. Iam in carne exanimi, uiuētium quoq; hominum capillo pediculi: qua fœditate et Sylla dictator et Alcman ex clarissimis Græciæ poëtis obiere. Hoc quidem & aues infestat: phasianas uero interimit, nisi pulucrantes sese. Pilos habentium asinum tātum immunem hoc malo credunt, & oues. Gignuntur autē ex uestis genere, præcipue lanicio interemptarum à lupis ouium. Aquas quoq; quasdam, qbus lauamur, fertiliores eius generis, inuenio apud autores. Quippe cum & ceræ hoc gignant, quod animalium minimum existimatur. Alia generantur sordibus aridi soli, posteriorum crurum lasciuia petauristarum. alia rursus puluere humido in cauernis, uolucria.

De animali, cui cibi exitus non est.

Caput .XXXIIII.

Est animal eiuſdem turpitudinis, infixo ſemper ſanguini capite uiuens, atq; ita intumeſcens, unum aĩalium cui cibi nõ ſit exitus: cum nimia dehiſcit ſatietate, alimento ipſo moriens. Nunq̃ in iumentis gignitur, in bubus frequẽs, in canibus aliquando, in quibus omnia. In ouibus & in capris hoc ſolum. Aeque eſt mira ſanguinis et hirudinum generi in paluſtri aqua ſitis. Nanque & hæ toto capite conduntur. Eſt et uolucre canibus peculiare ſuum malũ, aures maxĩe lancinãs; quæ defendi morſu non queunt.

De tineis, & culicibus, et diuerſitate earum. Caput .XXXV.

Idẽ puluis in lanis et ueſte tineas creat, præcipue ſi araneus unà includatur. Sitit enim, et omnem humorem abſorbens, ariditatem ampliat. Hoc et in chartis naſcitur. Eſt earũ genus tunicas ſuas trahentium quo cochleæ modo. Sed harũ pedes cernuntur. Spoliatæ expirant. Si accreuere, faciũt chryſaliden. Ficarios culices caprificus generat. Cãtharides uermiculi ficorum & piri, & peuces, & cynachãtæ, & roſæ. Venenũ hoc remedia ſecum habet. Alæ medentur, quibus demptis letale eſt. Rurſus alia genera culicum aceſcens natura gignit: Quippe cum & in niue candidi reperiantur & uetuſtiores uermiculi, in media quidem altitudine rutili, (nam & ipſa nix uetuſtate rubeſcit) hirti pilis, grãd' ores torpẽtesq;.

De pyrali ſiue pyrauſta. Ca. .XXXVI.

Gignit

GIgnit aliqua et contrariũ naturæ elemẽtũ. Si quidẽ in Cypri ærarijs fornacibus, ex medio igni, maioris muscæ magnitudinis uolat pẽnatũ quadrupes, appellatur pyralis, à qbusdã pyrausta. Quãdiu est ĩ igne, uiuit: cũ euasit longiore paulo uolatu, tunc moritur. Hipanis fluuius in Põto, circa solstitiũ desert acinorũ effigie tenues mẽbranas, qbus erumpit uolucris quadrupes supradictæ modo, nec ultra diem uiuit, unde hemerobios uocatur. Reliquis talium ab initio ad finẽ septenarij sunt numeri, culici & uermiculo ter septeni, corpus pariẽtibus quater septeni. Mutationes, et ĩ alias figuras trãsitus, trinis aut quadrinis diebus. Cætera ex his pẽnata, autũno ferè moriũtur: tabani quidem etiam cæcitate. Muscis humore exaĩatis, si cinere cõdantur, redit uita.

Historia naturæ animalium per singula membra. Caput .XXXVII.

ITaq; nunc ꝑ singulas partes corporis, præter iã dictas, * mẽbratim tractetur historia. Caput habent cuncta quæ sanguinem. In capite paucis animalium, nisi uolucribus, apices, diuersi quidem generis. Phœnici plumarum serie, medio eo exeũte alio: pauonibus crinitis arbusculis, stymphalidæ cirro: phasianæ corniculis, præterea parræ. At quæ ab illo galerita appellata quondam, postea Gallico uocabulo etiam legioni nomen dederat alauda. Diximus & cui plicatilem cristam dedisset natura, per me-

Quam partẽ medici græco noĩe anatomicen, hoc est, ut nostri ĩterpretãtur, mẽbrorũ dissectionẽ uocant, eã hoc loco Plini. aggreditur atq; ꝓsequitur ac tractat, ut aĩaliũ & cum primis ipsius hoĩs, partes et membra ꝓpe modũ ob oclos ponere uideatur, exorsus à capite, qđ cuncta aĩalia habere dicit, q̃cũq; sanguinẽ habent.

dium caput à rostro residentē. Et fulicarum generi dedit cirros. Pico quoq; Martio & grui Balearicæ. Sed spectatissimū insigne gallinaceis, corpore cōferratum: nec carnē id esse, nec cartilaginē, nec callum iure dixerimus, uerū peculiare. Draconū enī cristas qui uiderit, nō repitur. Cornua multis quidē & aquatiliū, et marinorū, et serpentiū uarijs data sunt modis: sed quæ iure cornua intelligantur quadrupedi tantum generi. Actæonē enim et Cippū etiam in Latina historia fabulosos reor. Nec alibi maior lasciuia naturæ lusit aīaliū armis. Sparsit hæc in ramos, ut ceruorū. Alijs simplicia tribuit, ut ī eodē genere subulonibus ex argumēto dictis. Aliorū finxit in palmas, digitosq; emisit ex ijs, unde platycerotas uocant. Dedit ramosa capreis, sed parua, nec fecit decidua. Conuoluta in anfractum arietum generi, ceu cestus daret, infesta tauris. In hoc quidē genere & fœminis tribuit, in multis tantum maribus. Rupicapris in dorsum adunca, damis in aduersum. Erecta autē, rugarumq; ambitu contorta, & in leue fastigiū exacuta (ut lyras diceres) strepsiceroti, quem addacem Africa appellat. Mobilia eadem (ut aures) Phrygiæ armētis: Troglodytarum, in terram directa: qua de causa obliqua ceruice pascūtur. Alijs singula, et hæc medio capite, aut naribus, ut diximus. Iámque alijs ad incursum robusta, alijs ad ictum: alijs adunca, aliis redunca: alijs ad iactum, pluribus modis, supina, conuersa,

Actæonē ideo hoc loco adducit, q̄ illum in ceruū mutatū à Diana poetarū fabulis p̄ditū sit, et cū primis Ouidij in 3. met. Et Cyppū item, ut de quo apd' Val. Max. li. 5. sic legitur scriptum: Genitio Cyppo prætori paludato portā egredienti, noui et inauditi generis p̄digiū incidit. Nanq; in capite eius subito ueluti cornua emerserunt.

*conuersa, connexa: oĩa in mucronẽ migrãtia. In quodam genere ꝑ manibus ad scabendũ corpus. Cochleis ad prætentandũ iter: ĩ coporc cornua hæc, sicut cerastis, aliquãdo et singula. Cochleis semꝑ bina, & ut prætendãtur, ac resiliant. Vrorũ cornibus Barbari septẽtrionales potãt, urnasq; binas capitis unius cornua implẽt. Alij præfixa his pila cuspidãt. Apud nos in laminas secta trãslucent, atq; etiã lumẽ inclusum latius fundũt, multasq; alias ad delicias conferũtur, nunc tincta, nũc sublita, nũc quæ cerostrota picturæ genere dicuntur. Omnibus aũt caua, & in mucrone demum concreta sunt. Ceruis tantũ solida, & oĩbus annis decidua. Boum attritis ungulis cornua, ungendo aruina medentur agricolæ. Adeo sequax natura est, ut in ipsis uiuentiũ corporibus feruẽti cera flectãtur, atq; incisa nascentiũ in diuersas partes torqueantur, ut singulis capitibus quaterna fiant. Tenuiora fœminis plerunque sunt, ut in pecore. Multis ouium nulla, nec ceruarũ, nec quibus multifidi pedes, nec solidipedũ ulli: excepto asino Indico, qui uno armatus est cornu. Bisulcis bina tribuit: nulli, qui superne primores habent dentes. Qui putant eos in cornua absumi, facile coarguuntur ceruarum natura, quæ neque dentes habent, ut neq; mares, nec tamẽ cornua. Cæterorũ oßibus adhærent, ceruorum tantum cuti enascũtur. Capita piscibus portione corporũ maxima, fortaßis ut mergantur. Ostrearũ generi, nul-*

la, nec spõgijs nec alijs ferè, quibus solus ex sensibus tactus est. Quibusdã indiscretũ caput est, ut cancris. In capite cunctorũ aĩalium hoĩ plurimus pilus, iam quidẽ pmiscue maribus ac fœĩs, apud intõsas utiq; gentes: Atq; etiam noĩa ex eo capillatis alpiũ incolis, Galliæ comatæ, ut tamẽ sit aliqua in hoc terrarũ differẽtia. Quippe Myconij carẽtes eo gignũtur, sicut in Cauno lienosi. Et quædã aĩalium naturaliter caluent, sicut struthiocameli, et corui aquatici, qbus apud græcos nomẽ est inde. Defluuiũ eorũ in muliere rarũ. In spadonibus non uisum. Nec in ullo ante Veneris usum. Nec infra cerebrũ, aut infra uerticem, aut circa tẽpora atq; aures. Caluitiũ uni tantũ aĩali um hoĩ, præterq̃ innatũ. Canicies homini tãtum & equis: sed hoĩ semper à priori parte capitis, tum deinde ab auersa. Vertices bini homini tantum. Aliquibus capitis ossa plana, tenuia, sine medullis, serratis pectinatim structa compagibus. Perfracta non queunt solidari. Sed exempta modice non sunt letalia, in uicem eorum succedẽte corporea cicatrice. Infirmissima esse ursis, durißima psitacis, suo diximus loco. Cerebrum omnia habent animalia quæ sanguinem: Aeque & in mari quæ mollia appellauimus, q̃uis ca reant sanguine, ut polypi. Sed homo portione maximum et humidißimum, oĩmq; uiscerum frigidissimũ, duabus suprà subterq; membranis uelatum, quarum alterutram rumpi mortiferum est. Cætero uiri q̃ fœmina

minæ maius. Hoībus hoc sine sanguine, sine uenis, & reliquis sine pingui. Aliud esse quàm medullam, eruditi docent, quoniam coquendo durescat. Omnium cerebro medio insunt ossicula parua. Vni hominū infantia palpitat, nec roboratur ante primum sermonis exordium. Hoc est uiscerum excelsißimum, proximúmque cælo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus. Hic habet sensuum arcem. Huc uenarum omnis à corde uis tendit, hic desinit, hic culmen altissimum, hic mentis est regimen. Omnium autem animaliū in priora pronum, quia & sensus ante nos tendūt. Ab eo proficiscitur somnus, hic capitis nutatio. Quæ cerebrum non habent, non dormiūt. Ceruis in capite inesse uermiculi, sub linguæ inanitate, & circa articulum qua caput iungitur humero, numero uiginti produntur. Aures homini tantū immobiles. Ab ijs Flaccorū cognomina. Nec in alia parte fœīs maius impēdiū, margaritis depēdentibus. In oriēte qdē & uiris aurū gestare eo loci decus existimatur. Aīaliū alijs maiores, alijs minores. Ceruis tantū scissæ, ac uelut diuisæ: soricibus pilosæ. * Sed auriculæ oībus, aīal dūtaxat generātibus, excepto uitulo marino atq; delphino, et q̄ cartilagineæ appellauimus, & uipis. Hæc cauernas tantū habēt auriū loco, præter cartilaginea, et delphinū, quem tamē audire manifestum est. Nam et cātu mulcētur, et capiūtur attoniti sono. Quonā modo audiant, mirum. Iidē nec olfatus

* Hactenus in oībus exēplaribus q̄ uideri, aliquæ legitur cū tamē auriculæ potius mihi legēdū uideatur: idq̄; non temere opinor Siquidem apd' Arist. li. 1. c. 11. de na. aīa. ita lego: At ea quæ aīal generāt, oīa auriculas habent, excepto uitulo marino & delphino.

*uestigia habent cũ olfaciant sagacissime.* Pennatorũ *aĩalium buboni tantum et oto plumæ uelut aures, cæteris cauernæ ad auditum.* Simili modo *squamigeris atq; serpentibus.* In *equis et oĩm iumentorũ genere, indicia animi præferũt.* Feßis *marcidæ, nutantes pauidis, subrectæ furentibus, resolutæ ægris.* Facies *homĩ tantũ, cæteris os aut rostra.* Frons *et alijs: sed hoĩ tantũ tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index in assensu eius.* Supercilia *hoĩ, et pariter et alterne mobilia, et in ijs pars animi.* Negamus, *annuimus.* Hæc *maxime indicant fastus.* Superbia *alibi conceptaculũ, sed hic sedẽ habet.* In *corde nascitur, hic subit, hic pendet.* Nihil *altius simul abruptiusq; inuenit in corpore ubi solitaria esset.* Subiacent *oculi, pars corporis pretiosissima, et q lucis usu uitã distinguãt à morte.* Non *oĩbus aĩaliũ hi.* Ostreis *nulli.* Quibusdã *concharũ dubij.* Pectines *enim, si quis digitos aduersum hiantes eos moueat, cõtrahuntur ut uidẽtes.* Et *solenes fugiunt admota ferramẽta.* Quadrupedum *talpis uisus nõ est:* Oculorũ *effigies inest, si quis prætẽtam detrahat mẽbranam.* Et *inter aues ardeolarum genera, quos leucos uocant, altero oculo carere tradũt.* Optimi *augurij, cũ ad austrum uolant, septentrionéme ue.* Solui *enim picula et metus narrant.* Nigidius *nec locustis, nec cicadis esse dicit.* Cochleis *oculorũ uicẽ cornicula bina prætentatu adimplent.* Nec *lũbricis ulli sunt, uermiúmue generi.*

Ocnli hoĩ

Oculi hoĩ tantum diuerso colore, cæteris in suo cuiq̃
generi siles. Et equorum qbusdam glauci, sed in hoĩe
numerosissimæ diuersitatis atq; differẽtiæ, grandio-
res, modici, parui, prominentes, quos hebetiores pu
tant: conditi, quos clarissime cernere, sicut in colore
caprinos. Præterea alij cõtuentur lõginqua, alij nisi
ꝓpè admota nõ cernunt. Multorum uisus fulgore so Sueton. in uita
lis cõstat, nubilo die nõ cernentiũ, nec post occasum. ipsius Tiberij
Alij interdiu hebetiores, noctu præter cæteros cer- tit. de statura
nũt. De geminis pupillis, aut qbus noxij uisus essent, et mẽbris eius
satis diximus. Tiberio cæsari ferunt aliã q̃ ceterorũ Facie, inqt, ho
mortalium fuisse naturam: ut expergefactus noctu nesta erat, in
paulisper, haud alio modo q̃ luce clara cõtueretur qua tamẽ cre-
omnia, paulatim tenebris sese obducẽtibus. Diuo Au bri & subtiles
gusto equorũ modo glauci fuere, supraq; hoĩem albi tumores cum
cantis magnitudinis. Quã ob causam diligentius spe prægrandibus
ctari eos, iracunde ferebat. Claudio Cæsari ab angu oculis, & qui
lis candore carnoso, sanguineisq; uenis subinde suffu (qd' mirum es
si: Caio principi rigẽtes: Neroni nisi cũ cõniueret ad set) noctu etiã
ꝓpè admota hebetes. Viginti gladiatorum paria in & in tenebris
Caij principis ludo fuere, in ijs duo oĩno qui contra uiderẽt, sed ad
cõminationẽ aliquãnon cõniuerent, & ob id ĩuicti. breue, & cũ
Tantæ hoc difficultatis est homini. Plerisq; uero na primum à so-
turale, ut nictare non cessent, quos pauidiores acce- mno patuis-
pimus. Oculos unicolores nulli, cum candore oĩbus sent, demũ rur
mediusculo differentes. Neq; ulla ex parte maiora sus hebetesce-
indicia animi cunctis aĩalibus, sed maxĩe hoĩ, id est, bant.

*moderationis, clemẽtiæ, misericordiæ, odij, amoris, tristitiæ, lætitiæ.* Contuitu quoq; mltiformes, truces, torui, flagrantes, graues, transuersi, limi, summissi, blandi. Profecto in oculis aĩus inhabitat. Ardẽt, intẽdũtur, humectãtur, cohibẽtur. Hĩc illæ misericordiæ lachrymæ. Hos cum osculamur, animum ipsum uidemur attingere. Hinc fletus, et rigãtes ora riui. Quis ille humor est, in dolore tam fœcundus & paratus? aut ubi reliquo tẽpore? * Animo aũt uidemus, animo cernimus: oculi, ceu uasa quædam, uisibilem eius partem accipiunt, atq; transmittunt. Sic magna cogitatio obcæcat, abducto intus uisu. Sic in morbo comitiali aperti nihil cernunt, animo caligante. Quin et patentibus dormiunt lepores, multiq; hoĩm, quod corybantian græci dicũt. Tenuibus multisq; membranis eos natura cõposuit, callosis cõtra frigora caloresq; in extremo tunicis, quas subinde purificãt lachrymationum saliuis, lubricos ꝑpter incursantia & mobiles. Media eorũ cornea fenestrauit pupilla, cuius angustiæ non sinunt uagari incertam aciem, & uelut canali dirigunt, obiterq; incidentia facile declinãt. Alijs nigra, alijs atra, alijs russa, alijs glauci coloris orbibus circundatis, ut habili mixtura accipiatur circũiecto candore lux, et temperato repercussu non obstrepat: Adeoq; ijs absoluta uis speculi, ut tam parua illa pupilla, totã imaginẽ reddat hoĩs. Ea causa est, ut pleræq; alitum è manibus hoĩm oculos potissimum

*Cice. 1. tuscu. q. li. Viæ, inqt, quasi quædam sunt ad oclos, ad nares, ad aures, à sede animi ꝑforatæ: itaq; sæpe aut cogitatiõe, aut aliqua ui morbi ĩpediti aptis atque integris & oculis & auribus, nec uidemus, nec audimus, ut facile intelligi possit animũ & uidere & audire, nõ eas partes, q̃ quasi fenestræ sunt animi.*

*tiſſimum appetant,q effigiem ſuam in ijs cernentes, uelut ad cognata deſideria ſua tendũt. Veterina tan tum quædam,ad incrementa lunæ morbos ſentiunt. Sed homo ſolus emiſſo humore cæcitate liberatur. Poſt uiceſimum annũ multis reſtitutus eſt uiſus. Qui buſdam ſtatim naſcentibus negatus nullo oculorum uitio: multis repente ablatus ſimili modo,nulla præcedente iniuria. Venam ab ijs pertingere ad cerebrum,peritiſſimi autores tradunt. Ego ad ſtomachum crediderim. Certe nulli ſine redũdatione eius eruitur oculus. Morientibus illos operire, rurſusq; in rogo patefacere,quiritium magno ritu ſacrũ eſt. Ita more condito, ut neq; ab homine ſupremum eos ſpectari fas ſit,et cælo non oſtendi nefas. Vni anima lium homini deprauãtur,unde cognoĩa Strabonum et Petorum. Ab iiſdem qui altero lumine orbi naſce rẽtur,Coclites uocantur. Quis parui utrinq; ocelli, Lucini iniuriæ cognomẽ habuere. Nocturnorũ aĩali um,ueluti feliũ,in tenebris fulgent radiantq; oculi, ut cõtueri nõ ſit: et capræ lupoq; ſplendent,lucemq; iaculãtur. Vitulo marino et hyænæ in mille colores trãſeunt ſubinde. Quin et in tenebris multorũ piſciũ refulgent, ſicut aridi robuſtiq; caudices uetuſtate putresq;. Non conniuere diximus,quæ non obliquis oculis,ſed circũacto capite cernerent. Chamæleonis oclos circũagi totos tradũt. Cancri in obliquũ aſpiciunt. Cruſta fragili incluſis,rigẽtes. Locuſtis ſquil-*

lisq; magna ex parte sub eodem munimēto præduri eminēt. Quorū duri sunt, minus cernunt, q̄ quorū humidi. Serpentiū catulis, & hirundinum pullis si quis eruat, renasci tradunt. Insectorū oīm et qbus testacea operimenta, oculi mouētur, sicut quadrupedum aures. Quibus fragilia operimenta, ijs oculi duri. Omnia talia, et pisces, et insecta, non habent genas, nec integunt oculos: Oībus mēbrana uitri mō trāslucida obtēditur. Palpebræ in genis hoī utrinq;. Mulieribus etiā infectæ quodāmodo. Tanta est decoris affectatio, ut tingātur oculi quoq;. Alia de causa hoc natura dederat, ceu uallū quoddā uisus, et ꝓminens munimentū cōtra occursantia aīalia, aut alia fortuitu incidentia. Defluere eas haud immerito Venere abundantibus tradūt. Ex cæteris nulli sunt, nisi qbus et in reliquo corpore pili. Sed quadrupedi in superioribus tantum genæ, uolucribus in inferiore: & qbus molle tergus, ut serpentibus: & quadrupedibus quæ oua pariunt, ut lacertæ. Struthiocamelus alitum sola (ut homo) utrinq; palpebras habet. Nec genæ quidem omnibus: ideo neque nictationes ijs quæ animal generant. Grauiores alitū inferiore gena cōniuent: Eadem nictantur, ab angulis mēbrana obeunte. Columbæ et similia utraq; conniuent. Et quadrupedes quæ oua pariunt, ut testudines, crocodili, inferiore tantum sine ulla nictatione, ꝓpter præduros oculos. Extremū ambitum genæ superioris, antiqui ciliū uocauere,

Nisi quodammō p̄ qaotidiano legatur, nō uideo quō sensus hic ullus haberi poßit: cū dubium sit, ad qd referri debeat quotidiano: q tamē sensus facile ꝑcipitur, si quodā mō legamus, ut ītelligamus mlieribus etiā palpebras, id est, pilos q de genarū extremitatibus ori-

cauere,unde et supercilia.Hoc uulnere aliquo diductum non coalescit,in paucis humani corporis mem bris. Infra oculos malæ,homini tantū,quas prisci genas uocabant.XII.tabularū interdicto radi à fœminis eas uetantes. Pudoris hæc sedes. Ibi maxime ostenditur rubor.Infra eas,hilaritatē risumq; indicantes,buccæ. Et altior homini tantū,quem noui mores subdolæ irrisioni dicauere,nasus.Non alij aīalium nares eminent.Auibus,serpentibus,piscibus foramina tantū ad olfatus,sine naribus Et hinc cognomina Simorū, Silonū. Septimo mēse genitis sæpenumero foramina auriū et nariū defuere. Labra,à quibus bronci Labeones dicti,et os ꝓbum duriúsue animal generātibus.Pro ijs cornea et acuta uolucribus rostra.Eadem rapto uiuētibus adunca:Collecto recta:herbas eruentibus limumq; redunca,ut suū generi.Lata in usum iumentis uice manus ad colligenda pabula.Ora apertiora,laniatu uiuētibus. Mentum nulli præter hominem,nec malæ. Maxillas crocodilus tantum superiores mouet:terrestres quadrupedes,eodē quo cæteræ more,præterq̄ in obliquum.

Dentium tria genera : Serrati,aut continui,aut exerti.Serrati pectinatim coeuntes,ne contrario occursu atterantur, ut serpentibus, piscibus, canibus. Continui,ut homini,equo.Exerti,apro,hippopotamo,elephanto.Continuorum qui digerunt cibum,lati & acuti:qui cōficiunt,duplices: qui discriminant eos,canini

ūtur, quodam mō infici.i.tingi. Et p genas quidē hoc loco Pli.eas mēbra nulas accipe uidetur q̄ oculos integunt,q̄ græcis βλέφαρα appellātur,uerū nō admodū proprie.

eos, canini appellantur. Hi ſunt ſerratis longiſſimi. Continui aũt utraq; parte oris ſunt, ut equo. At ſuperiore primores non ſunt, ut bubus, ouibus, omnibusq́; quæ ruminãt. Capræ ſuperiores non ſunt præter primores geminos. Nulli exerti quibus ſerrati: Raro fœminæ, & tamen ſine uſu. Itaq; cum apri percutiant, fœminæ ſues mordent. Nulli, cui cornua, exerti. Sed omnes ſui concaui, cæteris dentes ſolidi. Piſciũ omnibus ſerrati, præter ſcarũ: huic uni aquatilium plani. Cætero multis eorum in lingua & toto ore: ut turba uulnerũ molliant, quæ attritu ſubigere non queũt: Multis & in palato, atq; etiam in cauda: Præterea in os uergentes, ne excidant cibi, nullum habentibus retinendi adminiculũ. Smiles aſpidi & ſerpẽtibus: ſed duo in ſuperna parte dextra læuaq́; lõgiſsimi, tenui fiſtula perforati, (ut ſcorpionũ aculei) uenenum infundentes. Non aliud hoc eſſe q̃ fel ſerpentium, & inde uenis ſub ſpina ad os peruenire, et has per uentrẽ deſcendere, diligentiſſimi autores ſcribunt. Quidam unum eſſe eum: & quia ſit aduncus, reſupinari cum momorderit. Aliqui tunc decidere eũ, rurſusq́; recreſcere facilẽ decuſſu, & ſine eo eſſe quos tractari cernamus. Scorpionis caudæ ineſſe eum, & pleriſq; ternos. Viperæ dentes gingiuis cõduntur. Hæc eadem prægnans ueneno impreſſo, dentium repulſu uirus fundit in morſus. Volucrum nulli, dentes, præter ueſpertilionẽ. Cameli ſoli ex ijs quæ nõ ſunt cornigera, in

nigera, in superiori maxilla primores non habent. Cornua habentium nulli serrati. Et cochleæ dentes habēt: indicio est à minimis earum derosas uites. At in marinis crustata et cartilaginea, priores habere. Item echinis quinos esse, unde intelligi potuerit miror. Dentium uice, aculei insectis. Simiæ dentes, ut homini. Elephanto intus ad mandendū quatuor, præterq; eos qui ꝓminent: Masculis reflexi, fœminis recti atq; proni. Musculus marinus, qui balenam antecedit, nullos habet: sed pro ijs, setis intus os hirtum, & linguam etiam appellatam. Terrestrium minutis quadrupedibus, primores bini utrinq; lōgissimi. Cæteris cum ipsis nascuntur: homini, postq̄ natus est septimo mense. Reliquis perpetui manent. Mutantur homini, leoni, iumento, cani, & ruminantibus. Sed leoni & cani, non nisi canini appellati. Lupi dexter caninus, in magnis habetur operibus. Maxillares q sunt à caninis nullum animal mutat. Homini nouissimi, qui genuini uocantur, circiter uicesimū annū gignuntur, multis & octogesimo. Fœminis quoq;, sed qbus in iuuenta non fuere nati, decidere in senecta, & mox renasci certū est. Zanclen Samothracenum ciuem, cui renati essent post centum & quatuor annos, Mutianus uisum à se prodidit. Cætero maribus plures q̄ fœminis in homine, pecude, caprisue. Timarchus Nicoclis filius Paphij duos ordines habuit maxillarum. Frater eius non mutauit primores, ideoq;

idcoq; pertriuit. Est exemplũ dentis, homini & in palato geniti. At canini amißi casu aliquo, nunq̃ renascuntur. Cæteris senecta rubescunt, equo tantũ candidiores fiunt. Aetas ueterinorum dentibus indicatur. Equo sunt numero XL. Amittit tricesimo mense primores utrinq; binos: sequenti anno totidẽ proximos, cum subeunt dicti columellares. Quinto anno incipiẽte binos amittit, qui sexto anno renascuntur: Septimo omneis habet, & renatos & immutabiles. Equo castrato prius, non decidunt dentes. Asinorum genus trigesimo mense similiter amittit, deinde senis mensibus. Quod si non prius pepererint q̃ decidant postremi, sterilitas certa. Bobus bis mutãtur. Suibus decidunt nunquam. Absumpta hac obseruatione senectus in equis, & cæteris ueterinis, intelligitur dentiũ brochitate, superciliorum canicie, & circa ea lacunis cum ferè XVI. annorum existimantur. Hominũ dentibus quoddam inest uirus. Nanque & speculi nitorem ex aduerso nudati hebetant, & columborum foetus implumes necant. Reliqua de ijs in generatione hominum dicta sunt. Erumpentibus morbi corpora infantia accipiũt. Reliqua aĩalia quæ serratos habent, sæuißima dentibus. Linguæ non oĩbus eodẽ modo. Tenuissima serpentibus & trisulca, uibrans, atri coloris, & si extrahas prælõga: lacertis bifida & pilosa: uitulisq; marinis duplex. Sed supradictis capillamenti tenuitate, cæteris ad circumlambenda ora. Pi-

ora. Piscibus paulominus quàm tota adhærens, crocodilis tota. Sed ĩ gustatu, lĩguæ uice carnosum aqua tilibus palatum. Leonibus ac pardis, omnibusq; generis eius, etiam felibus, imbricatæ asperitatis, & limæ similis, attenuansq; lãbendo cutẽ hoĩs. Quæ causa, etiã mansuefacta, ubi ad uicinum sanguinẽ pũenit saliua, inuitat ad rabiẽ. De purpurarũ linguis diximus. Ranis prima cohæret, intima absoluta à gutture qua uocẽ mittunt. Mares tum uocãtur ololyzontes. Stato id tpe euenit, ciẽtibus ad coitum fœminas. Tum siquidẽ inferiore labro demisso, ad libramentũ modicæ aquæ receptæ in fauces, palpitãte ibi lingua ululatus elicitur. Tunc extenti buccarum sinus plucent, oculi flagrant labore ppulsi. Quibus in posteriore parte aculei, ijs et dẽtes et lingua. Apibus etiã prælõga, eminẽs & cicadis. Quibus aculeus in ore fistulosus, ijs nec lingua nec dẽtes. Quibusdam insectis intus lingua, ut formicis. Cæterum lata elephanto præcipue. Reliqs in suo genere semp absoluta: hoĩ tantum ita sæpe constricta uenis, ut intercidi eas necesse sit. Metellum pontificẽ adeo inexplanatæ fuisse accepimus, ut multis mensibus tortus credatur, cum meditatur in dedicãda æde opiferæ dicere, Cereris, Cereris nõ cæ septimo ferè anno sermonem exprimit. Multis uero teris legẽdum talis eius ars contigit, ut auium & animalium uocis tũ sensus posce indiscretæ edatur imitatio. Intellectus saporum est re uidetur, tũ ceteris in prima lingua, hoĩ & in palato. Tonsillæ ipsa uox pro-

 in homi pter r literam

bis ĩ ea positã, nõnullis pauun tixru admodũ dificilis uitio quodã linguæ, quo & Demosthenẽ aliq̃du laborasse Plutarchus autor est.

in homine, in sue glandulæ. Quod inter eas uuæ nomine ultimo dependet palato, homini tantũ est. Sub ea minor lingua epiglossis appellata, nulli oua generantium. Opera eius gemina, duabus interposita fistulis. Exterior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne spiritu ac uoce illac meãte, si potus cibúsue in alienum deerrauerit tramitẽ, torqueat. Altera interior est, appellatur sanè gula, qua cibus atq; potus deuoratur. Tendit hæc ad stomachũ, inde in uentrẽ. Hãc per uices opit, cũ spiritus tãtum aut uox cõmeat, ne restagnatio intẽpestiua alui obstrepat. Ex cartilagine & carne arteria, gula neruo & carne constat.

Ceruix nulli, nisi qbus utraq; hæc. Cæteris collũ qbus tantum gula. Sed qbus ceruix, è multis uertebratisq; orbiculatim ossibus flexilis ad circũspectũ, articulorũ nodis iungitur. Leoni tantũ & lupo & hyænæ, ex singulis rectisq; ossibus rigẽs. Cætero spinæ adnectitur. Spina lũbis ossea, sed tereti structura per media foramina à cerebro medulla descendẽte. Eandem esse ei naturã quam cerebro colligunt, quoniã prætenui eius mẽbrana modo incisa statim expiretur. Quibus lõga crura, ijs lõga et colla. Itẽ aquaticis, q̃uis breuia crura habẽtibus: simili modo uncos ungues. Guttur hoĩ tantũ et suibus intumescit, aquarum quæ potãtur plerunq; uitio. Summũ gulæ fauces uocantur, postremũ stomachus. Hoc noĩe est sub

arteria iam carnosa inanitas adnexa spinæ, ad latitudinē ac lōgitudinē lagenæ modo fusa. Quibus fauces nō sunt, ne stomachus quidē est, nec colla, nec guttur, ut piscibus, & ora uētribus iunguntur. Testudini marinæ lingua nulla, nec dentes, sed rostri acie cōminuit oīa. Postea arteria & stomachus denticulatus callo, in modū rubi ad conficiendos cibos, decrescentibus crenis quicquid appropinquat uentri. Nouissima aspitas, ut scobina fabri. Cor aīalibus cæteris in medio pectore est: homini tantū infra læuam papillā, turbinato mucrone in priora eminēs. Piscibus solis ad os spectat. Hoc primū nascētibus formari in utero tradunt: deinde cerebrū, sicut tardissime oculos. Sed hos primū mori, cor nouissime. Huic præcipuus calor.* Palpitat certe, et quasi alterū mouetur aīal, intrà præmolli firmoq; opertū membranæ īuolucro, munitū costarū et pectoris muro, ut pariat præcipuā uitæ causam & originē. Prima domicilia ītra se aīo & sanguini præbet, sinuoso specu, et ī magnis aīalibus triplici, in nullo non gemino. Ibi mens habitat. Ex hoc fonte duæ grādes uenæ in priora & terga discurrunt, sparsæq; ramorum serie, per alias minores oībus mēbris uitalem sanguinē rigant. Solū hoc uiscerū uitijs non maceratur, nec supplicia uitæ trahit, læsumq; mortem ilico affert. Cæteris corruptis, uitalitas in corde durat. Bruta existimātur animalium quibus durū riget, audacia quibus paruum

* Arist. quoque uni aīaliū hoī cor ipsum palpitare scribit, cuius et rationē reddit li.3. de par. ani. c. 6. Ad cordis, inqt, palpitationē pulmonē spectare male opinatum est: Cor enī hoī (ꝑ pè dixerī) uni aīalium palpitat: quia hō solus spe rei futuræ expectatione moueatur. Et li. eodē c.4. Cor inqt, alterū ueluti aīal in ijs quæ corde uitalem originem continent.

est,pauida qbus prægrãde. Maximũ aũt est pro portione muribus,lepori,asino,ceruo,pantheræ,mustelis,hyænis,& omnibus timidis, aut propter metum maleficis. In Paphlagonia bina perdicibus corda. In equorum corde & boum ossa reperiuntur interdũ. Augeri id per singulos annos ĩ homine, ac binas drachmas ponderis ad quinquagesimũ annum accedere: ab eo detrahi tantundẽ,& ideo non uiuere hoĩem ultra centesimũ annum defectu cordis, Aegyptij existimant,quibus mos est cadauera asseruare medicata. Hirto corde gigni quosdam hoĩes produnt,nec alios fortiores esse industria,sicut Aristomenẽ Messeniũ, q. CCC. occidit Lacedæmonios. Ipse cõuulneratus et captus semel per cauernã latomiarũ euasit,angustos uulpium aditus secutus. Iterum captus,sopitis custodibus somno, ad ignem aduolutus lora cum corpore exussit. Tertio capto Lacedæmonij pectus dissecuere causa uidẽdi,hirsutumq; cor repertum est. In corde summo,pinguitudo est quædam lætis extis. Non semper hoc autem in parte extorum habitum est. L. Posthumio Albino rege sacrorũ post centesimam uicesimamtertiam olympiadem, cum rex Pyrrhus ex Italia discessisset,cor in extis aruspices aspicere cœperunt. Cæsari dictatori, quo die primum ueste purpurea processit,atque in sella aurea insedit,sacrificanti bis in extis defuit. Vnde quæstio magna de diuinatione argumẽtantibus, potueritne sine illo ui

Ad præpositio nisi expungatur,ut legas,ĩ hoĩe bi.dr.põ. ad.L.annũ accedere, sensus uel nullus uel confusus omnino erit. Assipulatur huic lectioni Censorinus de die natali,tit.distin. ætatum hoĩes, etc. Citans ad idẽ ꝓpositum ipsum Pliniũ: itaq; apd' hũc ita legitur: Et sic in annos singulos usque ad q̃quagesimũ

fere

scere hostia uiuere, an ad tempus amiserit? Negatur cremari posse in ijs, qui cardiaco morbo obierint, negatur & ueneno interemptis. Certe extat oratio Vitellij, qua reum Pisonem eius sceleris coarguit, hoc usus argumento: palamq; testatus, non potuisse ob uenenum cor Germanici Cæsaris cremari. Contrà genere morbi defensus est Piso. Sub eo pulmo est, spirandique officina, attrahens ac reddens animam, idcirco spongiosus, ac fistulis inanibus cauus. Pauca eum (ut dictum est) habent aquatilia, ac cætera oua parientia exiguũ, spumosum, nec sanguineũ, ideo non sitiunt. Eadem est causa, quare sub aqua diu ranæ et phocæ urinentur. Testudo quoq;, quãuis prægrandem et sub toto tegumento habeat, sine sanguine tamen habet. Quanto minor hic corporibus, tanto uelocitas maior. Chamæleoni portione maximus, & nihil aliud intus. Iecur & dextera in parte est. In eo quod caput extorum uocant, magnæ uarietatis. M. Marcello circa mortẽ cum perijt ab Annibale defuit in extis: Sequẽti deinde die geminũ repertũ est. Defuit et Caio Mario, cũ immolaret Vticæ. Itẽ Caio principi Kalen. Ianuarijs, cũ iniret cõsulatum, quo anno interfectus est. Claudio successori eius, quo mense interemptus est ueneno. Diuo Augusto Spoleti sacrificanti primo potestatis suæ die, sex uictimarum iocinera replicata intrinsecus ab ima fibra reperta sunt: responsumq;, duplicaturum intra

accedere binas, ab his. C. drachmis atq; anno. L. decedere itẽ in uno quoq; binas.

annũ imperiũ. Caput extorũ tristis ostẽti uisum tum quoq; est, prӕterq̃ in solitudine ac metu. Tunc enim perimit curas. At bina iocinera leporibus circa Brĩletum et Thernẽ, et in Cherrõneso ad Propontidem. Mirumq́; translatis aliò, interit alterũ. In eodẽ est etiã fel, nõ oĩbus datũ aĩalibus. In Euboeӕ Chalcide nullum pecori. In Naxo prӕgrande geminumq́; ut ꝓdigij loco utrũq; aduenӕ. Equi, muli, asini, cerui, caprӕ, apri, cameli, delphini nõ habent. Muriũ aliq habent. Hominum paucis non est, quorũ ualetudo firmior, & uita longior. Sunt qui equo non quidem in iecore esse, sed in aluo putent: & ceruo in cauda aut intestinis: Ideo tantam habẽt amaritudinem, ut à canibus non attingantur. Est autem nihil aliud, q̃ purgamentum pessimi sanguinis, et ideo in materia eius est. Certe iecur nulli est, nisi sanguinem habentibus. Accipit hoc à corde cui iungitur, funditq́; in uenas. Sed in felle nigro insaniӕ causa hoĩ, morsq́; toto reddito. Hinc & in mores crimen bilis noĩe. Adeo magnum est in hac parte uirus, cum se fundit in animũ. Quin et toto corp̃e uagũ, colorẽ quoq; oculis aufert: Illud quidẽ redditũ, etiam ahenis: nigrescuntq́; cõtacta eo, ne quis miretur id uenenum eße serpentium. Carent eo qui absinthio uescuntur in Ponto. Sed aliquibus ex parte tantum altera intestino iungitur, ut coruis, coturnicibus, phasianis: quibusdam intestino tantum, ut columbis, accipitri, murenis. Paucis auiũ

in pectore

in pectore. Serpētibus portione maxime copiosum, & piscibus. Est autem plerisq; toto intestino, sicut accipitri, miluo. Praeterea in pectore est & cetis oĩ-bus. Vitulis quidem marinis ad multa quoq; nobile. Taurorum felle aureus ducitur color. Haruspices id Neptuno & humoris potētiae dicauere: geminūq; fuit diuo Augusto, quo die apud Actium uicit. Murium iecusculis fibrae ad numerum lunae dierum in mense congruere dicūtur, totidemq; et inueniri quo tum lumen eius sit: Praeterea bruma increscere. Cuniculorum exta in Baetica gemina saepe reperiūtur. Ranarum rubetarū altera fibra à formicis non attingitur, ꝓpter uenenū, ut arbitrantur. Iecur maxĩe uetustatis patiēs, centenis durare annis, obsidionum exēpla ꝓdidere. Exta serpentibus et lacertis lōga. Cecinae Volaterrano dracones emicuisse de extis laeto ꝓdigio traditur. Et ꝑfecto nihil incredibile sit, existimantibus, Pyrrho regi, quo die perijt, praecisa hostiarū capita repsisse, sanguinē suū lambētia. Exta hoĩ ab inferiore uiscerū pte separātur mēbranis, quae praecordia appellāt, quia cordi praetenduntur, qđ graeci appellauerūt phrenas. Oĩa quidē principalia uiscera, mēbranis ꝓprijs, ac uelut uaginis ĩclusit ꝓuidens natura. In hac fuit et peculiaris causa uicinitas alui, ne cibis supprimeretur anĩus. Hinc certe refertur accepta subtilitas mētis, ideo nulla est ei caro, sed neruosa exilitas. In eadē praecipua bilaritatis

Alij cetaceis.

 sedes,

ſedes, quod titillatu maxime intelligitur alarũ quas ſubit, non alibi tenuiore cute humana, ideo ſcabendi dulcedine ibi ꝓxima. Ob hoc in prælijs gladiatorũ, ſpectaculis mortem cum riſu traiecta præcordia attulerunt. Subeſt uenter ſtomachum habentibus, cæteris ſimplex, ruminantibus geminus, ſanguine carentibus nullus. Inteſtinus enim quibuſdam ab ore incipiens, quadam uia eodem reflectitur, ut ſepiæ, polypo: In homine adnexus infimo ſtomacho, ſimilis canino. His ſolis animalium inferiore parte anguſtior: itaq; & ſola uomunt, quia repleto propter anguſtias ſupprimitur cibus: quod accidere non poteſt ijs, quorum ſpatioſa laxitas eum ad inferiora tranſmittit. Ab hoc uentriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus, in cæteris Ile, à quibus capaciora inteſtina ad aluum, hominiq; flexuoſiſſimis orbibus. Idcirco magis auidi ciborum, quibus ab aluo longius ſpatium. Iidem minus ſolertes, quibus obeſiſsimus uenter. Aues quoque geminos ſinus habent. Quædam unum quo merguntur recentia, ut guttur: alterum in quem ex eo dimittunt concoctione maturata, ut gallinæ, palumbes, columbæ, perdices. Cætera ferè carẽt eo, ſed gula patentiora utũtur, ut graculi, corui, cornices. Quædam neutro modo, ſed uentrem ꝓximũ habent, quibus prælõga colla et anguſta, ut porphyrioni. Venter ſolidipedũ aſper & durus. Terreſtrium alijs denticulatæ aſperitatis, alijs

cancellatim mordacitatis. Quibus dentes utrinque, nec ruminatio. Hic cõficiuntur cibi, hinc in aluũ delabuntur. Medio hæc umbilico adnexa oĩbus in hoĩe Ile infima parte simile suillo, à græcis appellatur colon, ubi dolorum magna causa est. Angustissima canibus: qua de causa uehementi nisu, nec sine cruciatu leuant eã. Insatiabilia animaliũ, quibus à uentre ꝓtinus recto intestino transeunt cibi, ut lupis ceruarijs, & inter aues mergis. Ventres & elephanto quatuor. Cætera suibus similia. Pulmo quadruplo maior q̃ bubulo. Auibus uenter carnosus callosusq;. In uentre hirundinum pullis lapilli candido aut rubenti colore, qui chelidonij uocantur, magicis narrati artibus, reperiuntur. Et in iuuencarũ secundo uentre pilæ rotunditate nigricans tophus, nullo pondere, singulare (ut p. ant) remediũ ægre parientibus, si tellurem nõ attigerit. Ventriculi atq; intestina pingui ac tenui omento integũtur, præterq̃ oua gignẽtibus.

Huic adnectitur lien in sinistra parte aduersus iecur, cũ quo locũ aliquando permutat, sed ꝓdigiose. Quidã eum putant inesse oua parientibus, itẽ serpẽtibus admodũ exiguũ: Ita certe apparet in testudine, & crocodilo, et lacertis, & ranis. Aegocephalo aui non esse cõstat, neq; ijs quæ careant sanguine. Peculiare cursus impedimentum aliquando in eo: quamobrem inuritur cursorũ laborantibus. Et per uulnus etiã exempto uiuere aĩalia tradunt. Sunt qui putent

adimi ri-

adimi risum simul homini, intemperantiamq́; ioci cõstare lienis magnitudine. Asiæ regio Scepsis appellatur, in qua minimos eße pecori tradũt, et inde ad lienem inuẽta remedia. At in Brileto & Tharne quaterni renes ceruis: contrà pẽnatis squamosisq́; nulli. Cætero summis adhærẽt lumbis. Dexter omnibus est latior, et minus pinguis, sicciorq́;. Vtriq; autem pinguitudo è medio exit, præterq̃ in uitulo marino. Animalia in renibus pinguissima: Oues quidẽ letaliter circum eos cõcreto pingui. Aliquando in eis inueniuntur lapilli. Renes habent omnia quadrupedum quæ animal generant. Oua parientium testudo sola, quæ & alia oĩa uiscera. Sed homo bubulis similes, uelut è multis renibus cõpositos. Pectus, hoc est ossa, præcordijs et uitalibus natura circundedit: at uentri, quẽ necesse erat increscere, ademit. Nulli aĩalium circa uentrẽ ossa. Pectus hoĩ tantũ latũ, reliqs carinatum, uolucribus magis, & inter eas aquaticis maxĩe. Costæ hoĩ tantũ octonæ, suibus denæ, cornigeris tredecim, serpentibus triginta. Infra aluũ est à priore parte uesica, quæ nulli oua gignentiũ, præter testudinẽ: nulli nisi sanguineũ pulmonẽ habenti: nulli pedibus carentiũ. Inter eam & aluũ arteriæ, ad pubem tendentes, quæ Ilia appellantur. In uesica lupi lapillus, qui Syrites appellatur. Sed hoĩum quibusdam diro cruciatu subinde nascentes calculi, & setarum capillamẽta. Vesica membrana cõstat, quæ

uulnerata

uulnerata cicatrice non solidescit: neq; quæ cerebrū, aut cor inuoluitur. Plura enim membranarum genera. Fœminis eadē oīa, præterq; uesicæ iūctus utriculus, unde dictus uterus, qđ alio noīe locos appellant, hoc in reliquis aīalibus uuluā. Hæc uiperæ, & intra se parietibus, duplex: Oua generantiū adnexa præcordijs: Et in muliere geminos sinus ab utraq; parte laterū habet. Funebris, quotiens uersa spiritū inclusit. Boues grauidas negant præterq̃ dextero uuluæ sinu ferre, etiam cum geminos ferant. Vulua eiecto partu melior q̃ edito. Eiectitia uocatur illa, hæc porcaria: Primiparæ suis optima. Contrà effœtis à partu, præterq̃ eodem die suis occisæ, liuida ac macra. Nec nouellarū suū, præterq̃ primipararū ꝓbātur, potiusq; ueterū, nec dū effœtarū, et biduo ante partum, aut post partū, aut quo eiecerint die. Proxima eiectitiæ est occisæ uno die post partū. Huius et sumē optimū, si modo fœtus non hauserit: eiectitiæ deterrimum. Antiqui abdomen uocabāt, prius callere id sinentes, occidere non aßueti. Cornigera una parte dentata, & quæ in pedibus talos habent, seuo pinguescunt. Bisulca scißi sue in digitos pedibus, & non cornigera, adipe. ✤ Concretus hic: & cū refrixit, fragilis: semperq; in fine carnis. Contrà pingue inter carnem cutemq;, succo liquidum. Quædam non pinguescunt, ut lepus, perdix. Sterilioria cuncta pinguia, & in maribus & in fœminis. Senescunt celerius præ-

✤ Videtur hoc loco Pli. ab Arist. planè dissentire, ut q in 2. de par. ani. c. 5. scribat, adipē neq; cogi neq; siccitate frangi, aliqua frangi, & l. 3. de na. ani. c. 17. Adeps aūt et seuum, inqt, differūt inter se, cū seuū fragile usquequaq; sit, & cū refrixit cōcrescat, adeps aūt liqdus sit, minimeq; aptus durari.

rius præ-

nitudinem. Maxime aũt pubescens nodũ quendã sol
uere, & præcipue ægritudine sentitur. Nerui orsi à
corde, bubuloq; etiam circumuoluti similẽ naturam
et causam habent, in omnibus lubricis applicati oßi
bus. Nodosq; corporũ qui uocãtur articuli, aliubi in
teruentu, aliubi ambitu, aliubi trãsitu ligãtes. Hic te
retes, illic lati, ut in unoquoq; poscit figuratio. Neq;
ij solidãtur incisi: miruq; , uulneratis summus dolor,
præsectis nullus. Sine neruis sunt quædã animalia, ut
pisces: arterijs enim constant. Sed neq; eæ molli pi-
sciũ generi. Vbi sunt nerui, interiores *cõducunt mẽ Alij condũt.
bra, supiores reuocãt: Inter hos latent arteriæ, id est
spiritus semitæ. Iis innatant uenæ, id est sanguinis ri-
ui. Arteriarũ pulsus, in cacumine maxĩe membrorũ
euidens, index ferè morborum, in modulos certos le
gesq; metricas, p ætates stabilis aut citatus aut tar
dus, descriptas ab Herophilo medicinæ uate, mirãda
arte, nimiam ꝑpter subtilitatẽ deserto. Obseruatio
tamen crebri aut languidi ictus, gubernacula uitæ
tempat. Arteriæ carẽt sensu, nam & sanguine. Nec
omnes uitalem continẽt spiritũ: præcisisq; torpescit
tantũ pars ea corporis. Aues nec uenas nec arterias
habent: Itẽ serpentes, testudines, lacertæ, minimũq;
sanguinis. Venæ in prætenues postremo fibras subter
totam cutem dispsæ, adeo in angustã subtilitatẽ tenu
antur, ut penetrare sanguis non poßit, aliúdue quàm
exilis humor ab illo, qui cacuminibus innumeris su-

dor ap-

dor appellatur, in umbilico uenarum nodoso coitu.

De sanguine, et quorũ celerime siccetur, quorum non coëat, quorũ grauißimus uel tenuissimus, quorũ nullus. Ca. .XXXVIII.

SAnguis qbus multus & pinguis, iracunda: maribus quàm fœminis nigrior: & in iuuenta magis quàm senio: et inferiore parte pinguior. Magna & in eo uitalitatis portio. Emissus spiritũ trahit secum, & tamen tactũ non sentit. Animaliũ fortiora, quibus sanguis crassior: sapientiora, qbus tenuior: timidiora, qbus minimus: at qbus nullus, hebetia. Taurorum celerrime coit atq; durescit, ideo pestifer potu maxime. Aprorũ & ceruorũ, caprarũq; & bubalorũ oĩm non spissatur. Pinguißimus asinis, homini tenuißimus. Iis quibus plus quaterni pedes, nullus. Obesis minus copiosus, quoniam absumitur pingui. Profluuiũ eius uni fit in naribus homini, alijs nare altera, alijs utraque, quibusdam p inferna. Multis per ora statuto tempore, ut nup Macrino iusto uiro prætorio, & oĩbus annis Volusio Saturnino urbis præfecto, qui nonagesimum etiam excessit annũ. Solum hoc in corpore tparium sentit incremẽtum. Siquidẽ hostiæ abundantiorẽ fundunt, si prius bibere. Quæ animaliũ latere certis tẽporibus diximus, non habẽt tunc sanguinẽ, præter exiguas admodũ circa corda guttas, miro ope naturæ. Sicut in hoĩe, uim eius ad minima momenta mutari, non modo tantũ in ore suffusa ma-

fusa materia, uerum ad singulos animi habitus, pudore, ira, metu, palloris pluribus modis, item ruboris. Alius enim iræ, & alius uerecundiæ. Nam & in metu refugere, & nusquã esse certum est: multisq; non transfluere transfossis, quod homini tantum euenit. Nam quæ mutari diximus, colorem alienum accipiunt quodam repercussu: homo solus in se mutat. Morbi omnes morsq; sanguinem absumunt.

An in sanguine principatus, & de tergore, et pilis, & mammis. Ca. .XXXIX.

De pilis & eorũ differẽtijs habes Aristo. li. 3. de natura anim. cap. 11.

Svnt qui subtilitatẽ animi cõstare non tenuitate sanguinis putẽt, sed cute opimentisq; corporũ, & tunc magis aut minus bruta esse, ut ostreas et testudines. Boum tergora, setas suum obstare tenuitati innati spiritus, nec purũ liquidumq; trãsmitti. Sic et in hoĩe, cũ crassior callosiorue excludat cutis. Quæ uero ratio crocodilis, si non cruori, sed duritiæ tergoris tribuatur & solertia? Hippopotami corij crassitudo talis, ut inde tornẽtur hastæ, & tamen est quædam ingenio medica diligentia. Elephantorũ quoq; tergora impenetrabiles setas habent, cum tamẽ oĩm quadrupedũ subtilitas animi præcipua perhibeatur illis. Ergo cutis ipsa sensu caret, maxime in capite. Vbicunq; per se, ac sine carne est uulnerata, non coit, ut in bucca cilioq;. Quæ animal pariũt, pilos habent: quæ oua, pennas, aut squamas, aut corticem, aut testã ut testudines, aut cutẽ puram ut serpentes.

pennarum caules omnium auium præcisæ non crescunt, uulsæ autem renascuntur. Membranis uolant fragilibus insecta, humẽtibus hirundines in mari, sic cis inter tecta uespertilio. Horum quoque alæ articulos habent. Pili à cute exeunt crassa hirti, fœminis tenuiores, equis in iuba largi, in armis leoni: dasypodi & in buccis, intus & in pedibus: quæ utraq; Trogus & in lepore tradit, hoc exemplo libidinosiores hominum quoque hirtos colligens. Villosissimus animalium lepus. Pubescit homo solus: quod nisi contingat, sterilis in gignẽdo est, seu masculus, seu fœmina. Pili in homine partim simul, partim postea gignuntur. Congeniti autem non desinunt, sicut nec fœminis magnopere. Inuentæ tamen quædam defluuio capitis inualidæ, uelut languidiores cum menstrui cursus stetere. Quibusdam pòst geniti uiris sponte non gignuntur. Quadrupedibus pilum cadere atque subnasci annuum est. Viris crescunt maxime in capite, mox in barba. Recisi non ut herba ab ipsa incisura augentur, sed ab radice exeunt. Crescunt & in quibusdam morbis, maxime phthisi, & in senecta. Defunctorum quoque corporibus. Libidinosis cõgeniti, maturius defluunt: at nati, celerius recrescunt. Quadrupedibus senectute crassescunt, lanæq; rarescunt. Quadrupedum dorsa pilosa, uentres glabri. Boum corijs glutinum excoquitur, taurorumq;, & id præcipuum. Mammas homo solus è maribus habet. Cætera ani-

tera animalia mammarum notas tantum. Sed ne fœminæ quidem in pectore, nisi quæ possunt partus suos attollere: oua gignẽtium nulli: nec lac, nisi animal parienti. Volucrũ uespertilio tãtum. Fabulosum enim arbitror de strigibus, ubera eas infantium labris immulgere. Esse in maledictis iam antiquis strigem conuenit: sed quæ sit auium, constare non arbitror.

Notabilia aĩalia quæ mammis Ca. .XL.

Asini à fœtu dolent, ideo sexto mense arcent partus, cum equæ anno propè toto præbeãt. Quibus solida ungula, nec supra geminos partus, hæc omnia binas habent mammas, nec alibi quàm in fœmoribus. Eodem loco bisulca & cornigera. Boues quaternas, oues capræq; binas. Quæ numeroso fœcunda partu, & quibus digiti in pedibus, hæc plures habent toto uentre duplici ordine, ut sues: generosæ duodenas, uulgares binas minus. Similiter canes. Alia uentre medio quaternas, ut pantheræ: alia binas, ut leænæ. Elephas tantum sub armis duas, nec in pectore, sed citrà in alis occultas. Nulla in femoribus, digitos habentium. Primogeniti in quaq; parte sues primas premunt. Et si escæ sunt faucibus proximæ, tamen suã nouit quisq; in fœtu quo genitus est ordine, eaq; alitur nec alia: detracta illa alumno suo sterilescit ilicò, ac resilit. Vnò uero ex omni turba relicto, sola munifex, quæ genito fuerat attributa descendit. Vrsæ mammas quaternas gerunt. Delphini

binas in ima aluo papillas tantum, nec euidentes, et paulo ĩ obliquũ porrectas. Neq; aliud aĩal in cursu lambitur. Et balenæ uituliq; mãmis nutriunt fœtus.

De lacte, & unde caseus non fiat. Ca. .XLI.

MVlieri ante septimum mensem, profusum lac inutile. Ab eo mẽse, quod uitalis est partus, salubre. Plerisque autem totis mammis, atq; etiam alarum sinus fluit. Camelis lac mulgetur, ne iterum grauescat. Suauißimũ hoc existimatur, ad unã mensuram tribus aquæ additis. Bos ante partum nõ habet. Ex primo semper à partu colostra fiunt: quæ ni admisceatur aqua, in pumicis modum coeunt duritia. Asinæ prægnantes continuo lactescunt. Pullo earum, ubi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac gustasse letale est. Genus mali uocatur colostratio. Caseus non fit ex utrinq; dentatis, quoniã eorum lac non coit. Tenuißimum camelis, mox equabus. Craßißimũ asinæ, ut coaguli uice utantur. Conferre aliquid et candori in mulierum cute existimatur. Popeia certe Domitij Neronis cõiunx, qngentas p oĩa secũ fœtas trahens, balnearũ etiam solio totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoq; cutẽ credẽs. Omne aũt lac igne spissatur, frigore serescit. Bubulum caseo fertilius q̃ caprinũ, ex eadẽ mensura penẽ altero tãto. Quæ plures quaternis mammas habẽt, caseo inutilia, & meliora quæ binas. Coagulũ hinnuli, leporis, hœdi laudatum. Præcipuũ tamen dasypo-

dis, quod

*dis, quod & profluuio alui medetur, unius utrinque*
*dentatorum.* Mirum, *barbaras gentes quæ lacte ui*
*uant, ignorare aut spernere casei tot seculis dotem,*
*densantes id alioquin in acorem iucundum, & pin-*
*gue butyrum, spuma id est lactis, concretiusq; quàm*
*quod serum uocatur.* Non omittẽdum in eo olei uim * Nam tũ ma
*esse, et barbaros omnes infantesq; nostros ita ungi.* xĩe eius sapor

De diuersitate caseorũ. Ca. .XLII. pcipitur, q cũ

L*Aus caseo Romæ, ubi omnium gentium bona adhuc recens*
*iudicantur, cominus è prouincijs,* Nemausensi *est caseus, et la*
*præcipua* Lesuræ Gaballicisq; *pagis.* Sed *breuis ac* cti *proximus,*
*musteo tantum commendatio.* Duobus Alpes *gene- non ita.* Vnde
*ribus pabula sua approbant.* Dalmatiæ Docleatem in 3.geor.Vir
*mittunt,* Ceutronum *terræ* Natusicum. Numerosior gi.ait:Et salis
Apennino Cebanus. Hunc *è* Liguria *mitti, ouium occultum refe*
*maxime lactis:* Aesinatem *ex* Vmbria:*mixtoq;* He *runt ĩ lacte sa*
*truriæ atque* Liguriæ *confinio,* Lunensem *magni- porẽ.Occultũ*
*tudine conspicuum: quippe & ad singula milia pon- ĩqt,hoc est, ut*
*do premitur.* Proximum *autem & urbi* Vestinum, Seruius expo-
Crustuminumq;, & *è* Ceditio *cãpo laudatissimum.* nit,uix ĩtelligi
Et *caprarũ gregibus sua laus est.* In Agrigenti *ma- bilẽ.* Id autem
*xima, eã augẽte gratiã fumo, qualis in ipsa urbe con cur ita eueni-*
*ficitur, cũctis præferẽdus.* Nã *Galliarũ sapor medi- at eius rationẽ*
*camẽti uim obtinet.* Trans *maria uero* Bithynius *se* Pli.reddit, qa
*rè ĩ gloria est.* Inesse *pabulis salẽ, etiã ubi non detur. pabulis sal ĩsit*
* Ita *maxĩe intelligitur, omni in salem caseo sene- etiam si nõ de*
*scẽte: quales redire in musteũ saporẽ, aceto è thymo tur.*

maceratos certum est. Tradunt Zoroastrem in desertis caseo uixiße annis uiginti, ita temperato, ut uetustatem non sentiret.

Differentia membrorum hominis à cæteris animalibus. Caput .XLIII.

TErrestrium solus homo bipes. Vni iuguli, humeri, cæteris armi: uni ulnæ. Quibus animalium manus sunt intus tantũ carnosæ, extrà neruis & cute constant. Digiti quibusdam in manibus seni: C. Oratij ex patritia gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accepi: Vulcatium Sedigitum, illustrem in poetica. Hominis digiti articulos habent ternos, pollex binos, & digitis aduersus uniuersis flectitur, per se uero in obliquum porrigitur, crassior cæteris. Huic minimus mẽsura par est: duo reliqui sibi: Inter quos medius longissime protenditur. Quibus ex rapina uictus quadrupedum, quini digiti in prioribus pedibus, reliquis quaterni: Leones, lupi, canes, et pauca in posterioribus quoque quos ungues habent, uno iuxta cruris articulum dependente: reliqua quæ sunt minora, digitos quinos. Brachia non omnibus paria esse. Thracij enim studioso in C. Cæsaris ludo notũ est, dexteram fuisse proceriorem. Animalium quædam, ut manibus, utũtur priorum ministerio pedum, sedent que ad os illis admouentia cibos, ut sciuri.

De simiarum similitudine.

Caput .XLIIII.

Nam simia

NAm simiarum genera perfectam hoīs simulatione cōtinent, facie, naribus, auribus, palpebris: quæ solæ quadrupedū et inferiorē habent genā. Iā mammas in pectore et brachia, et crura in cōtrarium flexa, similiter in manibus ungues, digitos, longioremq; mediū. Pedibus paulū differūt. Sunt enim ut manus prælōgi, sed uestigium palmæ sīle faciunt. Iis quoq; pollex et articuli ut homini. Et præter genitale tantum, & hoc in maribus, uiscera etiam interiora omnia ad exemplar.

De unguibus. Caput .XLV.

VNgues, qui clausulæ neruorum summæ existimantur, oībus his quibus et digiti. Sed simiæ imbricati, hoībus lati, & defuncto crescunt: rapacibus unci, cæteris recti, ut canibus, præter eum qui à crure plerisq; dependent. Omnia digitos habēt quæ pedes, excepto elephanto. Huic enim informes numero quidē quinq;, sed indiuisi, ac leuiter discreti, ungulisq; non unguibus similes, et pedes maiores priores. In posterioribus articuli breues. Idem poplites intus flectit hominis modo. Cætera animalia in diuersum, posterioribus articulos pedibus q̄ prioribus. Nam quæ aīal generāt, genua ante se flectūt, et suffraginū artus in aduersum. Homī genua et cubiti contraria: Item ursis et simiarū generi, ob id minime pnicibus: Oua parientibus quadrupedum crocodilo. Lacertis priora genua post curuātur, posteriora in priorē

 partem.

partem. Sunt aũt crura his obliqua, humani poplitis modo. Sic & multipedibus, præterq̃ nouißima salietibus. Aues, ut quadrupedes, alas ĩ priora curuãt, suffragines in posteriora. Hominis genibus quædam & religio inest, obseruatione gentium. Hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant, fortassis quia inest ijs uitalitas. Nanq; in ipsa genu utriusque commissura dextra læuáq; à priore parte gemina quædam buccarum inanitas inest, qua perfossa ceu uinculis spiritus fugit. Inest & in alijs partibus quædam religio, sicut dextra osculis auersa appetitur, in fide porrigitur. Antiqs Græciæ in supplicando mẽtum attingere mos erat. Est in aure ima memoriæ locus, quem tangẽtes attestamur. Est post aurem æque dextram Nemesios, quæ dea Latinum nomẽ ne in Capitolio quidem inuenit, quo referimus tacto ore proximum à minimo digitum, ueniam sermonis à dijs exposcentes. Varices in cruribus uiro tantum, mulieri raro. C. Marium, qui septies consul fuit, stantem sibi extrahi paßum unum hominẽ Oppius autor est. Omnia animalia à dextris partibus incedunt, sinistris incubant. Reliqua ut libitũ est gradiuntur. Leo tantum & camelus pedatim, hoc est, ut sinister pes non transeat dextrum, sed subsequatur. Pedes homini maximi, fœminis tenuiores. In omni genere suræ hoĩ tantum, & crura carnosa. Reperitur apud autores in Aegypto quædam non habuisse

suras.

*ſuras. Vola homini tantũ, exceptis quibuſdam. Nanque & hic cognomina inuenta Planci, Plauti, Scauri, Panſæ: ſicut à cruribus Vari, Vatiæ, Vatinij, quæ uitia & in quadrupedibus. Solidas habent ungulas, quæ non ſunt cornigera, igitur pro eis telum ungula eſt illis: Nec talos habēt eadem. At quæ biſulca ſunt habent. Iidem digitos habētibus non ſunt. Neq; prioribus pedibus omnino ulli. Camelo tali ſimiles bubulis, ſed minores paulo. Eſt enim biſulcorũ diſcrimine exiguo, pes imus ueſtigio carnoſo, ut urſi: qua de cauſa in longiore itinere ſine calciatu fathiſcunt.*

De ungulis. Caput .XLVI.

*VNgulæ ueter ino tantum generi renaſcuntur. Sues in Illyrico quibuſdam locis ſolidas habent ungulas. Cornigera ferè biſulca. Solida ungula, & bicorne nullum. Vnicorne aſinus tantum Indicus. Vnicorne biſulcum oryx. Talos aſinus Indicus unus ſolidipedum habet. Nam ſues ex utroq; genere exiſtimãtur, ideo fœdi earũ. Hominem qui exiſtimarunt habere, facile conuicti. Lynx tantum digitos habētium, ſimile quiddam talo habet: Leo etiamnum tortuoſos. Talus autem rectus eſt in articulo pedis uentre eminens, cõcauo in uertebra ligatus.*

De pedibus auium, & unguibus.
Caput .XLVII.

*AVium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes, aliæ inter utrunque digitis diuiſis adiecta latitudine.*

dine. Sed omnibus quaterni digiti, tres in superiore parte, unus in calce. Hic deest quibusdam longa crura habentibus. Iynx sola utrinque binos habet. Eadem linguam serpentium similem in magnam longitudinem porrigit. Circumagit collum in aduersum se. Vngues ei grandes ceu gracculis. Auiũ quibusdam grauioribus in cruribus additi radij. Nulli uncos habentium ungues, longi pedes. Porrectis ad caudam ex cruribus uolant: quibus breues, contractis ad medium. Qui negant uolucrem ullam sine pedibus esse, confirmant & apodas habere, nycterin & drepanin, in eis quae rarissime apparent. Visae iam etiam serpentes anserinis pedibus.

*Causam huius Aristo. reddit hmõi li. 4. de par. animal. c. 11. ꝗ eius uidelicet corpus, minus q̃ caeterarũ auiũ, p-pẽsum est in aduersum. Hanc autẽ auẽ Theodorus turbinẽ uertit. Sed & torqllã nostri uocant, ꝗ caudã aßidue torqueat, hoc est quatiat. Vnde et graecis alio nõie σεισοπυγὶς dicitur.*

De pedibus insectorum à duobus ad centum.
Caput .XLVIII.

INsectorum animalium pedes primi longiores, duros habentibus oculos, ut subinde pedibus eos tergant, ceu notamus in muscis. Quae ex ijs nouißimos habent longos, saliunt ut locustae. Omnibus autem his seni pedes. Araneis quibusdam praelongi accedũt bini. Internodia singulis terna. Octonos & marinis esse diximus polypis, sepijs, loliginibus, cancris, qui brachia in contrarium mouent, pedes in orbem aut in obliquum. Iidem soli animalium rotundi. Caetera binos pedes duces habent, cancri tantum quaternos. Quae hunc numerum pedum excessere terrestria, ut plerique uermes, non infra duodenos habent, aliqua uero

qua uero & centenos. Numerus pedum impar nulli est. Solidipedum crura statim iusta nascuntur mensura: postea exporrigentia se uerius quàm crescentia. Itaque in infantia scabunt aures posterioribus, quod addita ætate non queunt. Quia longitudo superficiem corporum solam ampliat. Hac de causa inter initia pasci, nisi submißis genibus non possunt, nec usq; dum ceruix ad iusta incremẽta perueniat.

De pomilionibus & genitalibus.

Caput .XLIX.

POmilionum genus in omnibus animalibus est, atque etiam inter uolucres. Genitalia maribus quibus essent retro, satis diximus. Ossea sunt lupis, uulpibus, mustelis, uiuerræ. Sunt ijs etiam calculo humano remedia præcipua. Vrso quoque simul ut expirauerit, cornescere aiunt. Camelino arcus intendere orientis populis fidißimum. Nec non in aliqua gentium quoque in ijs discrimina. Et sacrorum etiam citra perniciem amputatis matris deûm gallis. Contrà mulierum paucis prodigiosa assimilatio, sicut hermaphroditis utriusque sexus: quod etiam quadrupedum generi accidisse Neronis principatu primum arbitror. Ostentabat certe hermaphroditas subiuges carpento suo equas, in Treberico Galliæ agro repertas: cui planè uisenda res esset, principem terrarum insidere portentis. Testes pecori armentóque ad crura decidui, suibus adnexi, delphino

prælongi,

prælongi, ultima conduntur aluo, & elephanto oc-culti. Qui oua parientium, lumbis intus adhærent, qualia ocyssima in Venere. Piscibus serpentibusque nulli, sed eorum uice binæ ad genitalia à renibus uenæ. Buteonibus terni. Homini tantum iniuria, aut sponte naturæ franguntur: id'que tertium ab her-maphroditis & spadonibus semiuiri genus habent. Mares in omnĩ genere fortiores, præterquam in pan theris & ursis.

De caudis. Caput .L.

CAudæ præter hominem ac simias oĩbus ferè animalibus, et oua gignentibus, pro desiderio corporũ. Nudæ hirtis, ut apris: paruæ uillosis, ut ur-sis: prælongis setosæ, ut equis. Amputatæ lacertis et serpentibus renascuntur. Piscium meatus guberna-culi modo regunt. Atq; etiam in dextram ac læuam motæ, ut remigio quodam impellunt. Lacertis inue-niuntur et geminæ. Boum caudis longißimus caulis, atq; in ima parte hirtus. Idem asinis longior q̃ equis, sed setosus ueterinis. Leoni infima parte, ut bubus et sorici: at pantheris non item: uulpibus & lupis uillo sus, ut ouibus quippe procerior. Sues intorquent, ca-num degeneres sub aluum reflectunt.

De uocibus. Caput .LI.

Lib. 4. de na. ani. c. 9. Qui- VOcem non habere nisi quæ pulmonem et ar-terias habent, hoc est nisi quæ spirant, Aristo teles putat. Idcirco et insectis sonum esse non uocem,

intus

intus meante spiritu, & incluso sonante. Alia mur- bus pulmo, in-
mur edere, ut apes. Alia cum tractu stridorem, ut ci quit, deest, ijs
cadas. Recepto enim ut duobus sub pectore cãnis spi nulla emitten-
ritu mobili occursante mẽbrana intus, attritu eius so dæ uocis facul
nare uiscera sat notum est. Cætera simul cum uolatu tas est.
incipe audiri, & desinere, ut muscas, apes. Sonũ enĩ attritu & interiore aura, nõ anima reddi. Locustas pennarũ & femorum attritu sonare, creditur sanè. Item aquatiliũ pectines stridere cum uolãt. Mobilia & crusta intecta, nec uocẽ nec sonũ ullũ habere. Sed & cæteri pisces, q̃uis pulmone & arteria careant, non in totũ sine ullo sono sunt. Stridorem cum dentibus fieri cauillãtur. Et is q aper uocatur in Acheloo amne grunnitũ habet, & alij de quibus diximus oua parientibus. Sibilus serpentibus longus, testudini abruptus. Ranis sonus sui generis, ut dictum est: nisi si & in ijs ferenda dubitatio est, qui mox in ore concipitur non in pectore. Multum tamen in ijs refert & locorum natura. Mutæ in Macedonia tradũtur, muti & apri. Auium loquaciores quæ minores, & circa coitus maxime. Alijs in pugna uox, ut coturnicibus: alijs ante pugnam, ut perdicibus: alijs cum uicere, ut gallinaceis. Iisdem sua maribus: alijs eadem ut fœminis, ut lusciniarum generi. Quædam toto anno canunt, quædam certis temporibus, ut in singulis dictum est. Elephas circa nares ore ipso, sternutamẽto similem elidit sonum, per nares autem tubarum

raucitati

raucitati. Bubus tantū fœminis uox grauior, in aliꝗ omni genere exilior quàm maribus: in homine etiam castratis. Infantis nascentis nulla auditur, anteq̃ totus emergat utero. Primus sermo anniculo est. Semestris locutus est Crœsi filius in crepundijs: quo prodigio totū id cōcidit regnū. Qui celerius fari cœpere, tardius īgredi incipiūt. Vox roboratur à. XIIII. annis. Eadē in senecta exilior. Neq; in alio aīalium sæpius mutatur. Mira præterea sunt de uoce digna dictu. In theatrorū orchestris scobe aut harena supiecta deuoratur, & in rudi parietū circūiectu. Etiā dolijs inanibus currit eadē, cōcauo uel recto parietū spatio, q̃uis leui sono dicta uerba ad alterū caput pferens, si nulla inæqualitas impediat. Vox in hoīe magnam uultus partē habet. Agnoscimus eā prius q̃ cernamus, non aliter q̃ oculis: totidemq; sunt eæ, quot in rerum natura mortales, & sua cuique sicut facies. Hinc illa gentium totq; linguarnm toto orbe diuersitas, hinc tot cātibus & modulis flexiones. Sed ante omnia explanatio animi, quæ nos distinxit à feris, inter ipsos quoq; homines discrimen alterum æque grande q̃ à beluis fecit.

De agnascentibus membris, & dicta Aristotelis de uita hominis. Caput .LII.

MEmbra aīalibus agnata inutilia sunt, sicut sextus hoī semper digitus. Placuit in Aegypto nutrire portentū, binis et in auersa capitis parte

oculiꝭ

oculis hoīem, sed ijs nō cernentē. Miror quidē Aristotelem non modo credidisse præscita uitæ esse aliquà in corporibus ipsis, uerumetiā prodidisse. Quæ quanq̄ uana existimo, nec sine cūctatione ꝓferenda, ne in se quisq; et auguria anxie quærat: attingam tamen quæ tantus uir in doctrina non spreuit. Igitur uitæ breuis signa ponit raros dentes, prælongos digitos, plumbeum colorem, pluresq; in manu incisuras, nec perpetuas. Contrà longæ esse uitæ incuruos humeris, & in manu unā duas incisuras longas habentes, & plures q̄ XXXII. dentes habentes, auribus amplis. Nec uniuersa hæc (ut arbitror) sed singula obseruat, friuola (ut reor) & uulgo tamen narrata. Addidit morum aspectus simili modo apud nos Trōgus, et ipse autor seuerissimus, quos uerbis eius subijciam: Frons ubi est magna, segnē animum subesse significat: quibus parua, mobilem: quibus rotunda, iracundum, uelut hoc uestigio tumoris apparēte. Supercilia quibus porriguntur in rectum, molles significant: quibus iuxta nasum flexa sunt, austeros: quibus iuxta tempora inflexa, derisores: quibus in totum demissa, maleuolos & inuidos. Oculi quibuscunque sunt lōgi, maleficos esse indicant. Qui carnosos à naribus angulos habēt, malitiæ nota præuēti. Cāndidi pars extenta, notam impudentiæ habet. Qui identidem claudere aut aperire solent, inconstantiæ. Auricularum magnitudo, loquacitatis & stultitiæ nota est.

Libro de physiognomia, sita mē is eius autoris liber est, ex quo et Adamātio quodā ideō bus Faber Stāpu. multa q̄ ad hāc rē faciunt collegisse uidētur in ijs cōmētarijs, q̄ in secundū priorū analyti. librū Aristo. scripsit. Sed & de his præterea pauca q̄dā attigit idē Arist. li. de natu. aīal. 1. c. 15. ubi hæc scribit: Pars iterior manus, inquit, uola dicitur, carnosa est, et scissuris

*uitæ indicibus nota est. Hactenus Trogus.*

*distincta, longiori scilicet uitæ singulis aut binis ductis p totã, breuioris binis, q̃ nõ lõgitudinẽ totã designent scissuræ.*

*De anima, et de halitu animaliũ, & quæ gustata interimant, et de uictu hominis, et quibus de causis non coquatur.* Caput .LIII.

*ANimæ leonis uirus graue, ursi pestilens. Contacta halitu eius attingit nulla fera, citiusque putrescunt afflata reliquis. Hominis tantum natura infici uoluit pluribus modis, et ciborũ ac dentium uitijs, sed maxime senio. Dolorem sentire non poterat, tactu sensuq; omni carebat, sine qua nihil sentitur. Eadem cõmeabat ab eo recens assidue, exitura supremo, & sola ex omnibus superfutura. Denique hæc trahebatur è cælo. Huius quoque tamen repta pœna est, ut neq; idipsum quo uiuitur, in uita iuuaret. Parthorũ populis hoc præcipue, & à iuuenta, propter indiscretos cibos: nanque & uino fœtent ora nimio. Sed sibi proceres medentur grano Assyrij mali, cuius est suauitas præcipua, in esculenta addito. Elephantorum anima serpentes extrahit, ceruorum item urit. Diximus hominum genera, qui uenena serpentium suctu è corporibus exigerent. Quin & ceruis serpentes in pabulo sunt, & alijs uenenum est. Quæ insecta appellauimus, omnia olei aspersu necantur. Vultures unguento quidem fugantur. Alia alios appetunt odores. Scarabei rosa, quosdam serpentes scorpio occidit. Scythæ sagittarum ungunt aciem uiperina sanie & humano san-*

Hoc de Medis Virg. dicit li. georg. 2. Aĩas & olẽtia Medi Ora fouent illo. &c.

mano sanguine: Irremediabile id scelus, mortē ilico affert leui tactu. Quæ animalium ueneno pascerentur diximus. Quædam innocua, alioquin uenenatis pasta noxia fiunt & ipsa. Apros in Pamphylia & Ciliciæ montosis salamandra ab ijs deuorata qui edere moriuntur. Nec enim est intellectus ullus in sapore uel odore. Et aqua uinūmque interimit, salamandra ibi immortua, uel si omnino biberit unde potetur, item rana quam uocant rubetam. Tantum insidiarum est uitæ. Vespæ serpente auide uescuntur, quo alimento mortiferos ictus faciunt. Ideoq; magna differentia est uictus, ut in tractatu pisce uiuentium Theophrastus prodidit. Boues quoque pisce uesci, sed non nisi uiuente. Homini cibus utilissimus simplex. Aceruatio saporum pestifera, & condimenta perniciosiora. Difficulter autem perficiuntur omnia in cibis acria nimia, & auide hausta, & æstate quàm hyeme difficilius, & in senecta quàm in iuuenta. Vomitiones homini ad hæc in remedium excogitatæ, frigidiora corpora faciunt, inimicæ oculis, maxime autem dentibus. Somno concoquere corpulentiæ quàm firmitati utilius. Ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere. Peruigilio quidem præcipue uincuntur cibi.

De corpulentia augenda uel minuenda, & quæ gustu famem ac sitim sedent.


Caput ·LIIII·

Augescunt

AVgeſcunt corpora dulcibus atque pinguĩbus & potu, minuuntur ſiccis & aridis, frigidisq; ac ſiti. Quædam animalia & pecudes quoque in Africa, quarto die bibunt. Homini non ante diem ſeptimum letalis inedia. Duraſſe & ultra undecimum pleroſque. Certum eſt mori eſuriendi ſemper inexplebili auiditate animalium uni homini. Quædam rurſus exiguo guſtu famem ac ſitim ſedant, conſeruantq; uires, ut butyrum, ut hyppace, glycyrrizon. Perniciosiſſimum autẽ in omni uita quidem quid nimium, præcipue tamen corpori, minuique quod graue quolibet modo utilius. Verum ad reliqua naturæ tranſeamus.

Hippace.

FINIS QVINARII SECVNDI.





partem. Sunt aũt crura his obliqua, humani poplitis modo. Sic & multipedibus, præterq̃ nouißima salie̅tibus. Aues, ut quadrupedes, alas ĩ priora curuãt, suffragines in posteriora. Hominis genibus quædam & religio inest, obseruatione gentium. Hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant, fortassis quia inest ijs uitalitas. Nanq; in ipsa genu utriusque commissura dextra læuaq́; à priore parte gemina quædam buccarum inanitas inest, qua perfossa ceu uinculis spiritus fugit. Inest & in alijs partibus quædam religio, sicut dextra osculis auersa appetitur, in fide porrigitur. Antiqs Græciæ in supplicando me̅tum attingere mos erat. Est in aure ima memoriæ locus, quem tange̅tes attestamur. Est post aurem æque dextram Nemesios, quæ dea Latinum nome̅ ne in Capitolio quidem inuenit, quo referimus tacto ore proximum à minimo digitum, ueniam sermonis à dijs exposcentes. Varices in cruribus uiro tantum, mulieri raro. C. Marium, qui septies consul fuit, stantem sibi extrahi passum unum homine̅ Oppius autor est. Omnia animalia à dextris partibus incedunt, sinistris incubant. Reliqua ut libitũ est gradiuntur. Leo tantum & camelus pedatim, hoc est, ut sinister pes non transeat dextrum, sed subsequatur. Pedes homini maximi, fœminis tenuiores. In omni genere suræ hoĩ tantum, & crura carnosa. Reperitur apud autores in Aegypto quædam non habuisse

suras.

*ſuras. Vola homini tantū, exceptis quibuſdam. Nanque & hic cognomina inuenta Planci, Plauti, Scauri, Panſæ: ſicut à cruribus Vari, Vatiæ, Vatinij, quæ uitia & in quadrupedibus. Solidas habent ungulas, quæ non ſunt cornigera, igitur pro eis telum ungula eſt illis: Nec talos habēt eadem. At quæ biſulca ſunt habent. Iidem digitos habētibus non ſunt. Neq; prioribus pedibus omnino ulli. Camelo tali ſimiles bubulis, ſed minores paulo. Eſt enim biſulcorū diſcrimine exiguo, pes imus ueſtigio carnoſo, ut urſi: qua de cauſa in longiore itinere ſine calciatu ſathiſcunt.*

*De ungulis.* Caput .XLVI.

*VNgulæ ueterino tantum generi renaſcuntur. Sues in Illyrico quibuſdam locis ſolidas habent ungulas. Cornigera ferè biſulca. Solida ungula, & bicorne nullum. Vnicorne aſinus tantum Indicus. Vnicorne biſulcum oryx. Talos aſinus Indicus unus ſolidipedum habet. Nam ſues ex utroq; genere exiſtimātur, ideo fœdi earū. Hominem qui exiſtimarunt habere, facile conuicti. Lynx tantum digitos habētium, ſimile quiddam talo habet: Leo etiamnum tortuoſos. Talus autem rectus eſt in articulo pedis uentre eminens, cōcauo in uertebra ligatus.*

*De pedibus auium, & unguibus.*
Caput .XLVII.

*AVium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes, aliæ inter utrunque digitis diuiſis adiecta latitu-*

 *dine.*

*dine. Sed omnibus quaterni digiti, tres in superiore parte, unus in calce. Hic deest quibusdam longa crura habentibus. Iynx sola utrinque binos habet. Eadem linguam serpentium similem in magnam longitudinem porrigit. Circumagit collum in aduersum se. Vngues ei grandes ceu gracculis. Auiũ quibusdam grauioribus in cruribus additi radij. Nulli uncos habentium ungues, longi pedes. Porrectis ad caudam eæ cruribus uolant: quibus breues, contractis ad medium. Qui negant uolucrem ullam sine pedibus esse, confirmant & apodas habere, nycterin & drepanin, in eis quæ rarissime apparent. Visæ iam etiam serpentes anserinis pedibus.*

*Causam huius Aristo. reddit hmõi li. 4. de par. animal. c. 11. q. eius uidelicet corpus, minus q̃ cæterarũ auiũ, p-pẽsum est in aduersum. Hanc aũt auẽ* Theo-*dorus turbinẽ uertit. Sed & torqllã nostri uocant, q. caudã aßidue torqueat, hoc est quatiat. Vnde et græcis alio noïe σεισοπυγὶς dicitur.*

*De pedibus insectorum à duobus ad centum.*

*Caput* XLVIII.

*INsectorum animalium pedes primi longiores, duros habentibus oculos, ut subinde pedibus eos tergant, ceu notamus in muscis. Quæ ex ijs nouißimos habent longos, saliunt ut locustæ. Omnibus autem his seni pedes. Araneis quibusdam prælongi accedũt bini. Internodia singulis terna. Octonos & marinis esse diximus polypis, sepijs, loliginibus, cancris, qui brachia in contrarium mouent, pedes in orbem aut in obliquum. Iidem soli animalium rotundi. Cætera binos pedes duces habent, cancri tantum quaternos. Quæ hunc numerum pedum excessere terrestria, ut plerique uermes, non infra duodenos habent, ali-*

*qua uero*

qua uero & centenos. Numerus pedum impar nulli est. Solidipedum crura statim iusta nascuntur mensura: postea exporrigentia se uerius quàm crescentia. Itaque in infantia scabunt aures posterioribus, quod addita ætate non queunt. Quia longitudo superficiem corporum solam ampliat. Hac de causa inter initia pasci, nisi submißis genibus non possunt, nec usq; dum ceruix ad iusta incremēta perueniat.

De pomilionibus & genitalibus.

Caput .XLIX.

Pomilionum genus in omnibus animalibus est, atque etiam inter uolucres. Genitalia maribus quibus essent retro, satis diximus. Ossea sunt lupis, uulpibus, mustelis, uiuerræ. Sunt ijs etiam calculo humano remedia præcipua. Vrso quoque simul ut expirauerit, cornescere aiunt. Camelino arcus intendere orientis populis fidißimum. Nec non in aliqua gentium quoque in ijs discrimina. Et sacrorum etiam citra perniciem amputatis matris deûm gallis. Contrà mulierum paucis prodigiosa assimilatio, sicut hermaphroditis utriusque sexus: quod etiam quadrupedum generi accidisse Neronis principatu primum arbitror. Ostentabat certe hermaphroditas subiuges carpento suo equas, in Treberico Galliæ agro repertas: cui plane uisenda res esset, principem terrarum insidere portentis. Testes pecori armentóque ad crura decidui, suibus adnexi, delphino prælongi,

prælongi, ultima conduntur aluo, & elephanto occulti. Qui oua parientium, lumbis intus adhærent, qualia ocyssima in Venere. Piscibus serpentibusque nulli, sed eorum uice binæ ad genitalia à renibus uenæ. Buteonibus terni. Homini tantum iniuria, aut sponte naturæ franguntur: id'que tertium ab hermaphroditis & spadonibus semiuiri genus habent. Mares in omnī genere fortiores, præterquam in pantheris & ursis.

De caudis. Caput .L.

CAudæ præter hominem ac simias oībus ferè animalibus, et oua gignentibus, pro desiderio corporū. Nudæ hirtis, ut apris: paruæ uillosis, ut ursis: prælongis setosæ, ut equis. Amputatæ lacertis et serpentibus renascuntur. Piscium meatus gubernaculi modo regunt. Atq; etiam in dextram ac læuam motæ, ut remigio quodam impellunt. Lacertis inueniuntur et geminæ. Boum caudis longissimus caulis, atq; in ima parte hirtus. Idem asinis longior q̃ equis, sed setosus ueterinis. Leoni infima parte, ut bubus et sorici: at pantheris non item: uulpibus & lupis uillosus, ut ouibus quippe procerior. Sues intorquent, canum degeneres sub aluum reflectunt.

De uocibus. Caput .LI.

Lib. 4. de na. ani. c. 9. Qui- VOcem non habere nisi quæ pulmonem et arterias habent, hoc est nisi quæ spirant, Aristoteles putat. Idcirco et insectis sonum esse non uocem, intus

Intus meante ſpiritu, & incluſo ſonante. Alia murmur edere, ut apes. Alia cum tractu ſtridorem, ut cicadas. Recepto enim ut duobus ſub pectore cãuis ſpiritu mobili occurſante mẽbrana intus, attritu eius ſonare uiſcera ſat notum eſt. Cætera ſimul cum uolatu incipe audiri, & deſinere, ut muſcas, apes. Sonũ eni attritu & interiore aura, nõ anima reddi. Locuſtas pennarũ & femorum attritu ſonare, creditur ſanè. Item aquatiliũ pectines ſtridere cum uolãt. Mobilia & cruſta intecta, nec uocẽ nec ſonũ ullũ habere. Sed & cæteri piſces, q̃uis pulmone & arteria careant, non in totũ ſine ullo ſono ſunt. Stridorem cum dentibus fieri cauillãtur. Et is q aper uocatur in Acheloo amne grunnitũ habet, & alij de quibus diximus oua parientibus. Sibilus ſerpentibus longus, teſtudini abruptus. Ranis ſonus ſui generis, ut dictum eſt: niſi ſi & in ijs ferenda dubitatio eſt, qui mox in ore concipitur non in pectore. Multum tamen in ijs refert & locorum natura. Mutæ in Macedonia traduntur, muti & apri. Auium loquaciores quæ minores, & circa coitus maxime. Alijs in pugna uox, ut coturnicibus: alijs ante pugnam, ut perdicibus: alijs cum uincere, ut gallinaceis. Iiſdem ſua maribus: alijs eadem ut fœminis, ut luſciniarum generi. Quædam toto anno canunt, quædam certis temporibus, ut in ſingulis dictum eſt. Elephas circa nares ore ipſo, ſternutamẽto ſimilem elidit ſonum, per nares autem tubarum

bus pulmo, inquit, deeſt, ijs nulla emittenda uocis facultas eſt.

raucitati. Bubus tantũ fœminis uox grauior, in aliis omni genere exilior quàm maribus: in homine etiam castratis. Infantis nascentis nulla auditur, antequã totus emergat utero. Primus sermo anniculo est. Semestris locutus est Crœsi filius in crepundijs: quo prodigio totũ id cõcidit regnũ. Qui celerius fari cœpere, tardius ĩgredi incipiũt. Vox roboratur à .XIIII. annis. Eadẽ in senecta exilior. Neq; in alio aĩalium sæpius mutatur. Mira præterea sunt de uoce digna dictu. In theatrorũ orchestris scobe aut harena superiecta deuoratur, & in rudi parietũ circũiectu. Etiã dolijs inanibus currit eadẽ, cõcauo uel recto parietũ spatio, quis leui sono dicta uerba ad alterũ caput perferens, si nulla inæqualitas impediat. Vox in hoĩe magnam uultus partẽ habet. Agnoscimus eã prius q̃ cernamus, non aliter q̃ oculis: totidemq; sunt eæ, quot in rerum natura mortales, & sua cuique sicut facies. Hinc illa gentium totq; linguarnm toto orbe diuersitas, hinc tot cãtibus & modulis flexiones. Sed ante omnia explanatio animi, quæ nos distinxit à feris, inter ipsos quoq; homines discrimen alterum æque grande q̃ à beluis fecit.

De agnascentibus membris, & dicta Aristotelis de uita hominis. Caput .LII.

MEmbra aĩalibus agnata inutilia sunt, sicut sextus hoĩ semper digitus. Placuit in Aegypto nutrire portentũ, binis et in auersa capitis parte

oculis

oculis hoiem, sed ijs nō cernentē. Miror quidē Aristotelem non modo credidisse praescita uitae esse aliqua in corporibus ipsis, uerumetiā prodidisse. Quae quanq̄ uana existimo, nec sine cūctatione ꝓferenda, ne in se quisq; et auguria anxie quaerat: attingam tamē quae tantus uir in doctrina non spreuit. Igitur uitae breuis signa ponit raros dentes, praelongos digitos, plumbeum colorem, pluresq; in manu incisuras, nec perpetuas. Contrà longae esse uitae incuruos humeris, & in manu una duas incisuras longas habentes, & plures q̄ XXXII. dentes habentes, auribus amplis. Nec uniuersa haec (ut arbitror) sed singula obseruat, friuola (ut reor) & uulgo tamen narrata. Addidit morum aspectus simili modo apud nos Trōgus, et ipse autor seuerissimus, quos uerbis eius subijciam: Frons ubi est magna, segnē animum subesse significat: quibus parua, mobilem: quibus rotunda, iracundum, uelut hoc uestigio tumoris apparētē. Supercilia quibus porriguntur in rectum, molles significant: quibus iuxta nasum flexa sunt, austeros: quibus iuxta tempora inflexa, derisores: quibus in totum demissa, maleuolos & inuidos. Oculi quibuscunque sunt lōgi, maleficos esse indicant. Qui carnosos a naribus angulos habēt, malitiae nota praeuēti. Candidi pars extenta, notam impudentiae habet. Qui identidem claudere aut aperire solent, inconstantiae. Auricularum magnitudo, loquacitatis & stultitiae nota est.

Libro de physiognomia, si tamē is eius autoris liber est, ex quo et Adamātio quodā Iacobus Faber Stāpu. multa q̄ ad hāc rē faciunt collegisse uidētur in ijs cōmētarijs, q̄ in secundū priorū analyti. librū Aristo. scripsit. Sed & de his praeterea pauca q̄dā attigit idē Arist. li. de natu: aial. 1. c. 15. ubi haec scribit: Pars iterior manus, inquit, uola dicitur, carnosa est, et scissuris

uitæ indicibus nota est. Hactenus Trogus.

distincta, longior scilicet uitæ singulis aut binis ductis p totã, breuioris binis, q̃ nõ lõgitudinẽ totã designent scissuræ.

De anima, et de halitu animaliũ, & quæ gustata interimant, et de uictu hominis, et quibus de causis non coquatur. Caput .LIII.

Animæ leonis uirus graue, ursi pestilens. Contacta halitu eius attingit nulla fera, citiúsque putrescunt afflata reliquis. Hominis tantum natura infici uoluit pluribus modis, et ciborũ ac dentium uitijs, sed maxime senio. Dolorem sentire non poterat, tactu sensuq; omni carebat, sine qua nihil sentitur. Eadem cõmeabat ab eo recens assidue, exitura supremo, & sola ex omnibus superfutura. Denique hæc trahebatur è cælo. Huius quoque tamen repta pœna est, ut neq; idipsum quo uiuitur, in uita iuuaret. Parthorũ populis hoc præcipue, & à iuuenta, propter indiscretos cibos: nanque & uino fœtent ora nimio. Sed sibi proceres medentur grano Assyrij mali, cuius est suauitas præcipua, in esculenta addito. Elephantorum anima serpentes extrahit, ceruorum item urit. Diximus hominum genera, qui uenena serpentium suctu è corporibus exigerent. Quin & ceruis serpentes in pabulo sunt, & alijs uenenum est. Quæ insecta appellauimus, omnia olei aspersu necantur. Vultures unguento quidem fugantur. Alia alios appetunt odores. Scarabei rosa, quosdam serpentes scorpio occidit. Scythæ sagittarum ungunt aciem uiperina sanie & humano san-

Hoc de Medis Virg. dicit li. georg. 2. Aĩas & olẽtia Medi Ora fouent illo. &c.

mano sanguine: Irremediabile id scelus, mortē ilico affert leui tactu. Quæ animalium ueneno pascerentur diximus. Quædam innocua, alioquin uenenatis pasta noxia fiunt & ipsa. Apros in Pamphylia & Ciliciæ montosis salamandra ab ijs deuorata qui edere moriuntur. Nec enim est intellectus ullus in sapore uel odore. Et aqua uinūmque interimit, salamandra ibi immortua, uel si omnino biberit unde potetur, item rana quam uocant rubetam. Tantum insidiarum est uitæ. Vespæ serpente auide uescuntur, quo alimento mortiferos ictus faciunt. Ideoq; magna differentia est uictus, ut in tractatu pisce uiuentium Theophrastus prodidit. Boues quoque pisce uesci, sed non nisi uiuente. Homini cibus utilissimus simplex. Aceruatio saporum pestifera, & condimenta perniciosiora. Difficulter autem perficiuntur omnia in cibis acria nimia, & auide hausta, & æstate quàm hyeme difficilius, & in senecta quàm in iuuenta. Vomitiones homini ad hæc in remedium excogitatæ, frigidiora corpora faciunt, inimicæ oculis, maxime autem dentibus. Somno concoquere corpulentiæ quàm firmitati utilius. Ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere. Peruigilio quidem præcipue uincuntur cibi.

De corpulentia augenda uel minuenda, & quæ gustu famem ac sitim sedent.

Caput ·LIIII.

Augescunt

Augescunt corpora dulcibus atque pinguibus & potu, minuuntur siccis & aridis, frigidisq; ac siti. Quædam animalia & pecudes quoque in Africa, quarto die bibunt. Homini non ante diem septimum letalis inedia. Durasse & ultra undecimum plerosque. Certum est mori esuriendi semper inexplebili auiditate animalium uni homini. Quædam rursus exiguo gustu famem ac sitim sedant, conseruantq; uires, ut butyrum, ut hyppace, glycyrrizon. Perniciosissimum autẽ in omni uita quidem quid nimium, præcipue tamen corpori, minuique quod graue quolibet modo utilius. Verum ad reliqua naturæ transeamus.

Hippace.

FINIS QVINARII SECVNDI.

